Cave[1], Nicolaus Le Nourry[2], A. Gallandi[3], S. Grynaeus, V. Mösl, G. Rosenmüller[4], I. E. Chr. Schmidt[5], I. C. L. Gieseler[6], E. Henke[7], I. Chr. Rördam[8], I. A. Möhler[9], C. E. Franke[10], I. Alzog[11], C. E. Freppel[12], I. Sprinzl[13], S. Sharpe, I. Nirschl[14], B. Jungmann[15], nec non Daniel Schenkel[16] et C. Heydecke[17], qui magnam partem quidem authenticam esse contenderunt. Ceteri fere omnes eam Barnabae abiudicaverunt, et ego ad eorum sententiam accedo. Epistulam enim post Hierosolymam deletam exaratam esse ex 16, 4 intellegimus: Barnabam autem ante mortuum esse verisimillimum est[18]. Auctor dicit 9, 6 omnes Syros circumcisos fuisse; teste Ios. Flavio Antiq. VIII, 10, 3 tum temporis nulli alii Syri in Palaestina circumcidebantur quam Iudaei, et rem ita se habere Barnabam multos annos Antiochiae in Syria commorantem haud fugere potuit. Auctor denique c. 15 Chiliasmum docet et de veteri testamento tam iniustum facit iudicium, ut comes s. Pauli vix putari possit. Dicit enim, foedus, quod Deus cum Iudaeis inire voluit nunquam valuisse, quia ab his statim violatum esset (c. 14), et praecepta, quae dedit Dominus de sacrificiis et ieiuniis (c. 2),

1 Histor. liter. script. eccl. 1688.

2 Adparatus ad bibl. max. vet. Patrum 1703 I diss. 3.

3 Auctores, quorum scripta non commemorantur, supra p. III sq. inter editores patrum apostolicorum vel infra inter editores Barnabae epistulae locum obtinent.

4 Historia interpretationis librorum sacrorum 1795 I, 42 sqq.

5 *Handbuch der Kirchengeschichte* 1801 I, 437 sq.

6 *Lehrbuch der Kirchengeschichte* 1824; ed. III 1831 I, 122.

7 De epistolae quae B. tribuitur authentia 1827.

8 De authentia epistolae Barnabae 1828.

9 *Patrologie* 1840 p. 85—90.

10 *Zeitschrift für d. g. lutherische Theologie* 1840 II, 90 sqq.

11 *Patrologie* 1866; ed. III 1877 p. 30 sqq.

12 *Les pères apostoliques et leur époque* ed. III 1870 p. 88 sqq.

13 *Die Theologie der apostolischen Väter* 1880 p. 14—21.

14 *Patrologie* I (1881), 53—57.

15 Revue catholique de Louvain 1882 t. 53 p. 271 sqq.

16 *Theolog. Studien u. Kritiken* 1837 p. 652—686.

17 Dissertatio qua Barnabae epistola interpolata demonstratur 1874.

18 Cf. Hefele, *Das Sendschreiben des Apostels Barnabas* 1840 p. 34 sqq. Braunsberger, *Der Apostel Barnabas* 1876 p. 129 sqq.

de circumcisione (c. 9), de cibis (c. 10) et de sabbato (c. 15) spiritualiter tantum, nunquam autem ad litteram intellegenda fuisse.

III.

Templo Iudaeorum deleto vel post annum 70 se scripsisse Barnabas 16, 3—5 clare indicat. Neque dubium est et omnes fere consentiunt, eum non post annum 137 scripsisse vel post bellum iudaicum secundum, quo Iudaei adeo profligabantur, ut Christiani proinde non eo modo, quo a Barnaba monentur, ab eorum lege avertendi essent. Quando autem post illum vel ante hunc annum scripserit, non aeque apparet, et alii aliter sentiunt. Duo epistulae loci tempus prodere putantur.

Cum Barnabas 16, 3—4 de templo non solum destructo, sed etiam reconstruendo agat et illud templum Iudaeorum sit, nonnulli hoc de eodem interpretabantur, cumque Hadrianus regnare incipiens Iudaeis sanctuarium restituere permisisse tradatur, epistulam ad initium regni huius imperatoris vel ad annos 117—120 referebant, praesertim Volkmar[1], I. G. Müller[2]. Quae vero de templo Iudaeorum Hadriani tempore reaedificando narrantur, parum fide digna sunt. Deinde templum novum, quod Barnabas 16, 3—4 respicit, idem esse videtur, de quo 16, 6—10 disputat, scilicet templum Christianorum spirituale. Denique quae 16, 3—4 de templo reaedificando dicuntur, etiamsi de templo Iudaeorum intelleguntur, ad tempus epistulae accuratius definiendum, non sunt idonea, cum auctor Iudaeis spem templi restituendi semper alentibus etiam ante Hadrianum illo modo loqui potuerit.

Lipsius[3] et Harnack[4] Barnabam 16, 3—4 de templo Iovis Hierosolymis exstruendo loqui et ille eum annis Hadriani 120—125, hic annis 130—131 scripsisse censuerunt. Huic autem sententiae, quam Ladeuze[5] approbavit, etiam plura adversantur

1 *Tüb. Theolog. Jahrbücher* 1856 p. 350. *Ursprung unserer Evangelien* 1866 p. 143—151.

2 *Erklärung des Barnabasbriefes* 1869 p. 18; 334—340.

3 *Bibellexikon* ed. Schenkel 1869 I, 371.

4 *Geschichte der altchristlichen Litteratur* II, I (1897), 410—427.

5 *L'Épître de Barnabé,* in *Revue d'histoire ecclés.* I (1900), Nro. 1—2.

quam illi. Templum novum, nisi forte spirituale est, haud dubie potius Iudaeorum quam Romanorum est. Si Barnabas hoc respexit, sermo distinctior ei adhibendus fuit et haud dubie adhibitus fuisset, cum id, quod sibi demonstrandum proposuit, scilicet spem, quam Iudaei in templo suo ponebant, inanem esse, etiam manifestius fieret, si locum templi Iudaeorum templum gentilium obtinere vel obtenturum esse dicere potuit. Schlatter[1] hoc recte contra illam sententiam statuit. Sin autem epistulam nihilominus ad annum 130 refert, non video, quo iure ita censeat. Chronologia ad annum 130 vel 131 spectans in interpretatione templi novi Harnackiana nititur.

Alter locus, quo auctor ad res suo tempore gestas alludit, 4, 4—5 exstat. Barnabas hic Danielem laudat prophetantem, decem reges regnaturos vel decem cornua exortura et postea (ὄπισθεν), ergo undecimo loco, parvum regem vel cornu exsurrecturum ac tres ex illis simul (ὑφ' ἕν) humiliaturum esse, et prophetiam suo tempore impletam esse satis clare indicat. Itaque quaeritur, quis imperatorum et undecimus designari et tres praedecessores simul deposuisse dici potuerit.

Loman[2] quartum animal 4, 5 commemoratum pro Nerone habens et imperatores ab eius successore vel Galba numerans epistulam annis Hadriani 135—138 exaratam esse putavit. Quartum autem animal haud dubie imperium Romanorum, non imperatorem quendam denotat. Wieseler[3] et Riggenbach[4] cornu parvum de Domitiano, Weizsäcker[5] et Cunningham[6] de Vespasiano interpretabantur. Domitianus profecto in catalogo imperatorum Romanorum usitato locum undecimum obtinet, Vespasianus cum tribus imperatoribus succederet, qui coniuncti nonnisi menses duodeviginti regnaverunt, facile tres reges deposuisse declarari potuit. Hoc autem de Domitiano aegre enun-

1 *Die Tage Trajans und Hadrians* 1897 p. 61—67 (*Beiträge zur Förderung christl. Theologie* I, 3).
2 *Theologisch Tijdschrift* 1884 p. 182—226.
3 *Jahrbücher für deutsche Theologie* 1870 p. 603—614.
4 *Der sogenannte Brief des Barnabas* 1873.
5 *Zur Kritik des Barnabasbriefes* 1863.
6 *A dissertation on the Epistle of S. Barnabas* 1877.

tiandum erat, et Vespasianus non undecimus, sed nonus vel, si etiam Iulium Caesarem numeramus, decimus imperator fuit. Tempori Vespasiani Lightfoot[1] quoque epistulam adscripsit, argumentis vero aliis ac Weizsäcker usus est, cornu parvum de Antichristo vel Nerone redituro intellegens atque Vespasianum una cum Tito et Domitiano filiis conregnantibus reges tres deponendos declarans, et Ramsay[2] ei assensus est, modo imperatores aliter numerans vel Othonem et Vitellium omittens; parum autem Barnabam tres reges iam depositos, non demum deponendos designare consideraverunt. Rectius regem parvum, Hilgenfeld[3] de Nerva interpretatus est. Cum inter successores Neronis exiguum tempus regnantes unus facile omitti posset et Vitellius in Aegypto, Barnabae patria, ut videtur, non agnosceretur, Nerva undecimus imperator, cumque tribus imperatoribus succederet, qui eiusdem familiae erant, Domitianus insuper filios T. Flavii Clementis duos Caesares destinasset, etiam tres reges simul deposuisse dici potuit. Itaque epistulam Nerva regnante vel brevi post exaratam esse non sine ratione iudicamus[4]. Cum autem res saltem non sit certa, originem posteriorem non omnino negare licet. Tempus Vespasiani vero ratione inter epistulam et Doctrinam apostolorum intercedente excludi vix est dubium.

Cum Barnabas more Alexandrinorum Vetus Testamentum allegorice interpretaretur atque Alexandrini epistula maxime uterentur eum Alexandrinum fuisse colligere licet. Equidem cum plurimis ita sentio, nec vero non possum addere, rationes illas rem non plane certam facere.

Quaeritur etiam, cuius conditionis lectores epistulae fuerint. Cum Barnabas id maxime ageret, ut prohiberet, ne lectores in legem iudaicam illaberentur, interpretes priores concluserunt, epi-

---

1 *The Apostolic Fathers,* S. *Clement* 1890 II, 503—512.

2 *The Church in the Roman Empire before A. D. 170* (1893) p. 307—317. Haec chronologia apud Anglos fere communis esse videtur. Cf. Bartlet, *The Apostolic Age* 1900 p. 521.

3 Barn. epist. ed. II 1877 p. XXXIV sq.

4 Cf. Funk, *Kirchengeschichtliche Abhandlungen und Untersuchungen* II (1899), 77—108.

stulam ad Christianos e Iudaeis scriptam fuisse. N. Lardner[1] autem probare conatus est, lectores Christianos e gentilibus fuisse, et recentiori tempore fere omnes ad hanc sententiam accedebant. Oblocuti sunt C. Weizsäcker[2], R. A. Lipsius[3] ac Güdemann[4], et mihi quoque interpretes priores non plane errasse videntur. Ex eo, quod Barnabas sese et lectores saepius Iudaeis (ἡμεῖς — ἐκεῖνοι vel αὐτοί cf. 2, 9; 3, 1. 3. 6; 4, 2. 6. 14; 8, 7; 10, 12; 13, 1; 14, 4) opponit, non sequitur, eum fidelem e gentilibus fuisse. Eodem modo fidelis e circumcisione loqui potuit, praesertim si de Iudaismo tam severe sentiebat quam Barnabas. Neque ex 13, 7 et 16, 7 alteram sententiam probari posse in commentario demonstrasse mihi videor. Accedit, quod Barnabas tam amplam rituum iudaicorum cognitionem habet, quam in viro gentili haud facile inveneris, ita ut vix erraveris statuens, auctorem et magnam sane lectorum partem ex Iudaeis oriundos fuisse. Ex 13, 7 id solum elucet, non omnes lectores Iudaeo-Christianos fuisse. Barnabas enim cum duce Paulo Rom. 4, 11 Abraham patrem gentium per praeputium credentium appellet, indicat, non tam Iudaeos quam gentiles veros novi testamenti heredes futuros esse, neque dubium est, ecclesiam, ad quam litterae datae sunt, e fidelibus e circumcisione et praeputio constitisse. Sin autem res ita se habet, nihil obstat, quin concludamus, illos id egisse, ut fratres e gentilibus ad observandam legem Mosaicam perducerent dicentes, secus eos salvos non fieri, et epistulam scriptam fuisse, ut illi refutarentur.

IV.

Constat epistula e duabus partibus. In parte priori ac longiori c. 1—17 lectores monentur, ne in errores iudaicos incurrant, in altera parte c. 18—21 de duabus viis lucis et tenebrarum agitur. Ordo autem sententiarum hic est.

Auctor postquam lectoribus gratulatus est de donis magnis,

---

1 *Glaubwürdigkeit der evang. Geschichte. Aus dem Englischen etc.* (1750 sq.) II, I, 5.

2 *Zur Kritik des Barnabasbriefes* 1863 p. 4—9.

3 *Bibel-Lexicon* ed. Schenkel 1869 I, 363 sq.

4 *Religionsgeschichtliche Studien* 1876 p. 99—131.

quae a Deo optimo acceperant, dicit, se iis scripsisse, ut cum fide perfectam haberent cognitionem, tum quia ipsos diligeret, tum quia mercedem inde exspectaret. Tres constitutiones Dominum dedisse et praeterita et praesentia et futura nota fecisse (c. 1). Iustificationes Domini igitur exquirendas esse. Per omnes prophetas Deum ostendisse, nec sacrificia nec ieiunium sese velle, sed cor contritum et misericordiam, ne tanquam proselyti Iudaeorum legi affligeremur (c. 2—3). De praesentibus igitur diligenter investigandum esse, quid nos salvare possit. Fugiant omnia opera iniquitatis. Dies malos esse, et impleri, quae Daniel de parvo cornu prophetaverit. Neque Iudaeorum instar peccatum parvi ducant, quippe qui testamentum possideant; namque sicut illos ita ipsos quoque testamentum perdere et e regno Domini eici posse, cum multi quidem vocati sint, pauci vero electi (c. 4). Dominum prophetis praenuntiantibus, Iudaeis vero non intellegentibus, propterea passum esse, ut nos per sanguinem ipsius sanctificaremur, peccata Iudaeorum autem consummarentur. In Christum ergo, qui in carne apparuerit et habitaverit in nobis, credendum ac sperandum esse. Eidem in omnibus gratias agendas esse ac laudes offerendas; non enim eum passum esse nisi propter nos, quibus omnia praemonstraverit (5—7, 2).

Quibus expositis Barnabas agit de singulis typis Christi, de caerimoniis festi expiatorii (7, 3—11), de vacca rubra (8) et de circumcisione servorum Abrahae (9, 7—9), nec non de typis baptismi (11) et crucis (12). Mandata, quae proposuit Deus de circumcisione et cibis, insuper spiritualiter interpretatur. Dominum non corporis, sed auris et cordis circumcisionem voluisse, Iudaeos autem ab angelo nequam deceptos carnem circumcidisse (9, 1—6). Neque Deum prohibuisse, quominus quibusdam animalibus vesceremur, sed praecepisse, ut vitia vitaremus, quorum typi illa animalia essent (10). Deinde exponit, iam in Veteri Testamento annuntiatum fuisse, foedus divinum Christianorum, non Iudaeorum esse (13). Accepisse quidem illos testamentum, sed eo non fuisse dignos atque nos per Christum eius participes factos esse (14). Denique quae de sabbato et templo scripta sint, Iudaeos male intellexisse explanat. Dominum de

sabbato illo vero locutum esse, quod post sex annorum milia celebraturus esset, cum omnia consummata atque sol et luna mutati fuissent (15), et de corde nostro, in quo tanquam in templo habiturus esset (16). Parte prima finita (17) transit ad alteram (18) et describit viam lucis (19) et viam tenebrarum (20), lectores exhortans, ut in illa ambulent, quae ducat in regnum Domini, ut salventur in die iudicii (21).

V.

Integritas epistulae non semel tantum in dubium vocabatur. Brevi postquam typis vulgata est, nonnulli quattuor ultima capita, quippe quae cum praecedentibus non artius cohaererent neque in versione latina exstarent, epistulae serius adiecta esse putaverunt. Re vera interpres latinus cum verba ταῦτα μὲν οὕτως 17, 2 exprimat, quae partem priorem quidem terminant, simul vero sequentem adnuntiant, testis est totius epistulae. Deinde I. Clericus[1] epistulam interpolatam esse contendit, et viam, quam ingressus est, persecutus est Daniel Schenkel[2], capita I—VI, XIII, XIV et XVII, quidem a Barnaba originem traxisse, reliqua autem (VII—XII, XV—XXI) a Therapeuta quodam adiecta esse. Cum Hefele[3] sententiam argumentis gravissimis refellisset, ita ut diu in oblivione iaceret, C. Heydecke[4] mutatam eam repetiit contendens, Barnabam quidem capita I—IV et XIII—XXI eaque in hoc ordine: I—III, XIII—XVI (exceptis versibus 8—9 c. XV et v. 3—4 c. XVI), IV (exceptis vers. 6—9ᵃ), XVII—XXI brevi post Hierosolymam deletam a. 70 vel 71 scripsisse, non ut errores impugnaret, sed ut Christianos e circumcisione de interitu populi ac templi Iudaeorum lugentes laetiores redderet docens, religionem iudaicam valuisse nonnisi usque ad Christum et ex voluntate Dei constitutum fuisse, ut tum temporis fide christiana abrogaretur; reliqua vero capita Ethnico-Christianum quendam Iudaeis offensum

1 Historia eccles. 1716 p. 474.
2 *Studien und Kritiken* 1837 p. 652—686.
3 *Theologische Quartalschrift* 1839 p. 60 sqq. *Sendschreiben des Barnabas* p. 196 sqq.
4 Dissertatio qua Barnabae epistola interpolata demonstratur 1874.

a. 119—122 interiecisse, ut demonstraret, instituta iudaica ne ullius unquam veritatis fuisse neque aliam vim habuisse, nisi quibus Christus eiusque regnum typice praemonstrarentur. Sed discrimen eiusmodi in epistula non exstat. In omnibus partibus idem argumentum invenitur. Etiam auctor genuinae quae dicitur partis sacrificia et sabbata et ieiunia iudaica satis clare tamquam errores oppugnat (cf. 2, 9; 3, 6) et c. 14 expressis verbis docet, Iudaeos iam tum temporis testamentum perdidisse, quo id a Deo accepissent. Vox καταργεῖν, qua Heydecke Barnabam usum esse putat, ut demonstraret, religiones iudaicas valuisse usque ad id tempus, quo a Christus ***abrogatae*** essent, etiam in ea parte (9, 4) legitur, cuius auctor id egisse dicitur, ut probaret, instituta iudaica nunquam vere valuisse et Iudaeos Domini mandata ad litteram intellegentes semper errasse[1]. D. Völter[2] etiam quattuor vel quinque manus in epistula discernere posse sibi visus est. Auctorem censuit scripsisse I (praeter versum 6) — IV, 8; V, 1. 2; VIII, 7—IX, 6 (exceptis verbis ἀλλὰ καὶ πᾶς — αὐτῶν εἰσιν in IX, 6); X, 1—5. 9. 12; XV; XVI, 1. 2. 5—10; V, 3. 4; IV, 9^a; interpolatorem primum capiti XVI adiecisse capita XVII—XX, fini epistulae auctoris vel IV, 9^a particulam IV 9^b—14, et in c. X versus 6—8 inseruisse; interpolatorem secundum addidisse VII, 2—11, VIII, 4—6, XI—XIV et XXI vel conclusionem traditam, conclusionem priorem vel particulam V, 3. 4; IV, 9—14 sectioni IV, 8; V, 1. 2 adiunxisse; tertium sectionem V, 1—4 in locum redegisse, quem nunc obtinet, eique V, 5—VII addidisse nec non IX, 7—9 scripsisse; originem versuum I, 6, XVI, 3. 4 et particulae IX, 6 laudatae dubiam esse. Argumenta vero, quae protulit, minime idonea sunt; sententia insuper subtilior est, quam quae vera esse possit, et, nisi fallor, ab omnibus reiciebatur. I. Weiss[3] probare conatus est, capita III, XVII, XVIII et praeterea plures particulas capitum reliquorum minores interpolatoris esse. Aeque autem ac Völter indolem Barnabae parum

1 Cf. *Jenaer Literaturzeitung* 1875 p. 491 sq.
2 *Jahrbücher für protestantische Theologie* XIV (1888), 106—144.
3 *Der Barnabasbrief kritisch untersucht* 1888.

consideravit[1]. Equidem persuadere mihi non possum, locos, qui ei suspicionem movent, auctori abiudicandos esse. Neque ordo epistulae turbatus vel a librario archetypi codicum nostrorum, ut Hilgenfeld[2] censuit, particula IV, 1—6^a per neglegentiam ante particulam IV, 6^b—9^a mihi posita esse videtur[3].

VI.

Prelo epistulam nostram una cum Ignatii epistulis primus subiecit Iacobus Ussher, archiepiscopus Armachanus, Oxonii 1642. Utebatur apographo codicis Casanatensis, quod A. Schott S. J. exaraverat et Isaacus Voss ei communicaverat, et apographo versionis veteris latinae, quod a Claudio Salmasio acceperat[4]. Sed ingens incendium, quod a. 1644 haud exiguam urbis Oxonii partem vastavit, omnia illius editionis exemplaria absumpsit. Nuperrime particula, viginti duas paginas vel Barn. 1—9^a amplectens, in bibliotheca Bodleiana detecta est[5]. Editio princeps, quae ad nos pervenit, est ea, quam Hugo Menard, monachus Congregationis s. Mauri, vel post eius mortem († 1644) Fr. Lucas Dachery, eiusdem Congregationis monachus, a. 1645 Parisiis instituit[6]. Emendatiorem epistulam I. Voss a. 1646 edidit[7], eumque sequebantur I. I. Mader 1655[8], I. B. Cotelier

1 Cf. *Theologische Litteraturzeitung* 1889 p. 595—599.

2 Barnabae epistula 1877 p. XIX sq.

3 Cf. *Theologische Quartalschrift* 1878 p. 156.

4 Versionem latinam veterem nuperrime Hugo Menard in codice Corbeiensi invenerat.

5 J. H. Backhouse, *The* editio princeps *of the epistle of Barnabas by archbishop Ussher, as printed at Oxford 1642 and preserved in an imperfect form in the Bodleian library* 1883. *Theol. Litteraturzeitung* 1883 p. 604.

6 *Η φερομενη του αγιου Βαρναβα Αποστολου επιστολη καθολικη.* Sancti Barnabae Apostoli (ut fertur) Epistola catholica. Ab antiquis olim Ecclesiae Patribus, sub eiusdem nomine laudata et usurpata. Hanc primum e tenebris eruit, Notisque et Observationibus illustravit R. P. domnus Hugo Menardus etc. Opus posthumum.

7 Epistolae genuinae S. Ignatii etc. Adhaec S. Barnabae epistola. Amstelodami 1646. Editio II Londini 1680.

8 *Η φερομενη του αγιου Βαρναβα Αποστολου επιστολη καθολικη.* S. Barnabae etc. epistola. Helmestadii.

1672, Ioh. Fell 1685[1], St. Le Moyne 1685[2], I. Clericus 1698, Rich. Russel 1746, Andreas Gallandi 1765, C. I. Hefele 1839, Fr. X. Reithmayr 1844, A. Grenfell 1844, Ed. de Muralto, 1847[3], I. P. Migne 1857, Alb. Dressel 1857. Omnes textum graecum exhibent mutilum, initio vel particula 1—5, 7[a] carentem; nituntur enim codicibus, in quibus Barnabae epistula ita cum Polycarpi epistula contaminata est, ut huius verba καὶ δι' ἡμᾶς ὑπό (9, 2) illius verba τὸν λαὸν τὸν καινόν (5, 7) excipiant. Lacunam autem suppleverunt versione vetere latina, quae eodem tempore, quo textus graecus acephalus, detecta est.

Textum graecum integrum Simonides iam a. 1843 Smyrnae e codice bibliorum Sinaitico edidisse traditur[4]. Occidentales demum eum acceperunt, cum C. Tischendorf a. 1862 codicem Sinaiticum totum, a. 1863 Novum Testamentum Sinaiticum publicaret. Quo libro adhibito epistulam recensuerunt A. Dressel, G. Volkmar 1864[5], Ad. Hilgenfeld 1866, I. G. Müller 1869[6], O. de Gebhardt 1875, G. H. Rendall 1877[7], S. Sharpe 1880[8].

Interea Philotheus Bryennius Constantinopoli in codicem celeberrimum inciderat, cui Doctrinam apostolorum debemus, qui vero etiam Barnabae epistulam continet, cumque hanc non ipse typis evulgare posset, lectiones libri Adolpho Hilgenfeld communicavit, qui epistulam a. 1877 denuo edens eas publici iuris fecit, ita ut ad scripturam recensendam etiam alii eas convertere possent, O. de Gebhardt in editione partis II fasciculi I Patrum apost. altera 1878 et in editione Patrum apost. minore 1877, ego in editione Patrum apost. priore 1878, Lightfoot-Harmer 1891.

Cum codices acephalos, qui editoribus prioribus soli cogniti

1 S. Barnabae Apostoli epistola Catholica etc. Oxoniae. Editor nomen suum titulo non adiecit.

2 Varia Sacra. Lugduni Batav. t. I. Denuo 1694.

3 Codex Novi Testam. deuterocanonicus sive Patres apost. Turici t. I.

4 E. C. Richardson, *Bibliographical Synopsis* 1887 p. 16.

5 Monumentum vetustatis christianae ineditum. Turici (c. 1—5).

6 *Erklärung des Barnabasbriefes.* Lipsiae.

7 Editio adiuncta est dissertationi iam laudatae, quam fecit Cunningham (cf. p. XXIV n. 6).

8 *S. Barnabas' epistle in Greek with translation.* Londini.

erant, omnes a codice Vaticano gr. 859 dependere demonstrasse mihi videar[1], tres libri manuscripti graeci ad textum recensendum nobis adhibendi sunt, Sinaiticus saec. IV (signavi S), Constantinopolitanus vel potius Hierosolymitanus a. 1056 (= H), Vaticanus 859 saec. XI (= V). Quibus testibus accedit versio epistulae latina vetus (= L), quae codice Corbeiensi, tum Parisiensi, nunc Petropolitano traditur, quamque emendatissimam in suis epistulae editionibus Gebhardt 1875 (1878) et Hilgenfeld 1877 publicaverunt. Testes omnes vitiis haud mediocribus laborant. Codex Sinaiticus vero ceteris aetate adeo praestat, ut ei in textu recensendo primus locus attribuendus sit. Passim correctus est, et primam manum, quae scriptoris ipsius est, signavi S*, alteram, quae saeculi VII esse videtur, S**; ubi autem error facile cognosci potest et discrimen non maioris momenti est, non notavi, quid sit librarii, quid correctorum[2]. De codice Vaticano, quem ipse excussi, accuratius retuli.

Virorum, qui de epistula explicanda meriti sunt, maior pars iam commemorata est. Editores enim plerique et in commentario textum interpretati sunt et in Prolegomenis de epistulae authentia, integritate, origine, auctore, lectoribus etc. disputaverunt. Alios laudavi, ubi de authentia etc. tractavi. De epistulae doctrina praeter viros in Notitia generali nominatos inprimis disputaverunt Hefele[3], Franke[4], I. Kayser[5], Cunningham[6].

EPISTULAE CLEMENTIS ROMANI.

I.

Quis primam Clementis epistulam scripserit, ex ea ipsa non apparet. Missa est enim ab ecclesia Romanorum ad ecclesiam

1 *Theologische Quartalschrift* 1880 p. 629—637.

2 Tischendorf in Novo Testamento Sinaitico 1863 p. XXIV agit de correctoribus, locos epistulae Barnabae p. LXXVI sqq. describit.

3 *Das Sendschreiben des Ap. Barnabas* 1840 p. 242—262.

4 *Zeitschrift für luther. Theologie* 1840. II, 67—92.

5 *Ueber den sog. Barnabasbrief* 1866 p. 85—147.

6 *A dissertation on the Ep. of S. Barnabas* p. 105—117. — Tractatus *Studier over Barnabasbrevet*, quem J. P. Bang in *Teolog. Tidsskrift* 1900, II, 1. 2 publicavit, mihi non praesto fuit.

Corinthiorum. Sed Clementem eam exarasse vix dubium est, cum veteres ad unum omnes de hac re consentiant. Iam Dionysius Corinthius epistulae auctorem Clementem vocat (Eus. H. E. IV, 23, 13). Clemens Alexandrinus et Origenes epistulam laudant tanquam ab illo confectam (cf. adnotationes ad 1, 2; 9, 2; 14, 5; 17; 20, 8; 21, 2; 36, 2; 38, 2; 40, 1; 41, 4; 48, 1. 4. 6; 49, 4; 53, 3; 55, 1. 4). Irenaeus Adv. haer. III, 3, 3 scribit, epistulam exortam esse Clemente episcopatum ecclesiae Romanae gerente, et simile quidquam Hegesippus (Eus. H. E. IV, 22, 1) dixisse videtur. Eusebius H. E. III, 38, 1 et Hieronymus Catal. c. 15 tradunt, Clementem eam ex persona Romanae ecclesiae ad ecclesiam Corinthiorum scripsisse. Rationes, quibus Völter[1] nuperrime epistulam ei abiudicavit, vanae sunt.

Quae de Clementis nostri ortu et vita cognita habemus, perpauca sunt. Irenaeus Adv. haer. III, 3, 3 eum cum apostolis vixisse ac cum ipsis conversatum esse refert, eumque ecclesiae Romanae praefuisse veteres unanimes tradunt. Origenes In Ioann. t. VI c. 36 (ed. Bened. IV, 153) insuper dicit, eum eundem fuisse cum illo, quem Paulus Phil. 4, 3 laudibus effert, et Eusebius H. E. III, 15, Epiphanius H. 27 c. 6, Hieronymus Cat. c. 15 et alii veterum assentiuntur. Sed id coniecisse tantum videtur, et adhuc magis a veri similitudine abhorret, quod tradunt Homiliae et Recognitiones Clementinae, eum Romanum et e gente senatoria ac stirpe Caesarum oriundum fuisse. Etiam recentiores nonnulli eum eundem fuisse putant cum T. Flavio Clemente consule et Domitiani patruele. Sed obstat, quod de morte utriusque Clementis traditum habemus (Flavius Clemens enim martyrium subiit; Clemens episcopus autem sua morte defunctus esse videtur), et silentium scriptorum fide dignorum, qui certe narrassent, Domitiani patruelem, cuius filios imperator iam successores destinaverat, ecclesiae Romanae praefuisse, si res ita se habuisset[2]. Tillemont[3] ex 4, 8, ubi Iacob, et ex 31, 2,

1 *Die Visionen des Hermas, die Sibylle und Clemens von Rom* 1900 p. 31.

2 Cf. Funk, *Kirchengeschichtliche Abhandlungen und Untersuchungen* I (1897), 308—329.

3 *Mémoires pour servir à l'histoire eccl. St. Clement* art. I.

ubi Abraham appellatus est noster pater, collegit, Clementem e stirpe iudaica editum fuisse. Nuperrime totam epistulam, dicendi modum et argumenta, respiciens, idem Lightfoot[1] rectius contendit addens, eum libertum vel filium liberti et de domo Flavii Clementis consulis fuisse; et E. Nestle[2] plures epistulae locos sermonem iudaicum exhibere demonstravit. Cf. adnotat. ad 12, 5. 7.

Teste Hieronymo plerique Latinorum priscis iam temporibus Clementem Petro successisse affirmarunt. Scribit enim Cat. c. 15: ***Clemens quartus post Petrum Romae episcopus, siquidem secundus Linus fuit, tertius Anacletus, tametsi plerique Latinorum secundum post Petrum apostolum putent fuisse Clementem***; et Tertullianus De praescr. c. 32 addit, eum a Petro ipso fuisse ordinatum. Hieronymus ipse, qui l. c. Clementem Lino et Anacleto postposuit, postea sententiam mutasse ceterisque Latinis accessisse videtur, In Ies. 52, 13 (ed. Vallarsi IV, 612) dicens, Clementem, virum apostolicum, post Petrum Romanam ecclesiam rexisse. Adv. Iovin. II, 12 Clementem successorem apostoli Petri appellat. Sed sententia non est plane certa. Illo enim modo Hieronymus loqui potuit, etiamsi Clementem apostolo non statim successisse putavit. Catalogus Liberianus a. 354, Augustinus Ep. 53 ad Generos. n. 2, Optatus Milevitanus De schism. Donat. II, 3, Constitutiones apost. VII, 46 primum Petri successorem Linum, secundum Clementem fuisse tradunt. Irenaeus denique Clementi quartum vel, si Petrus apostolus non numeratur, tertium inter episcopos Romanos locum assignat Adv. haer. III, 3, 3 (graece apud Eus. H. E. V, 6) scribens: θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν. τούτου τοῦ Λίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται. διαδέχεται δὲ αὐτὸν Ἀνέγκλητος· μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς, καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων καὶ

1 *St. Clement of Rome* I (1890), 58—61.

2 *Zeitschrift für die neutestam. Wissenschaft und die Kunde des Urchristentums* I (1900), 178 – 180.

τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων κτλ., eumque secuti sunt Eusebius H. E. III, 13. 15. 34 et Hieronymus Cat. c. 15.

Sententias illas discrepantes ut componerent, alii alia coniecerunt. Epiphanius (H. 27 c. 6) I Clem. 54, 2 male interpretatus suspicatus est, Clementem a Petro quidem ordinatum fuisse, pacis causa autem Lino cessisse et, cum huic successisset Cletus (ut scribit pro *Anencletus* vel *Anacletus*), pontificatum resumpsisse. Rufinus in praefatione in Clem. Recognitiones scripsit, Linum et Cletum fuisse quidem ante Clementem episcopos in urbe Roma, sed superstite Petro, videlicet ut illi episcopatus curam gererent, ipse vero apostolatus impleret officium, atque hoc modo utrumque verum videri, ut et illi ante Clementem numerarentur episcopi, et Clemens tamen post obitum Petri docendi suscepisset sedem. Scriptores medii aevi alii aliam sententiam repetierunt. Beda Venerabilis e. g. scribit, Petrum fundata Romae ecclesia Christi Clementem sibi adiutorem evangelizandi, simul et successorem consecrasse perhiberi (Hist. eccles. II, 4). Haymo Eusebium sequitur, idemque refert, eos, qui de cathedra Romanae ecclesiae perscrutati sint, dicere, Linum et Cletum non sedisse ut pontifices, sed ut summi pontificis coadiutores, quibus beatus Petrus tradiderit rerum ecclesiasticarum dispositionem, cum ipse orationi et praedicationi vacaverit (Hist. sacr. III, 12). Recentiore tempore fere omnes iure catalogum Romanorum pontificum ab Irenaeo traditum verum agnoverunt. Cf. Baron. A. 69, 41 sq. Sententia, quae Clementi locum post Petrum primum attribuit, haud dubie ex fabula Clementinarum Homiliarum et Recognitionum exorta est. Clemens igitur tertius post Petrum episcopus putandus est. Mortuus est autem teste Eusebio H. E. III, 34, cum novem annos praedicationem verbi divini procurasset, anno Traiani imperatoris tertio i. e. a. 101 p. Chr. Acta martyrii, quae exstant[1], haud dubie suppositicia sunt. Rufinus[2] quidem, Zosimus[3], Concilium Vasense a. 442 (c. 6) et Calendaria Romana

1 Cotelerius, Patr. apost. ed. Clericus 1724 I, 808—814. Funk, Patr. apost. II, 28—45.

2 Hieron. Apol. adv. lib. Ruf. II, 17 ed. Vallars. II, 507.

3 Ep. II, 2. PL 20, 650.

inde a Martyrologio Hieronymiano eum martyrem appellant. Gregorius Turonensis (Hist. Franc. I, 25) eum Traiano imperante passum esse refert. Sed Eusebius et Hieronymus ll. cc. mortem commemorant nullam martyrii mentionem facientes, et Irenaeus l. c. inter episcopos Romanos a Lino usque ad Eleutherum Telesphorum solum martyrem putare videtur. Traditio de eius martyrio inde originem trahere potuit, quod tempore currente cum Tito Flavio Clemente idem habebatur. Neque tamen silentio praetereundum est, etiam nuperrime nonnullis viris doctis patrem martyrium subiisse visum esse[1].

II.

De tempore, quo epistula confecta est, multum disputabatur. Omnes quidem consentiunt et ex epistula ipsa patet, eam tempore persecutionis vel brevi post scriptam esse. Sed quaeritur, quae sit illa persecutio. Si paucos illos exceperis, qui nuperrime argumentis invalidis epistulam Traiani vel Hadriani temporibus vindicavere, duae sententiae expositae sunt. Hugo Grotius[2], David Blondel[3], I. E. Grabe[4], H. Wotton, G. A. Orsi[5], A. Gallandi, M. I. Wocher[6], D. Schenkel[7], G. Uhlhorn[8], C. I. Hefele, C. Wieseler[9], I. Nirschl[10], et nonnulli alii epistulam brevi post Neronis persecutionem c. a. 68 exortam esse statuerunt, ex 6, 4 et c. 40—41 colligentes, Hierosolymam tum temporis nondum deletam fuisse et cultum iudaicum in templo Hierosolymitano adhuc viguisse. Sed argumenta non

---

1 J. B. de Rossi, *Bulletino di archeologia cristiana* 1864/70; P. Allard, *Hist. des persécutions pendant les deux premiers siècles* 1885 p. 169—176. Cf. Duchesne, Liber pontificalis I (1886) p. XCI.

2 Epist. ad Gallos 154 apud Cotelerium l. c. I, 133 sq.

3 Ibidem p. 135.

4 Spicilegium SS. Patrum ed. II 1700 I, 254 sqq.

5 *Istoria ecclesiastica* 1747 I, 291 sq.

6 *Die Briefe der apost. Väter Clemens und Polycarpus* 1830 p. 10 sqq.

7 De ecclesia Corinth. primaeva 1838 p. 105 sqq.

8 *Zeitschrift für histor. Theologie* 1851 p. 322. Aliter ibid. 1866 p. 33.

9 *Untersuchungen über den Hebräerbrief* 1861 p. 3 sq.; *Jahrbücher für deutsche Theologie* 1877 p. 383—406.

10 *Patrologie* I (1881), 68 –70.

satis firma sunt. De cultu iudaico similiter loquuntur alii scriptores saeculi secundi vel primi exeuntis (cf. adnotationem ad 41, 2), et quis probare potest, Clementem scribentem: ζῆλος καὶ ἔρις πόλεις μεγάλας κατέστρεψεν, Hierosolymam deletam non ante oculos habuisse? Nonne ex eo, quod de hac re non in c. 4, ubi exempla veteris testamenti protulit, sed in c. 6 loquitur, ubi de martyribus christianis tractat, concludere licet, eversionem Hierosolymae ei occasionem dedisse, ut hunc versum adderet?

Econtra plures epistulae loci finem saeculi produnt. Subitae enim illae ac sibi invicem succedentes calamitates, quarum 1, 1 mentio fit, potius ad Domitiani quam ad Neronis persecutionem quadrant (cf. Tacit. Agric. c. 44; Suet. Domit. c. 11. 12. 15; Dio Cass. LXVII, 14) et ab auctore satis clare discernuntur a persecutione cruentissima, quae c. 5—6 commemoratur. Neque a veri similitudine abhorret, Clementem, si brevi post mortem beatissimorum apostolorum scribens Neronis persecutione impeditus fuisset, quominus ad Corinthiorum dissidia prius animum adverteret, de celeberrimo illo martyrio epistula ineunte, non progrediente dicturum fuisse. Deinde ex c. 42—44 apparet, apostolos iam ante plures annos, non nonnullos tantum decessisse. Auctor non solum prodit, omnes fere apostolos inter mortuos esse, sed etiam 44, 3 dicit, haud paucos presbyteros, quos apostoli ipsi constituerant, iam defunctos fuisse. Ibidem presbyteri a Corinthiis deiecti μεμαρτυρημένοι πολλοῖς χρόνοις appellantur; 47, 6 ecclesia Corinthiorum ἀρχαία vocatur. Tum viri 63, 3 commemorati, videlicet fideles et casti, qui a iuventute usque ad senectutem inculpate vixerunt, a. 68 vel 69 Romae non fuerunt. Accedit denique, quod Hegesippus (Eus. H. E. III, 16) testatur, Clementis tempore epistulam Corinthum missam esse, et Eusebius (H. E. III, 15) tradit, inde ab anno Domitiani duodecimo Clementem ecclesiae Romanae praefuisse.

Quae cum ita sint, iure plerique viri docti, qui in investiganda scripturae origine versati sunt, epistulam imperio Domitiani exeunte vel imperio Nervae ineunte scriptam esse contenderunt, i. e. a. 93—97, e. g. I. B. Cotelerius, Remigius Ceillier[1],

1 *Histoire générale des auteurs sacrés et eccl.* 1729 I 600 sq.

G. Lumper[1], F. Windischman[2], I. A. Möhler[3], I. Fessler[4], Ad. Hilgenfeld[5], Gundert[6], Lipsius[7], I. B. Lightfoot, Donaldson[8], Ph. Bryennius, Ad. Harnack, A. Brüll[9], G. Courtois[10]. Num vero epistula Domitiano an Nerva imperium tenente scripta sit, difficillimum est diiudicatu, et alii aliud statuere. Mihi Domitiano exstincto confecta esse videtur. Epistulae exordium potius de persecutione finita quam de aliquo temporis momento intellegendum est, quo imperator ille in fideles saevire desiit, et preces, quae sub finem epistulae ad Deum mittuntur, principem Christianis benevolum produnt.

Sententiam illam, epistulam brevi post Neronis persecutionem exaratam esse, Wieseler[11] adhuc nuperrime defendit, contendens, locos, qui originem seriorem proderent, eam revera non probare; vocem ἀρχαῖος legi etiam Act. 15, 7 (cf. Phil. 4, 15), ubi de spatio temporis minore ageretur; 44, 3 et 63, 3 etiam ante Hierosolymam deletam scribi potuisse; persecutionem, post quam epistula brevi confecta est, non posse non esse persecutionem Neronianam; quae enim 1, 1 dicta essent, magis ad illam quadrare quam ad Domitianam, et auctorem, si post hanc scripsisset, certe aliquot martyres nominaturum fuisse, qui tunc temporis passi essent. Optime sane de hac re disputavit. Nihilominus autem ad eius sententiam accedere non possum. Nequaquam enim plura de persecutione Domitiani dicenda vel aliquot illius temporis martyres nominandi erant. Perpauca etiam de persecutione Neronis longe maiore dicta et ex *multitudine ingenti* (Tac. Annal. XV, 44), quae ab illo imperatore morti tradebatur, Petrus et Paulus tantum nominatim commemorati sunt.

1 Historia theologico-critica etc. 1783 I, 17.
2 Vindiciae Petrinae 1836 p. 54 sq.
3 *Patrologie* 1840 p. 57 sqq. Opus posthumum.
4 Institutiones Patrologiae 1850 I, 160 sq.
5 *Die apostolischen Väter* 1853 p. 74 sqq.
6 *Zeitschrift für die g. lutherische Theologie* 1853 p. 642 sqq.
7 De Clementis Rom. epist. ad Cor. priore disquisitio 1855 p. 136 sqq.
8 *The Apost. Fathers* 1874 p. 130 sq.
9 *Tüb. Theolog. Quartalschrift* 1875 p. 252 sqq.
10 *L'épître de Clément de Rome* 1894.
11 *Jahrbücher für deutsche Theologie* 1877 p. 383—394.

Persecutio autem Domitiana paucissimis tantum verbis attacta est, quia teste Tertulliano (Apolog. c. 5) Domitianus nonnisi *portio Neronis de crudelitate* fuit, fortasse etiam, quia imperator adhuc inter vivos erat. Reliqua autem, quae Wieseler protulit, minoris momenti sunt. Concedo, locos supra laudatos non stricte probare, epistulam decennio saeculi primi decimo exortam esse. Id autem certe ex iis apparet, Clementem verisimilius hoc tempore quam ante Hierosolymae excidium scripsisse.

III.

Occasio scribendi haec fuit. Ecclesia Corinthiorum, quae tempore praeterlapso virtutibus egregiis excelluerat ac pace profunda erat fruita, cum iuvenes aliquot tumore inflati et honoris cupidi (cf. 1, 1; 3, 3; 21, 5; 47, 6) in presbyteros insurrexissent eosque deiecissent, in discrimen haud exiguum vocatum est. Forsan etiam controversia de resurrectione mortuorum (I Cor. 15, 12 sqq.) denuo exorta est. Omnia perturbari coepta sunt et gentiles quoque nomini christiano opprobria intulerunt (47, 7). Itaque ecclesia Romana, cum de dissidiis certior facta esset, obligata esse sibi videbatur, ut fratres ad pacem et concordiam revocaret, et epistulam hanc luculentissimam Corinthiis misit.

Constat epistula e prooemio et epilogo ac duabus partibus. In illo (c. 1—3) auctor exponit, quam bonus ecclesiae Corinthiorum status quondam fuerit, quam tristis nunc sit. Olim Corinthios omnibus virtutibus ornatos fuisse (1—2); postquam autem impletum fuerit, quod scriptum sit Deut. 32, 15, omnia perturbari et unumquemque praeceptis Dei contemptis secundum concupiscentias suas incedere (3). Invidiam fontem malorum illorum declarans Clemens transit ad primam partem (4—36). Demonstrat, ex invidia et zelo apud veteres (4) ac recentiores (5—6) maxima mala exorta esse, et adhortatur ad paenitentiam (7—8), ad oboedientiam et fidem erga Deum (9—12) et ad humilitatem (13), admonitiones dictis sacris et exemplis biblicis comprobans. Corinthii magis Deo oboediant quam seditionis auctoribus (14) et adhaereant iis, qui pacem colant, nec vero colere simulent (15). Christum esse cum humilibus, non cum superbis, et exemplum nobis proposuisse Abraham et alios patres

(17—18). Quos sequantur ac Deum diligant, qui sit Deus pacis (19). Naturam universam in pace et concordia omnia perficere, et Deum hanc harmoniam instituentem clementissimum erga nos se praebere (20). Caveant, ne eius beneficia in condemnationem ipsis cedant. Faciant voluntatem eius, qui omnia videat et cogitationes quoque scrutetur (21). Eadem postulare fidem christianam, cum Christus per spiritum sanctum nos exhortetur, ut faciamus bonum ac quaeramus pacem (22). Deum benignum esse erga eos, qui ipsum timeant et simplici corde ad ipsum accedant. Itaque ne dubitent. Fore ut verba eius impleantur (23). Vario modo eum resurrectionem futuram ostendere (24—25) et per spiritum sanctum eam praedixisse (26). Credant igitur Deo sperentque in eum, qui non mentiatur, sed exsequatur id, quod decreverit (27). Metuant eum, quem nemo effugere possit (28); accedant ad eum in sanctitate cordis (29) faciantque, quae ei placeant, ut benedictionem eius consequantur (30), sicut Abraham et alii (31). Dona Dei non mereri nec iustificari nos per opera nostra, sed per fidem (32). Nihilominus bona opera nobis peragenda esse. Deum enim et ipsum opera perfecisse et per prophetam declarasse, se opera nostra remuneraturum esse. Magna revera et mirabilia eum promisisse exspectantibus ipsum (33—35) et daturum esse per Iesum Christum filium suum, infirmitatis nostrae patronum et auxiliatorem (36).

In altera parte (37—61) Clemens propius ad rem accedit, et postquam ostendit, in exercitu alios imperare, alios oboedire et imperata exsequi, in corpore quoque alia membra aliis ministrare et omnia capiti (37), Corinthios admonet, ut suum quisque locum obtineat (38—39) et omnes ordinem in ecclesia institutum servent (40). Singulis non omnia licere. Sacrificia Hierosolymae tantum offerri (41), et apostolos constituisse episcopos et diaconos, ut ecclesiae praeessent (42). Deum miraculo ostendisse, qui ipsi essent sacerdotes (43), et apostolos providisse, ne ordo ecclesiae tolleretur (44). Qui legitime ecclesiae praefecti sint et gregi Christi inculpate deservierint, eos episcopatu non deiciendos, et qui illos persecuti sint removerintque, eos non iustos esse, sed improbos (45). Illis igitur, non his adhaerendum esse et seditionem terminandam, quae peior sit

priore, quae Pauli tempore fuerit (46—47). Corinthii seditionem celeriter auferant et ad caritatem redeant, quae omnia possit (48—50). Dissidentes peccatum suum confiteantur (51—52) et sicut Moses et alii potius damnum patiantur quam pacem ecclesiae perturbent (53—55); ceteri pro iis orent, ut divinae voluntati cedant (56) et seditionis auctores presbyteris se subiciant (57). Quod consilium si accipiant, fore ut salvi fiant (58); sin autem non pareant, ipsos quidem in discrimen magnum incursuros, consiliantes vero a peccato innocentes futuros esse assidue supplicantes, ut Deus numerum electorum conservet, fideles salvet, omnes gentes ad veritatis cognitionem adducat (59—60), principibus terrae pacem largiatur ac concordiam (61).

In epilogo (62—65) Corinthii iterum admonentur, ut dictis oboediant redeantque ad pacem et unitatem (62—64), et denique rogantur, ut viros ad se missos brevi remittant, ut fratres Romani de pace restituta cum ipsis gaudeant (65).

IV.

Epistula a veteribus maximi aestimata est. Scriptoribus, qui eius mentionem fecerunt vel notitiam habuerunt, iam allatis hi addendi sunt. Ut Ussher[1] primus vidit, iam Polycarpus epistulam manu versavit nec pauca ex ea paene verbotenus in suam ad Philippenses epistulam transtulit. Exscribimus haec:

Polycarpi epistula.	Clementis epistula.
Inscr. Πολύκαρπος . . . τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ παροικούσῃ Φιλίππους· ἔλεος ὑμῖν καὶ εἰρήνη παρὰ θεοῦ παντοκράτορος καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χρ. τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πληθυνθείη.	Inscr. Ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ . . . τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ παροικούσῃ Κόρινθον . . . χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντοκράτορος θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χρ. πληθυνθείη.
1, 2: ἡ βεβαία τῆς πίστεως ὑμῶν ῥίζα, ἐξ ἀρχαίων καταγγελλομένη χρόνων, μέχρι νῦν διαμένει.	1, 2: τίς . . . βεβαίαν ὑμῶν πίστιν οὐκ ἐδοκίμασεν; 47, 6: τὴν βεβαιοτάτην καὶ ἀρχαίαν Κορινθίων ἐκκλησίαν.

---

1 In Polycarpianam epist. Ignatii syllogen annotationes 1644 p. 1.

Polycarpi epistula.	Clementis epistula.
2, 1: διὸ . . δουλεύσατε τῷ θεῷ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ ἀπολιπόντες τὴν κενὴν ματαιολογίαν καὶ τὴν τῶν πολλῶν πλάνην.	9, 1: διὸ ὑπακούσωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βουλήσει αὐτοῦ . . . ἀπολιπόντες τὴν ματαιοπονίαν κτλ.
2, 3: μνημονεύοντες δὲ ὧν εἶπεν ὁ κύριος διδάσκων· Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε· ἀφίετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· ἐλεεῖτε, ἵνα ἐλεηθῆτε· ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν.	13, 1. 2: μάλιστα μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ κυρίου Ἰ., οὓς ἐλάλησεν διδάσκων . . . . ἐλεᾶτε, ἵνα ἐλεηθῆτε· ἀφίετε, ἵνα ἀφεθῇ ὑμῖν . . . ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν.
4, 2: ἔπειτα καὶ τὰς γυναῖκας ὑμῶν ἐν τῇ δοθείσῃ αὐταῖς πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγνείᾳ, στεργούσας τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ καὶ ἀγαπώσας πάντας ἐξ ἴσου ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ, καὶ τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ.	1, 3: γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει πάντα ἐπιτελεῖν παρηγγέλλετε, στεργούσας καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν . . . πάνυ σωφρονούσας. 21, 6, 7: τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ, τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα, τὸ ἀξιαγάπητον τῆς ἁγνείας ἦθος ἐνδειξάσθωσαν.
4, 3: γινωσκούσας . . . ὅτι πάντα μωμοσκοπεῖται καὶ λέληθεν αὐτὸν οὐδὲν οὔτε λογισμῶν οὔτε ἐννοιῶν οὔτε τι τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας.	21, 3: ἴδωμεν, πῶς ἐγγύς ἐστιν καὶ ὅτι οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐννοιῶν ἡμῶν οὐδὲ τῶν διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα.
7, 2: διὸ ἀπολιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν . . . ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν . . . προσκαρτεροῦντες νηστείαις, δεήσεσιν αἰτούμενοι τὸν παντεπόπτην θεόν.	7, 2: διὸ ἀπολίπωμεν τὰς κενὰς καὶ ματαίας φροντίδας καὶ ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν τῆς παραδόσεως ἡμῶν κανόνα (cf. 19, 2). 55, 6: διὰ γὰρ τῆς νηστείας καὶ τῆς ταπεινώσεως αὐτῆς ἠξίωσεν (sc. ἡ Ἐσθήρ) τὸν παντεπόπτην δεσπότην.
8, 2: μιμηταὶ οὖν γενώμεθα	5, 7: ὑπομονῆς γενόμενος μέ-

Polycarpi epistula.	Clementis epistula.
τῆς ὑπομονῆς . . . τοῦτον γὰρ ἡμῖν τὸν ὑπογραμμὸν ἔθηκε δι' ἑαυτοῦ. Cf. 10, 1.	γιστος ὑπογραμμός. Cf. 16, 17; 33, 8.
9, 2: οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, ἀλλ' ἐν πίστει . . . εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ κυρίῳ.	6, 2: ἐπὶ τὸν τῆς πίστεως βέβαιον δρόμον κατήντησαν. 5, 4: ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης.

Cf. insuper Polyc. 3, 2 et Clem. 40, 1; 45, 2; 47, 1. 2; 53, 1; 62, 3; P. 3, 3 et Cl. 49, 5; P. 6, 3 et Cl. 17, 1; P. 9, 1 et Cl. 5, 1, 3; P. 10, 2. 3 et Cl. 38, 1; 46, 8; 47, 7; P. 11, 3 et Cl. 47, 2; P. 12, 1 et Cl. 53, 1; P. 12, 2 et Cl. 62, 2; P. 12, 3 et Cl. 59, 4; 60, 3. 4; 61, 1. 2; P. 14 et Cl. 63, 3.

Irenaeus epistulam scripturam luculentissimam vocat eiusque argumentum exhibet. Scribit enim Adv. haer. III, 3, 3 (Eus. H. E. V, 6): Ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτοὺς καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει, *annuntiantem unum Deum omnipotentem, factorem caeli et terrae, plasmatorem hominis, qui induxerit cataclysmum et advocaverit Abraham, qui eduxerit populum de terra Aegypti, qui locutus sit Moysi, qui legem disposuerit et prophetas miserit, qui ignem praeparaverit diabolo et angelis eius. Hunc patrem Domini nostri Iesu Christi ab ecclesiis annuntiari, ex ipsa scriptura, qui velint, discere possunt et apostolicam ecclesiae traditionem intellegere; cum sit vetustior epistula his, qui nunc falso docent et alterum Deum super demiurgum et factorem horum omnium, quae sunt, commentiuntur*[1]. Eusebius H. E. III, 16. 38 quoque epistulam magnis laudibus effert eamque ab omnibus receptam esse testatur. Cyrillus Hierosol. ex ea allegat c. 25, Basilius M. 58, 2, Hieronymus 16, 2; 20, 8; 49, 2. Epi-

---

1 Facile intellegis, in iis, quae latine tantum exstant, Irenaeum epistulam magis interpretatum esse quam ea, quae continet, paucis verbis retulisse. Demonstrare enim voluit, actiones singulas, quas Gnostici demiurgo vindicant, in epistula de Deo uno praedicari.

phanius citat 54, 2 et forsan respicit c. 24—25. Epistula in linguam latinam translata est, atque Lactantius et Ambrosius phoenicis fabulam (c. 25) narrantes versionem iam adhibuisse videntur. Saeculo VI Ioannes diaconus exscripsit 43, 6—44, 1. Eodem saeculo exeunte vel septimo ineunte Leontius et Ioannes laudant 33, 2—6, paulo post Maximus Confessor 48, 6, octavo saeculo Ioannes Damascenus 23, 2—6, undecimo Nicon monachus Raithensis 14, 1; 15, 1. 2; 46, 2. 4; duodecimo Antonius auctor Melissae 48, 6 (cf. adnotationes ad hos locos). Photius, quamquam aliquot loci (20, 8; 25; 36, 1) ei minus placuerunt, iudicavit, epistulam esse ἁπλοῦν κατὰ τὴν φράσιν καὶ σαφῆ καὶ ἐγγὺς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ καὶ ἀπεριέργου χαρακτῆρος (Bibl. cod. 126). Syri quoque eam tanti aestimarunt, ut eam una cum altera quae dicitur Clementis epistula in linguam suam transferrent[1].

Veteres epistulam etiam dignam habuerunt, quae publice in ecclesia praelegeretur, et Corinthi, cum Dionysius (Eus. H. E. IV, 23, 13) de prisca consuetudine loquatur, id inde ab initio factum esse videtur. Aliae ecclesiae Corinthios imitatae sunt. Teste Eusebio H. E. III, 16, 2 in plerisque ecclesiis, teste Hieronymo Cat. c. 15 in nonnullis locis epistula publice legebatur, et verisimile est, Clementem Al. Strom. IV, 17, 107 p. 609 consuetudinem illam respicientem Clementem nostrum apostolum appellasse. Qui mos effecit, ut epistula cum sacris libris in uno volumine colligeretur. In codice Alexandrino, qui Constantino de Tischendorf[2] saeculo quinto scriptus esse videtur, duae Clementis epistulae libris Novi Testamenti subiunctae sunt, et ex eo, quod post Apocalypsin legebantur, concludere licet, eas non inter libros canonicos habitos fuisse. Eusebius in enumerandis libris canonicis (H. E. III, 3. 24. 25) eas omittit et priorem insuper libris ἀντιλεγομένοις adnumerat (VI, 13, 6); auctor Stichometriae Nicephoro Constantinopolitano adscriptae,

1 Locos Clementis allegatos et testimonia veterum amplissime collegit Lightfoot I, 148—200.

2 Vetus Testamentum Graece iuxta LXX interpretes ed. IV. I p. LXV. Hilgenfeld eum aeque ac Sinaiticum saeculo sexto assignat. Cf. *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* 1864 p. 211 sqq.

qui inter libros ἀντιλεγομένους et apocryphos discrimen facit, eas inter hos recenset (PG 100, 1060). Saeculo IX autem eas in ecclesia graeca iam praelegi desiisse elucet e verbis Photii Biblioth. cod. 113 dicentis, priorem apud multos dignam existimatam f u i s s e, quae etiam publice legeretur, alteram quae diceretur ab iisdem spuriam haberi.

9 *Zeitschrift für histor. Theologie* 1856 p. 3—160. *Abhandlungen für die Kunde des Morgenlandes* 1859.

10 *Kirchengeschichte in Biographieen* ed. II 1873 I, I, 16.

assensi sunt. Plerique vero Germanorum contradixerunt. C. I. Hefele iam in tertia Patrum apost. editione a. 1847 contendit, versionem syriacam nonnisi epitomen Ignatianarum epistularum esse, a monacho syriaco in proprios usus pios confectam, idque ex eo conclusit, quod iidem codices, quos Tattam detexit, et alia plura excerpta ex epistulis Ignatianis nec non alios libros asceticos continent, quodque nexus sententiarum in versione minus artus docet, monachum illum non tam interpretis quam epitomatoris partes egisse. Eandem vel similem sententiam propugnaverunt H. Denzinger[1], G. Uhlhorn[2] et R. Rothe[3], nec non Baur[4] et Hilgenfeld[5], quamquam hi epistulas omnes Ignatio adscriptas spurias habuerunt. I. H. Petermann[6] et Ad. Merx[7] praeterea probaverunt, versionem syriacam ab initio tredecim vel septem epistulas easque non decurtatas complexam et eas, quas Cureton edidit, ex antiqua illa versione excerptas esse, eorumque vestigia nuperrime pressit Th. Zahn[8] nova argumenta proferens ac praesertim demonstrans, Syros non duas epistularum Ignatianarum versiones, ut Merx statuit, sed unam tantum habuisse. Postea Ignatium syriacum nemo defendit. Plures potius, qui quondam a parte Gulielmi Cureton steterant, sententiam dereliquerunt, et iam Zahn[9] dicere potuit, recensionem illam brevissimam quasi insomnium suave tandem evanuisse.

Cum autem de recensione syriaca paulatim omnes consentirent, de recensione graeca breviore dissensus remansit. Acerrime eam F. Chr. Baur impugnavit statuitque, epistulas saeculo secundo medio Romae a falsario quodam in favorem episcopatus

1 *Ueber die Aechtheit des bisherigen Textes der Ignat. Briefe.* Wirceburgi 1849.

2 *Zeitschrift f. hist. Theol.* 1851 p. 3—65.

3 *Zeitschrift f. wissenschaftl. Theologie* XXXIV (1891), 500—512 (Opus posthumum).

4 *Die Ignat. Briefe und ihr neuester Kritiker. Eine Streitschrift gegen Herrn Bunsen.* Tubingae 1848.

5 *Die apostolischen Väter* 1853 p. 274—279.

6 S. Ignatii epistolae 1849 p. VI sqq.

7 Meletemata Ignatiana 1861.

8 *Ignatius v. Ant.* p. 167—241.

9 Ign. epistulae p. V.

ideae confectas esse[1], eique accesserunt Alb. Schwegler[2], Ad. Hilgenfeld[3] nec pauci alii. Defenderunt epistulas e. g. R. Rothe[4], I. Ed. Huther[5], Fr. Düsterdieck[6], G. Uhlhorn[7], Th. Zahn[8], Funk[9], Lightfoot (I, 315—414). Neque nostris diebus quidem defuerunt, qui eas Ignatio abiudicarent. W. D. Killen[10] eas Callisto papae (217—22) attribuit. I. van Loon[11] et R. C. Jenkins[12] eas saltem post Ignatium fictas fuisse censuerunt; alii occasione data idem statuerunt. Attamen numerus adversariorum diminutus est. Harnack[13], qui eas olim ad tempus Hadriani vel Antonini Pii retulit, nuperrime eas tempore Traiani scriptas esse agnovit.

Hucusque epistulae septem ab Eusebio commemoratae omnes aut genuinae aut falsae habitae sunt. Nuper vero nonnulli respicientes epistulam ad Romanos alio modo traditam esse ac reliquas atque putantes eam etiam alium auctorem prodere ac ceteras, saltem aut illam aut has Ignatio abiudicaverunt. Primus hanc viam ingressus est E. Renan[14] et epistulam ad Romanos solam Ignatii esse censuit. D. Völter[15] ex contrario hanc epi-

---

1 *Die sogenannten Pastoralbriefe des Apostels Paulus* 1835 p. 87. *Tüb. Zeitschrift für Theologie* 1836 III, 197 sqq.; 1838 III, 148—185.

2 *Das nachapostolische Zeitalter* 1846 II, 159—179.

3 *Die apostolischen Väter* 1853 p. 215 sqq.

4 *Die Anfänge der christl. Kirche* 1837 p. 715—739.

5 *Zeitschrift f. histor. Theologie* 1841 IV, 1—73.

6 De Ign. epist. authentia 1843 p. 42—91.

7 *Zeitschrift f. hist. Theologie* 1851 p. 247—341.

8 *Ignatius von Antiochien* 1873 p. 491—541.

9 *Die Echtheit der Ignatianischen Briefe* 1883.

10 *The Ignatian epistles entirely spurious*, Edinburgi 1886.

11 *Theologisch Tijdschrift* 1888 p. 420—445; 1893 p. 275—316.

12 *Ignatian difficulties and historical doubts*, Londini 1890. Cf. Ehrhard, *Die altchristl. Litteratur* 1900 p. 92—94.

13 *Die Zeit des Ignatius und die Chronologie der antiochenischen Bischöfe* 1878. *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I (1897), 381—406.

14 *Les Évangiles.* Parisiis 1877 p. XVI—XXVIII.

15 *Die Lösung der Ignatianischen Frage*, *Theologisch Tijdschrift* 1886 p. 114—136; Ignatius-Peregrinus, ibid. 1887 p. 272—320; *Die Ignatianischen Briefe auf ihren Ursprung untersucht*, Tubingae 1892. Anonymus auctor libri: Antiqua mater, *A study of Christian origins*, Londini 1887, hypothesin singularem etiam absurdiorem reddidit.

stulam suppositiciam esse declaravit, sex reliquas genuinas vel potius veteres, cum a Peregrino Proteo a Luciano Samosatensi adumbrato scriptae atque postea (annis 160—170), cum auctor ad Cynismum descivisset, sub nomine Ignatii vulgatae esse ipsi viderentur. Ed. Bruston[1] epistulas ad ecclesias Asiae Ignatio quidem restituit, epistulam ad Romanos vero a posteriore, non ante finem saeculi II confictam esse denuo contendit. Altera ex parte A. Stahl[2] demonstravit, illam epistulam non ita a reliquis discedere, ut alii auctori atque hae attribuenda sit, et iure eam ab Ignatio scriptam haberi. Revera id solum agitur, num epistulae septem Eusebio cognitae genuinae sint an non.

IV.

Postquam historiam controversiae Ignatianae paucis adumbravimus, restat, ut argumenta praecipua consideremus, quae Ignatii adversarii contra epistularum authentiam protulerunt.

Dicunt primum, quae de iudicio et morte Ignatii narrentur, ea ad Traiani imperium plane non referenda nec verisimile esse, imperatorem, qui Plinio scripserit, Christianos quidem, si deferantur et arguantur, puniendos, conquirendos vero non esse, episcopum Antiochenorum condemnasse, ut bestiis obiceretur idque Romae, postquam in itinere innumeros cruciatus sustinuisset. Ad bestias quidem Christianos Marco Aurelio imperatore damnatos, Romam vero, ubi mortem paterentur, neque tunc temporis missos esse neque Traiano imperante, cum Symeon Hierosolymitanus in sua urbe martyrium subierit[3]. Sed epistulae, ut iam vidimus, non tantum non dicunt, Traianum ipsum Ignatium iudicasse vel ecclesiae universae persecutionem intulisse, sed potius produnt, proconsulem sententiam tulisse et in Syria tantum fideles inquietatos esse. Ecclesiae Asiae enim pace tam profunda fruebantur, ut Ignatius, quamquam ob fidem damnatus

---

1 *Ignace d'Antioche, ses épîtres, sa vie, sa théologie*, Monte Albano 1897.

2 *Ignatianische Untersuchungen*. I. *Die Authentie der sieben Ignatiusbriefe*, Gryphiswaldae 1899.

3 Baur, *Ueber den Ursprung des Episcopates in der christl. Kirche*, in *Tüb. Zeitschr. für Theologie* 1838 III, 149—154.

erat, cum iis earumque antistibus versari posset. Christianos Lugdunenses imperatore M. Aurelio Romam non missos esse concedendum est. Damnatos vero profecto saeculo secundo ex provinciis in urbem missos esse testis est L. 31 Dig. de poenis 48, 19. Severus et Antoninus quidem illa lege iusserunt, ad bestias damnatos, nisi eius roboris vel artificii essent, ut digne populo Romano exhiberi possent, aut inconsulto principe Romam non transduci. Nequaquam autem eos Romam mitti prorsus vetuerunt, et abusum prohibentes produnt, favore populi Romani antea nonnullos in urbem transductos esse, qui nec robore nec artificio excelluerunt. Non est igitur, cur dubitemus, Ignatium Romae cum bestiis pugnasse[1].

Deinde opponunt, ea plane absurda esse, quae de Ignatii itinere narrantur: episcopum, quamquam captivus fuerit, amicos suscepisse cum iisque libere collocutum esse et absentibus epistulas scripsisse [2], eumque in tanto circuitu per Smyrnam, Troadem, Neapolim, Philippos, Epidamnum Romam ductum esse[3]. At Lucianus, qui saeculo secundo vixit, ut iam vidimus, aut illam narrationem fide tam dignam habuit, ut dialogum de morte Peregrini scribens nonnulla ex ea hauriret, aut, si eum Ignatii epistulas legisse dubitaveris, paene eadem tradidit. Praeterea nonne Paulus quoque apostolus in vinculis Christum praedicavit (Act. 28, 16. 30. 31)? Nonne Christiani saepissime aditum ad martyres et incarceratos argento a militibus emerunt[4]? Nonne martyres in vinculis litteras et scripserunt et acceperunt?[5] Quo iure ergo narrationem illam in dubium vocamus?[6] Quod autem ad iter attinet, quod Ignatius fecit, eum multo rectiore ac breviore via Romam navigare potuisse haud infitior. Sed quid nos impedit, quin credamus, eum Asiam minorem et via

1 Cf. Funk, *Die Echtheit der Ignatianischen Briefe* p. 103—107; Lightfoot, S. Ignatius I, 341—359.

2 Baur l. c. p. 154—156.

3 Centur. Magdeburg. II c. 10 de Ignatio ed. Norimberg. II, 177. Basnage, Annales polit. eccles. ad ann. 105 c. 10.

4 Cf. Act. Perpet. et Felicitatis c. 3. 5. 16; Cypr. Ep. 5 c. 2; 15 c. 1 ed. Hartel.

5 Cf. Cypr. Ep. 10; 15; 17 c. 3; Eus. H. E. V, 3, 4; VI, 11, 5.

6 Cf. Funk, *Die Echtheit* p. 108.

[redacted]

Egnatia, vulgari Romanorum via militari[1], Macedoniam peragrasse? Si occasio recto itinere in Italiam navigandi defuit, cur eum aliam viam ingressum esse statuere non liceat? Cumque capitis damnatus esset, nonne fieri potuit, ut pedibus ire cogeretur, ut cruciatus augerentur? Concedendum quidem est, a verisimilitudine abhorrere, quod Martyrium refert, eum Epidamno non Brundusium, sed Italia circumnavigata in portum Romanum profectum esse. Sed epistulae, de quibus solis agitur, de illo circuitu nihil referunt, et mihi s. martyr Brundusio in via Appia Romam ductus esse videtur[2].

Tum occurrunt, in epistulis occasionem scribendi praetermitti nec vel divinare licere, quare potissimum ad hanc vel illam ecclesiam litteras voluerit mittere, praesertim ad ecclesias Ephesiorum, Magnesiorum et Trallianorum, quorum cum legatis Smyrnae collocutus sit[3]. Sed aliud est, ad ecclesiam ipsam, aliud, ad eam per alium verba facere, maxime si quis ab ea magna beneficia acceperit. Profecto ecclesiis illis primum pro caritatis officiis, quae in ipsum contulerunt, gratias agit et deinde occasione data easdem monet, ut haereticos caveant, qui tunc temporis Asiam peragrabant, ut fideles in suas partes traherent. Smyrnaei (8, 2) autem et Philadelphenses (10, 1) rogantur, ut nuntium Antiochiam mittant et de pace restituta, de qua nuperrime certior factus est, cum Antiochenis congaudeant. His etiam gratiae agendae erant pro caritate, cum qua Agathopodem Antiochenum et Philonem Cilicem, qui eum secuti sunt, susceperant (11, 1), et nonnulla verba facienda de schismate, quod paulo postquam s. martyr eorum urbem transiit exortum esse videtur (cf. 7; 8, 1). Polycarpus rogatur, ut ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις litteras det, quia Ignatius profectione subita impeditus est, quominus ipse iis scriberet (8, 1). Romanis denique Ignatius scripsit eos rogans, ne martyrio ipsum eriperent seu ad Caesarem appellantes seu, ut alii statuerunt, pecunia aut dolo aut alia quadam ratione a morte eum liberantes.

1 Cf. Tafel, de via militari Romanorum Egnatia, qua Illyricum, Macedonia et Thracia iungebantur. Dissertationes duae. 1837 et 1841.

2 Cf. Zahn, *Ignatius v. A.* p. 250 sqq. Funk, *Die Echtheit* p. 107.

3 Centur. Magdeburg. l. c. Baur l. c. p. 155 not. *Streitschrift* p. 61.

Porro dicunt, in epistulis haereticos impugnari, qui saeculo II ineunte nondum fuerint, et provocant inprimis ad Magn. 8, 2, ubi auctor ad haeresim Valentini alludat dicens: λόγος ἀΐδιος οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθών. Sed primo respondere licet, Ignatium ita scripsisse non esse certum. Namque verba ἀΐδιος οὐκ in versione armeniaca et apud Severum Antiochenum desunt et a librario textui inserta esse videntur. Cf. adnotat. ad h. l. Sed etsi ab auctore ipso scripta essent, non sequeretur, eum Valentinum Gnosticum prae oculis habuisse. Recte iam Ussher animadvertit, teste Irenaeo Adv. haer. I, 11, 1 Valentinum non primum de Sige fabulatum esse[1], et e Philosoph. VI, 18 apparet, praesertim Simonem Magum in systemate suo gnostico τῇ σιγῇ locum dedisse. Accedit, quod verba Ignatii ad Valentini systema plane non quadrant, quippe qui τὴν σιγὴν non τὸν λόγον, sed τὸν νοῦν gignere doceat (Iren. I, 1, 1). Neque praetermittendum est, nonnullos Gnosticorum doctrinam illo loco respici omnino dubitasse, statuentes, verbis οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθὼν verba praecedentia ὅς ἐστιν αὐτοῦ λόγος ἀΐδιος breviter explicari, ita ut sensus sit: *verbum,* inquam, *aeternum non a silentio proveniens,* ut verbum seu sermo omnis, qui aeternus non est[2]. Interpolator profecto locum eodem modo intellexit verbis οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθὼν haec substituens: οὐ ῥητός, ἀλλ' οὐσιώδης· οὐ γάρ ἐστι λαλιᾶς ἐνάρθρου φώνημα, ἀλλ' ἐνεργείας θεϊκῆς οὐσία γεννητή. Utcumque autem res se habet, locus minime est causa, ut epistulam Ignatio abiudicemus. Ex contrario verisimillimum est, si falsarius post medium saeculum secundum eam confecisset idque eo animo, ut episcopatu instituto vel corroborato ecclesiam catholicam contra haereseum impetus defenderet[3], fore ut plane alio modo de haereticis dixisset.

Si Ignatium audis, paucissimi haereticis aures dederunt et Philadelphiae tantum evenit, ut nonnulli in eorum partes transirent et ab unitate ecclesiae se separarent. Ephesios (6, 2) autem laudat Onesimus episcopus, quod omnes secundum veritatem ambulant nec ulla haeresis in ipsis inhabitat. Magne-

---

1 Appendix Ignatiana. Praefatio.

2 Dionysius Petavius et Pearson, Vindiciae II c. 4.

3 Baur, *Ueber den Ursprung des Episcopats* l. c. p. 173 sq.

sios (11), Trallianos (8, 1), Smyrnaeos (4, 1) hucusque fidem rectam servasse Ignatius testatur, ac iure quaerere licet, an falsarius, qui ecclesiam contra haereticos tueri voluit, haec scripsisset, postquam Gnostici errores suos per universum mundum sparserunt? Accedit, quod nullus error memoratur, qui progrediente demum saeculo secundo in lucem prodiit, sed haeresis, de qua in epistulis sermo fit, ad Ignatii aetatem potius quam ad tempus posterius referenda est. Duos enim vel tres errores tenebant haeretici, quos Ignatius oppugnavit. Non solum iudaizabant (Magn. 10, 3; Philad. 6, 1), secundum legem vivebant (Magn. 8, 1), sabbatum colebant (Magn. 9, 1), sed etiam Christum vere carnem assumpsisse negabant (Magn. 11; Smyrn. 5, 2) contendentes, secundum apparentiam tantum vel putative (cf. Iren. Adv. haer. I, 24, 2; III, 16, 1; 18, 6; IV, 33, 5) eum ex Maria natum (cf. Eph. 18, 2) et passum esse (Trall. 10; Smyrn. 3), ac praeterea repugnaverunt hierarchiae ecclesiasticae, sine episcopo et presbyterio sacra sua peragentes (Magn. 4. 7; Trall. 7; Philad. 7. 8; Smyrn. 8) putantesque, absque unitate cum episcopo se Deo uniri posse. Complectebantur itaque duos errores, qui saeculo II medio alter alterum acriter impugnabant, ac de Christo praeterea quam maxime spiritualiter sentiebant, cum haeretici posteriores eius naturam humanam magis minusve agnoscerent[1].

Opponunt insuper, episcopatui in epistulis tantam vim attribui, quantam Ignatii tempore sine dubio non habuerit, quo inter episcopos et presbyteros nullum discrimen fuerit[2]. Sed brevi postquam Ignatius scripsit, Polycarpus (Phil. inscr.), Smyrnaeorum episcopus, a presbyteris se satis clare discernit. Iustinus saeculo II medio ita περὶ τοῦ προεστῶτος loquitur (Apol. I, 65. 67), ut episcopum proprie dictum facile agnoscas. Hegesippus (Eus. H. E. IV, 22, 3) brevi post medium saeculum secundum tabulam successionis episcoporum Romanorum confecit (ita verba διαδοχὴν ἐποιησάμην vertenda esse contextus evidenter

1 Cf. Zahn, *Ignatius v. A.* p. 356—399; Funk, *Die Echtheit* p. 64 —100; Lightfoot I, 359—375.

2 Baur l. c. p. 170 sqq. *Die Ignatianischen Briefe* p. 76 sqq.

docet [1]) idque haud dubie, quia aeque ac Irenaeus Adv. haer. IV, 26, 2 persuasum sibi habuit, successores apostolorum una cum episcopatus successione charisma veritatis certum secundum placitum Dei accepisse et (ib. III, 3, 3) successionem episcoporum legitime ordinatorum traditionem apostolicam transmittere. Episcopatus ergo si iam medio saeculo eam vim obtinuit, quo iure eum saeculo ineunte fuisse dubitare licet, praesertim cum Polycrates Ephesius clare prodat, Ephesiorum ecclesiae iam tunc temporis episcopum praefuisse. Cum enim c. ann. 190 scribat (Eus. H. E. V, 24, 6), ante ipsum iam septem cognatos Ephesiorum episcopatum gessisse, sequitur, primum ex illis, si singulos duodecim tantum annos ecclesiam administrarunt, Traiani tempore vixisse. Itaque iure dicere licet, quod de episcopatu certe cognitum habemus, id epistulis Ignatianis non esse praeiudicio [2].

Denique contendunt, auctorem epistularum talem se praebere, ut apostolici viri vestigia nullibi detegantur, ficta vero persona facile reperiatur. Non minus eum superbum esse quam humilitatem affectare, et tanto martyrii desiderio inflammari, quantum saeculo II ineunte frustra quaeratur. Quanta arrogantia iam in eo sit, quod nomen τοῦ Θεοφόρου ipse sibi tribuat [3]! Sed erraverunt putantes, Ignatium ipsum eo nomine sese ornasse ac dixisse, se Deum portare. Auctor Martyrii quidem nomen ita explicavit et posteriores eum secuti s. martyrem τὸν θεοφόρον nuncupabant. E. g. Severus Antiochenus (cf. Zahn, Ignat. et Pol. epp. p. 352—356, Lightfoot, S. Ignatius I, 169—185), Ephraemius Antiochenus (apud Phot. Bibl. cod. 228 ed. Bekker p. 246; cod. 229 p. 258), Iobius Monachus (Phot. Bibl. cod. 222 p. 196), Stephanus Gobarus (Phot. Bibl. cod. 232

---

1 Cf. Funk, *Kirchengeschichtl. Abhandlungen* I (1897), 381—390. Aliter Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I (1897), 180—187; Zahn, *Forschungen zur Geschichte des neutestamentl. Kanons* VI (1900), 243—246; A. Ehrhard, *Die altchristliche Litteratur* 1900 p. 255, verba Hegesippi false tradita esse sentientes.

2 Cf. Zahn, *Ignatius v. A.* p. 295—332; Funk, *Die Echtheit* p. 43—64; Lightfoot I, 375—387.

3 Dallaeus, De scriptis etc. II c. 24. Baur l. c. p. 159—164. Cf. Funk, *Die Echtheit* p. 112—114.

p. 291) scribunt modo Ἰγνάτιος ὁ θεοφόρος modo ὁ θεοφόρος Ἰγνάτιος. Ignatius vero ipse nunquam τὸν θεοφόρον se nominavit, sed semper Θεοφόρον, et verba ὁ καὶ Θεοφόρος, quae in inscriptionibus omnium epistularum leguntur, eandem vim habere ac verba ὁ λεγόμενος vel ἐπικαλούμενος Θ. (cf. Act. 12, 12; Ioann. 11, 16; Luc. 6, 14), iam Pearson (Annot. ad Smyrn. inscr.) vidit et locis plurimis probari potest. Vox Θεοφόρος itaque nihil aliud est quam nomen proprium, quod praeter latinum (Ἰγνάτιος) s. martyr gestabat. Cf. adnot. ad Eph. inscr. Sin autem dicunt, auctorem epistularum maiorem sui ipsius amatorem et admiratorem esse, quam qui vir apostolicus haberi possit, videant, an recte eum intellexerint. Non enim iam superbus est, qui de cognitione rerum caelestium gloriatur (Trall. 5. Cf. II Cor. 12, 1 sqq.). Quaeritur, quemadmodum quis glorietur, et Cotelerius recte dixit, maiore cum demissione Ignatium non potuisse loqui. Sin contendunt, eum tum episcopum quemcumque tum semet ipsum aeque ac Deum et Christum honorari velle, respondeo, aliud esse dicere, episcopum in terra vicem Dei gerere eique oboediendum esse, aliud, episcopo eundem honorem ac Deo vindicare, quem honorem Ignatius episcopo nunquam tribuit. Semel tantum (Smyrn. 9, 1) de episcopo honorando loquitur; reliquis locis omnibus de loco agit, quem episcopus teneat, et de oboedientia, qua fideles ei subiectos esse oporteat. Si sese minorem nominat quam lectores (Magn. 11) vel minimum fratrum Syriae (Smyrn. 11, 1) vel conservum diaconorum (Eph. 2, 1; Magn. 2; Philad. 4), cur humilitatis affectatae accusandus sit? Nonne eadem vel similia et Paulus apostolus dixit? Sin denique cupidus est martyrii gaudetque, brevi ex hoc mundo se exiturum esse, nonne idem apostolus mortem lucrum declaravit desideravitque, ut dissolveretur et esset cum Christo (Phil. 1, 21. 23)? Sin cum quodam impetu martyrium appetit, considerandum est, eum, quo tempore epistulas scripsit, morti iam addictum fuisse ideoque facile fieri potuisse, ut quam celerrime mori cuperet. Christo credidit, qui promisit (Matth. 10, 39; 16, 25), qui animam suam propter ipsum perdidisset, eum animam inventurum esse, ac praeterea sollicitus erat, ne honor, quo afficiebatur, eum superbum redderet (Trall. 4, 1) et timor

cruciatus palmam martyrii ei eriperet (cf. Rom. 7, 1). Si autem putant, eum non tam animo, quo subitur martyrium, quam martyrio ipsi tamquam operi mortis operato vim attribuisse, in magno errore sunt. S. martyr martyrium identidem donum Dei benigni et misericordis declarat (Rom. 1, 2; 9, 2; Philad. 5, 1) et an eo dignus sit ignorat (Trall. 4)[1].

Utut autem res se habet, sive auctor placet nobis sive displicet, non id est, de quo agitur, sed hoc potissimum quaeritur, num viri fide digni epistulas ab Ignatio scriptas esse testentur, et iam vidimus, testibus neque antiquitatem neque auctoritatem deesse. Contendunt quidem[2], nullum testimonium exstare, quod non ex epistulis ipsis haustum sit; Irenaeum, Origenem, Eusebium epistulas sine dubio legisse easque Ignatio attribuisse; quaeri autem, num Ignatio profecto ea contigerint, quae in iis narrentur, numque ab eam causam epistulas scripserit; concedendum esse, Polycarpum (Phil. 9, 1) Ignatii martyrium testari; pro epistulis autem testimonia firma proferri non posse. Sed idem Polycarpus non martyrii tantum, sed etiam (Phil. 13, 2) epistularum testimonium perhibet, et de Ignatio plura refert, quam quae in epistulis leguntur, ita ut appareat, eum non omnino ab his dependere, sed testem plane idoneum esse[3]. Itaque ne minima quidem causa est, ut authentiam epistularum Ignatianarum in dubium vocemus, cui nec pauciores nec infirmiores testes quam ulli patrum apostolicorum operi patrocinentur.

VI.

Occasio epistularum scribendarum iam supra p. LXXV est exposita. Ordo sententiarum hic ist. Ephesiis scribit: se suscepisse eos ipsos in Onesimo episcopo (c. 1) et reliquis viris, quos in caritate ad ipsum miserint. Oboediant episcopo et presbyterio (2). Amore, non alia re ductum se eos ad uni-

1 Cf. Zahn, *Ignatius v. A.* p. 400—424; Funk, *Die Echtheit* p. 111—124. Quoad sermonem Ignatii hic animadverto, vocem ἐξεμπλάριον Eph. 2, 1 adhibitam nuper in inscriptione graeca saec. II inventam esse. Cf. *The Journal of Hellenic Studies* X (1889), 219.

2 Baur, *Ueber den Ursprung des Episcopates* l. c. p. 167—169.

3 Cf. Funk, *Die Echtheit* p. 100—103.

tatem adhortari (3). Consentaneum et utile esse, eos cum episcopo uniri (4). Qui non intra altare Dei sit, eum pane Dei privari (5). Episcopum respiciendum esse ut Christum. Onesimum eos laudare, quod nulla haeresis in iis inveniatur (6). Haereticos caveant. Christum Deum et hominem esse (7). Ne seducantur, sed secundum Deum vivant (8). Se non ignorare, eos falsis doctoribus aures obstruxisse, et gratulari sibi, quod cum ipsis colloqui possit, qui Deum solum diligant (9). Orent quoque pro gentilibus, ut ad Deum convertantur (10). Novissima tempora esse. Attendant, ut in Christo Iesu inveniantur, et pro ipso orent (11). Haud sese fugere, symmystis Pauli apostoli se scribere (12). Itaque crebri in unum conveniant. Mercedem futuram esse pacem ac concordiam (13). Quod ita esse ipsos intellegere, si fidem perfectam et caritatem habeant (14). Non loquentes solum, sed etiam silentes Dominum profiteantur. Deum nihil latere (15). Ne errent. Haereticos in ignem aeternum ituros esse (16). Fugiant doctrinam principis huius saeculi, ne vitae propositae expertes fiant (17). Sese gloriari in cruce, quae fidelibus sit salus (18). Principem mundi quidem mysteria salutis latuisse, saeculis autem miro modo ea annuntiata atque omnem malitiam et ignorantiam abolitam esse (19). Si Iesus velit, plura de eo se scripturum esse (20). Ipsius meminerint orentque pro ecclesia Syriae (21).

Magnesiis scribit: de eorum caritate certiorem factum se decrevisse eos alloqui (1). Gaudio se affici videntem, clericos in pace et concordia esse (2). Ipsi ne aetate episcopi abutantur (3) neque Christiani vocentur, sed potius sint, sine episcopo nihil facientes (4), ne pereant, sed vitam consequantur (5). Cum igitur in legatis totam eorum ecclesiam conspexerit, sese adhortari eos, ut teneant concordiam (6), ne quid agant sine episcopo et presbyteris (7) neque seducantur doctrinis Iudaizantium (8). Prophetas in Christum sperasse: quomodo ipsi sine Christo salutem consequi possint (9)? Vivant ergo secundum Christianismum (10). Se scribere haec, non ut castiget, sed ut praemuniat eos (11), quibus ipse non sit comparandus (12). Confirmentur itaque in fide et unione (13) orentque pro

ipso et ecclesia Syriae (14). Ephesios ac ceteras ecclesias eos salutare (15).

Trallianis scribit: glorificasse se Deum, postquam eorum laus per Polybium episcopum sibi innotuerit (1), quippe qui secundum Iesum Christum vivant nec quidquam agant sine episcopo et presbyteris (2), sine quibus nulla ecclesia sit (3). Magna se sapere, sed modum adhibendum esse; namque timendum esse, ne gloriando pereat (4) aut ipsi caelestia scribentem non capiant (5). Christiano tantum utantur alimento, abstineant ab haeresi (6—7). Sese non novisse tale quid inter eos, sed amore ductum se praemunire eos. Virtutem sectentur (8), neque eos audiant, qui Christum vere mortuum esse negent (9). Num vincula frustra ferat (10)? Fugiant itaque mortiferas doctrinas (11). Maneant in unitate orentque pro ipso et ecclesia Syriae. Sese et Smyrnaeos et Ephesios ipsis salutem dicere (12—13).

Romanis scribit: gratia Dei se dignum factum esse, qui eos videret, et sperare, se ad Deum perventurum esse, nisi ipsi nolint (1). Ne martyrio ipsum eripiant (2), sed potius orent, ut vere Christianus inveniatur (3). Lubentem se ferarum cibum fieri (4). Iam in itinere se cum bestiis pugnare et cito Iesum assequi cupere (5). In Christo mori melius esse quam mundum lucrari (6). Etiamsi postea forte eorum auxilium petat, ne precibus indulgeant. Se panem Dei seu carnem Christi velle (7). Faveant ipsi. Ex eorum voluntate vitam vel mortem ipsi pendere (8). In precibus meminerint ecclesiae Syriae eosque, qui Antiochia Romam praecesserint, bene suscipiant (9—10).

Philadelphenses adhortatur, ut cum episcopo, viro praestantissimo (1), teneant unionem, fugiant pravas doctrinas (2), caveant schismaticos (3), una utantur eucharistia (4), non solum apostolos, sed etiam prophetas diligant (5), Iudaizantibus vero aures obstruant. Se Deo gratias agere, quod neminem eorum gravaverit (6). Iam eo tempore, quo inter eos versatus fuerit, se eos admonuisse, ut episcopo oboediant fugiantque dissidia (7). Deum odisse divisionem, propitium esse paenitentibus. Nihil contentiose agant. Archiva, ad quae nonnulli provocaverint, sibi esse Christum ipsum (8). Vetus testamentum

bonum esse, melius autem novum. Prophetas quoque Dominum annuntiasse (9). Cum autem ecclesia Syriae pacem obtinuerit, diaconum Antiochiam mittant, qui cum Antiochenis de fine persecutionis congaudeat (10). Denique gratias se agere, quod Agathopodem et Philonem bene susceperint (11).

Smyrnaeis scribit: se glorificare Iesum Christum propter fidem perfectam quam habeant in Dominum, qui vere passus sit ac resurrexerit (1). Propter nos autem Dominum passum esse; vere eum passum esse (2) atque post resurrectionem et adhuc in carne esse (3). Alia docentes fugiant. Cur ipse vincula ferat (4)? Qui Christum abnegent, fore ut potius a Christo abnegentur (5). Etiam angelos, nisi in Dominum credant, in iudicium incursuros esse. Illos autem ex fructibus quoque cognosci (6). Ab iis, qui ab eucharistia et oratione ecclesiae abstineant, recedant (7), neque quidquam sine episcopo peragant (8), episcopum potius honorent (9, 1). Gratia Dei iis bona retribuat, quae in ipsum contulerint (9, 2) et in comites suos (10). Mittant legatum Antiochiam ob pacem restitutam (11). Fratres, qui sint Troade, et semet ipsum episcopo et fratribus omnibus salutem dicere (12—13).

Polycarpo, postquam sibi gratulatus est, quod eius faciem vidisset, epistula ineunte plura consilia ac praecepta de ecclesia regenda dat (1—5) et intermiscet additque (6) aliqua praecepta ad populum. Tum Smyrnaeos et episcopum denuo adhortatur, ut legatum Antiochiam mittant (7). Denique Polycarpum rogat, ut alias ecclesias per litteras admoneat, ut idem faciant, quoniam ipse impeditus sit, quominus illis scribat.

VI.

Epistulas Ignatii genuinas primus Isaacus Voss prelo subiecit a. 1646[1]. Descripsit eas e codice Mediceo-Laurentiano plut. LVII n. 7 (saec. XI) et edidit una cum versione veteri latina, quam I. Ussher in codicibus Montecutiano et Caiensi vel

1 Epistolae genuinae S. Ignatii martyris, quae nunc primum lucem vident ex bibliotheca Florentina. Adduntur S. Ignatii epistolae, quales vulgo circumferuntur. Adhaec S. Barnabae epistola. Accessit universis translatio vetus. Amstelodami. Recusa est editio a. 1680 Londini.

Cantabrigiensi repererat et annis duobus ante publici iuris fecerat. Vide supra p. LXVII. Textum, quem exhibuit, recudendum curaverunt I. Ussher a. 1647[1], I. B. Cotelerius a. 1672, I. Clericus a. 1698, Th. Ittig a. 1699. Epistulam ad Romanos Voss e recensione longiore desumpserat. Textum praestantiorem Th. Ruinart in codice Colbertino 460 (nunc in magna bibl. Parisiensi 1451) reperit et a. 1689 publicavit[2].

Cum editio, quam Voss paravit, pluribus erroribus laboraret, brevi alii viri docti codicem Mediceum aut contulerunt, ut I. Ledgard, aut descripserunt, ut A. M. Salvinus. Hic apographon a. 1707 exaratum in Angliam transmisit et Carolus Aldrich a. 1708 typis expressit[3]. Ille quidem se codicem exacte fideliterque descripsisse contendit. Editio nihilominus non sine vitiis est. Denuo epistulas anno sequenti Th. Smith in publicum emisit, adiciens adnotationes, quas I. Pearson reliquerat, et schedas complexas varietates lectionis, quas Ledgard illius rogatu e collatione editionis Vossianae olim Florentiae comparaverat, et adnotationes criticas et exegeticas a semet ipso factas[4]. Textum ex omnium editionum collatione emendatum a. 1746 vulgavit R. Russel. Alii hunc vel illum priorum textuum recudi iusserunt: Gul. Whiston a. 1711 Aldrichianum[5], A. Gallandi a. 1765 Smithianum, I. C. Thilo a. 1821 Vossianum[6]. I. L. Frey editionem Smithianam integram denuo a. 1741 repraesentavit. Hornemann a. 1829 epistulam ad Polycarpum ex recensione longiore edidit et epistulas ad Magnesios et Philadelphenses penitus omisit[7].

1 Appendix Ignatiana. Londini.

2 Acta primorum martyrum sincera.

3 S. martyris Ignatii Antiochensis epistolae septem genuinae, quas nimirum collegit S. Polycarpus suaeque ad Philippenses epistolae subiecit. Oxonii.

4 S. Ignatii epp. genuinae, iuxta exemplar Mediceum denuo recensitae, una cum veteri latina versione etc. Oxonii 1709.

5 *Primitive Christianity reviv'd.* Londini. t. I p. 102—391 utraque recensio legitur.

6 Ignatii epistolae. Halae.

7 Nonnullis editionibus in hac sectione enumeratis destitutus expositionem secutus sum, quam fecit Iacobson, Patr. apost. 1838 I p. LXVII sqq.

Codices tum graecos, scilicet Mediceum et Colbertinum, tum latinum Caiensem (codicem Montecutianum post Iacobum Ussher nemo vidit) denuo inspexit Gul. Iacobson et textum emendatiorem edidit a. 1838, post eumque epistulas publicaverunt C. I. Hefele a. 1839, F. X. Reithmayr a. 1844, A. Grenfell a. 1844, Ch. C. I. Bunsen a. 1847[1], Gul. Cureton a. 1849[2], A. Dressel a. 1857. Hic locos praecipuos codicis Medicei aut ipse contulit aut per alios inspiciendos curavit et primus codicem Casanatensem (saec. XVI) et apographon cod. Medicei adhibuit, quod Lucas Holstenius fortasse ante editionem Vossianam exaravit.

Novam viam ingressus est I. H. Petermann[3]. Contulit etiam recensionem longiorem, versiones veteres ac citationes scriptorum, et etsi testes minus consuluit quam collegit, tamen in nonnullis locis recta coniectavit. Viam autem maiore cum diligentia persecuti sunt Th. Zahn a. 1876 et I. B. Lightfoot a. 1885.

Quod ad fontes attinet, ex quibus textus epistularum nativus hauriendus est, primus est recensio brevior. Exstat tum in textu graeco tradito tum in versione latina. Textus graeci (= G) duo testes sunt: codex Colbertinus vel Parisinus 1451 saec. XI tradit epistulam ad Romanos, codex Laurentianus plut. LVII n. 7 saec. XI epistulas reliquas. Contuli libros a. 1879/80. Codex Casanatensis G. V 14 saec. XVI easdem quidem epistulas continet, quas Laurentianus; cum autem ex hoc fluxerit, nullius est momenti. Versio autem latina (= L)[4] eandem vim habet ac codex graecus. Singula enim verba in eodem ordine,

---

1 *Die drei ächten u. d. vier unächten Briefe des Ign. v. A.* Hamburgi. Cf. supra p. LXX.

2 Corpus Ignatianum: *a complete collection of the Ignatian epistles, genuine, interpolated and spurious* etc. Londini.

3 S. Ignatii patris apost. quae feruntur epistolae una cum eiusdem Martyrio. Lipsiae 1849.

4 Postquam Ussher, Voss, Cotelerius, Smith, Frey, Jacobson, Zahn versionem in suis epist. Ign. editionibus publicaverunt, ego codice Caiensi diligenter collato novam editionem institui in appendice libri: *Die Echtheit der Ignatianischen Briefe* 1883, postea Lightfoot, S. Ignatius II, 589—652.

quem in exemplari graeco obtinebant, in latinum translata sunt, ita ut non tam versionem, quam codicem graecum verbis latinis transscriptum habeamus. Ne particulam ἄν (*utique*) quidem interpres omisit, et verba εἰς τὸ εὑρεθῆναί με Polyc. 7, 1 e. g. vertit *in inveniri me*, εἰς τὸ μὴ παραδέξασθαι Eph. 9, 1 *ad non recipere*, οὖσιν ἀχωρίστοις θεοῦ Trall. 7, 1 *exsistentibus inseparabilibus a Deo*. Versio cum nusquam nisi in Anglia codicibus tradatur vel cognita fuerit, in Anglia confecta esse videtur, et quidem tempore Roberti Grosseteste, episcopi Lincolniensis † 1253, qui primus eius notitiam prodit et non solum ipse Testamentum XII patriarcharum latine interpretatus est, sed etiam curavit, ut alii libros graecos in linguam latinam verterent[1].

Alterum locum obtinent versiones orientales, scilicet syriaca (= S) et armeniaca (= A). Illa circa saeculum IV medium confecta est; namque iam Ephraemio Syro † 373 et Cyrillonae poetae nota fuisse videtur[2], ac saeculo quinto fortasse iam ex ea fluxit versio armeniaca[3]. Primum septem Ignatii epistulas genuinas complexa est; mox sex illae epistulae Ignatio et Mariae Cassobolitae suppositae adiectae atque omnes in linguam armeniacam translatae sunt[4]. Ceterum versionis syriacae fragmenta tantum conservata sunt eaque in duas partes dividuntur. In altera sunt epistulae ad Ephesios, Polycarpum et Romanos decurtatae, quas nonnulli epistulas Ignatii genuinas habuerunt. Ediderunt eas Cureton, Bunsen, Lipsius[5], Wright[6]. In altera

1 Cf. Funk l. c. p. 142—144; Lightfoot l. c. I, 76 sq. Versio etiam codice 247 miscellaneo bibliothecae Turonensis saeculo XIII confecto f. 483 traditur et Roberto Grosseteste ipsi attribuitur, librario epistulis haec praemittente: Has epistolas transtulit de greco in latinum magister Grossa Testa, Linconiensis (sic) episcopus. Cf. *Catalogue général des Manuscrits des Bibliothèques publiques de France* XXXVII (1900), 180. Quaeritur autem, num hic codex versionem totam exhibeat. Fol. 484 saltem iam alia scriptura incipit.

2 Cf. Zahn, *Ignatius v. A.* p. 213; 187; 183 sq.

3 Petermann l. c. p. XXVI. Cf. autem Lightfoot, I, 85 sq.

4 Cf. Zahn, *Ignatius v. A.* p. 167—240. Prolegom. p. XXX.

5 *Ueber das Verhältniss der drei syrischen Briefe des Ign. zu den übrigen Recensionen der Ignat. Litteratur* p. 184—203, in *Abhandlungen für d. Kunde des Morgenlandes* 1859.

sunt crebra illa fragmenta, quae plures scriptores syriaci nobis tradiderunt quaeque Cureton, Zahn et Lightfoot in suis editionibus collegerunt. Versionem armeniacam ediderunt a. 1783 Menas, episcopus urbis Armeniae maioris Bagrevand[1], et a. 1849 Petermann. Lightfoot (II, 861—64) denique epistulae ad Smyrnaeos partem priorem (c. 1—6) coptice versam (= C) edidit e codice, qui olim in Museo Borgiano Velitris erat, nunc in bibliotheca Musei nationalis Neapoli asservatur. Versiones orientales, cum interpres syriacus singula exemplaris graeci verba non accurate reddiderit, sed liberius suo munere functus sit[2], ad textum recensendum non idem valent ac latina et cum prudentia adhibendae sunt. Neque tamen parvi aestimandae sunt. Exemplar graecum saeculi IV repraesentant, earumque lectio maioris momenti est, si alius testis ad eas accedit. Ostendunt praesertim, exemplar graecum, quo interpres latinus usus est, codice Mediceo praestantiorem fuisse.

Tertius denique fons est recensio longior eaque ad textum restituendum adhiberi potest, quia interpolator multa non mutata recepit, alia ita mutavit, ut ea, quae legit, haud semel tantum perspicere possimus. Legitur aeque ac epistulae genuinae in codicibus graecis (= g) et versione latina (= l), VI vel VII saeculo confecta. Edidi eam, et textum graecum et versionem veterem latinam vulgatam, codicibus collatis in volumine Patrum apost. altero a. 1881, versionem epistularum collectione mixta (cf. p. LXVII) traditarum in appendice libri: *Die Echtheit der Ignatianischen Briefe* 1883 (p. 141—212). Versionem huius collectionis et textum graecum illius I. B. Lightfoot a. 1885 publicavit.

Primum locum inter testes obtinent codices Mediceus vel Laurentianus et Colbertinus atque versio latina, quae textum adeo verbotenus reddit, ut exemplaris graeci vicem gerat. Versiones orientales et Ps.-Ignatius aetate quidem superiores sunt, neque vero auctoritate, et etiamsi aliquot locis maximi momenti sunt, in universum illos testes sequamur oportet.

6 In editione Lightfootiana II, 659—676.

1 Cf. Petermann l. c. p. VI.

2 De indole versionis syriacae cf. Zahn, *Ignatius v. A.* p. 192—221.

De doctrina Ignatii disputaverunt I. Nirschl[1], Th. Zahn[2], Th. Dreher[3], E. von der Goltz[4], E. Bruston[5].

S. POLYCARPI EPISTULA AD PHILIPPENSES.

I.

De patria et genere s. Polycarpi nihil compertum habemus. Natus autem esse videtur a. 69. Dixit enim a. 155, quo martyrium passus est[6], octoginta sex annos se Christo servire, et mihi dicere videtur, se totidem annos vivere. Cf. Mart. Polyc. 9, 3 not. Quomodocumque autem haec verba interpretamur, de annis vitae aut de tempore vitae christianae in sensu strictiore seu post baptismum exactae: ab apostolis s. pater edoctus et episcopus Smyrnaeorum ordinatus est. Scribit enim Irenaeus Adv. haer. III, 3, 4: καὶ Πολύκαρπος δὲ οὐ μόνον ὑπὸ ἀποστόλων μαθητευθεὶς καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν Χριστὸν ἑωρακόσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ, ἐπίσκοπος, idemque tradit Eusebius H. E. III, 36, 1 dicens: τῶν ἀποστόλων ὁμιλητὴς Πολύκαρπος, τῆς κατὰ Σμύρναν ἐκκλησίας πρὸς τῶν αὐτοπτῶν καὶ ὑπηρετῶν τοῦ κυρίου τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρισμένος. Inter discipulos Domini, quorum consuetudine Polycarpus usus erat, Irenaeus (Eus. H. E. V, 20, 6) insuper Ioannem[7] speciatim nominat, et Tertullianus De praescript. c. 32 atque Hieronymus

---

1 *Die Theologie des hl. Ignatius v. A.* 1868.

2 *Ignatius v. A.* 1873 p. 422—494.

3 S. Ignatii ep. Ant. de Christo Deo doctrina. 1877.

4 *Ignatius von Antiochien als Christ und Theologe* 1894 (*Texte und Untersuchungen* XII, 3. Liber etiam synopsin copiosissimam locorum parallelorum Ignatii et S. Scripturae continet).

5 *Ignace d'Antioche, ses épîtres, sa vie, sa théologie* 1897.

6 Cf. quae in Prolegomenis ad Martyrium Polycarpi ad finem capitis I adnotata sunt.

7 Keim, *Geschichte Iesu von Nazara* 1867 I, 162 sq., Polycarpum discipulum Ioannis non apostoli, sed presbyteri quem dicunt fuisse contendit. Sed argumenta, quae protulit, non digna sunt, quae in hoc libro refutentur. Cf. Hilgenfeld, *Zeitschrift f. wiss. Theologie* 1874 p. 310 sqq.

Catal. c. 17 ab hoc apostolo eum episcopum Smyrnaeorum ordinatum esse tradunt. Quo tempore episcopatum acceperit, accurate definiri nequit. Nonnulli quidem eum angelum Smyrnae ecclesiae esse putaverunt, cuius Apoc. 2, 8—11 mentio fit. Sed Ioannem apostolum l. c. de eo locutum esse demonstrari nequit, et hoc solum constat, saeculo II ineunte eum episcopum fuisse. Praefuit enim ecclesiae Smyrnaeorum eo tempore, quo Ignatius Romam proficiscens Smyrnam transiit, et si Tertullianus et Hieronymus eum a Ioanne apostolo episcopatum accepisse recte dixerunt, c. ann. 100 ordinatus esse putandus est, cum Ioannes paulo post (a. 104 cf. Chron. pasch. ed. Bonn. I, 470) mortuus esse dicatur.

Ex Martyrio elucet, Polycarpum prophetiae dono praeditum fuisse (16, 2) atque plurimum ad propagandam fidem contulisse (12, 2). Adversarii eum accusaverunt, quod esset Asiae magister, Christianorum pater, destructor deorum gentilium, quod multis ne sacrificarent persuasisset. Irenaeus Adv. haer. III, 3, 4 autem, qui eum adhuc adolescens viderat, ea semper eum docuisse testatur, quae ab apostolis didicerit, quae et ecclesia tradat et quae sola vera sint, ac (cf. Eus. H. E. V, 20, 6) de miraculis Domini et de doctrina, prout ab iis, qui Verbum vitae ipsi conspexerint, acceperit, eodem prorsus modo eum retulisse, in omnibus cum Scriptura Sacra consentientem, et Florino condiscipulo, ut ei probet, doctrinam, quam provectiore aetate professus est, non eam esse, quam magister praedicaverit, non solum sermones in memoriam revocat, quos ille ad populum habuerit, ac familiarem consuetudinem, quae illi cum Ioanne et cum reliquis, qui Dominum ipsum viderint, intercesserit, sed etiam locum, in quo beatus episcopus sedens disseruerit, processus quoque eius et ingressus, vitae totius formam et corporis speciem, addens, quae tunc temporis gesta sint, ea se melius memoria tenere, quam quae nuper acciderint. Tradit quoque Adv. haer. III, 3, 4, Polycarpum Marcioni aliquando sibi occurrenti et dicenti: ἐπιγινώσκεις ἡμᾶς; respondisse: ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ σατανᾶ, et conicere licet, eum convenisse illum haereticum Romae, ubi multos Valentinianos et Marcionitas et alios haereticos ad ecclesiam reduxisse dicitur

(Iren. l. c. cf. Eus. Chron. ed. Schöne II, 170). Eodem enim teste (l. c. Eus. H. E. IV, 14; V, 24, 16. 17) Aniceto ecclesiam gubernante, cum de pluribus rebus ac praesertim de Paschate celebrando controversia esset, in urbem profectus est, et uterque id egit, ut alter alteri persuaderet, ut a more suo discederet. Retinuerunt quidem ambo morem, quem ab apostolis acceperant. Nihilominus autem sibi invicem communicarunt, et Anicetus in ecclesia consecrandi munus Polycarpo honoris causa concessit. Paulo post s. pater mortuus est. Martyrium enim subiit a. 155, ut infra videbimus, Anicetus autem c. ann. 154 ecclesiam Romanam gubernandam suscepit[1].

II.

Non solum verbo et exemplo, sed etiam scriptis Polycarpus evangelium praedicavit, et Irenaeus (Eus. H. E. V, 20, 8) plures epistulas commemorat, quas partim ad vicinas ecclesias, ut eas confirmaret, partim ad quosdam ex fratribus misit, admonens eos et exhortans. Sed una tantum ad nos pervenit, epistula ad Philippenses, quam scripsit brevi post mortem s. Ignatii. Persuasum enim sibi habuit, episcopum Antiochenorum martyrium iam subiisse (c. 9), nuntium vero de morte nondum acceperat (13, 2).

Quae epistula cum epistulis Ignatianis testimonium praebeat luculentissimum, saepius iam de ea nobis dicendum erat. Eadem de causa vero eius authentia a nonnullis aut in dubium vocata aut negata est. Iam Centuriatoribus Magdeburgensibus (ed. Norimberg. II, 186) suspicionem movit, cum causa, ob quam scripta esset, non satis expressa esset eiusque partes nimium confusae minimeque cohaerentes viderentur, cumque tota scriptura vix tam docilem, sedulum ac praestantem Ioannis apostoli discipulum, immo etiam tam excellentem spiritum repraesentaret, quali Polycarpus diceretur fuisse praeditus. I. Dallaeus[2] contra authentiam ad Nicephori Stichometriam provocavit, in qua epistula apocrypha iudicata esset, et saeculo XIX denique adversarii Ignatii ex aliquot locis concluserunt, epistulam con-

1 Cf. Lipsius, *Chronologie der röm. Bischöfe* 1869 p. 189 sq. 263.
2 De scriptis Dionysii Areop. et Ignatii Ant. p. 426 sq.

fictam nec aliud quam velut prooemium epistularum Ignatianarum esse[1]. Quae 7, 1 dicta essent, haereticum Iesum Christum in carne venisse negantem primogenitum esse Satanae, ea a Polycarpo non ante medium saeculum II enuntiata esse nec enuntiari potuisse, priusquam Marcion Docetismum suum sparsisset, et si Philippenses (12, 3) admonerentur, ut orarent *pro regibus*, auctorem post annum 161 vel 137[2] scripsisse putandum esse, quia ante hunc annum unus imperator et Augustus fuisset. Sed contextus minime prohibet, quominus hoc dictum ad reges omnes intra et extra fines imperii Romani referamus, ac praeterea etiam Matth. 17, 25, Act. 9, 25, Apoc. 6, 15; 16, 14, quas scripturas ante annum 161 confectas esse nemo negat, plures reges commemorantur. Quod autem ad illud attinet, cur non statuere liceat, Polycarpum idem saepius dixisse, praesertim cum Irenaeus (Eus. H. E. V, 20, 7) testetur, eum quasdam veritates identidem enuntiasse? Irenaeum quidem, qui epistulam certe legit, locus ille non offendit. Sin autem ex 2, 1, ubi lectores admonentur, ut τὴν κενὴν ματαιολογίαν καὶ τὴν τῶν πολλῶν πλάνην deserant, epistulam non scriptam esse concludunt, priusquam Gnostici multos in suas partes traxerunt, videant, an locum recte interpretati sint. Cf. not. ad h. l. Utut autem hic locus intellegendus est: epistulam a Polycarpo exaratam esse testes locupletissimi affirmant, quibus fidem non habere non possimus.

Irenaeus, Polycarpi discipulus, Eleuthero (174—189) pontifice haec scribit Adv. haer. III, 3, 4: ἔστι δὲ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη ἱκανωτάτη, ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας οἱ βουλόμενοι καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας δύνανται μαθεῖν. Epistulam autem, quam laudat Irenaeus, eandem esse atque eam, quae etiamnunc exstat, ostendit Eusebius capita 9 et 12 fideliter transscribens (H. E. III, 36, 14—16) ac commemorans, auctorem uti quibusdam testimoniis e priore Petri epistula de-

---

1 Hilgenfeld, *Apostolische Väter* p. 271—274. Schwegler, *Nachapostolisches Zeitalter* II, 154—156.

2 De hoc anno Hilgenfeld dixit in *Zeitschrift für wiss. Theologie* 1874 p. 318.

sumptis (cf. 1, 3; 2, 1. 2; 5, 3; 7, 2; 8, 1; 10, 2). Hieronymus Cat. c. 17 epistulam valde utilem declarat testaturque, eam usque ad ipsius tempus in Asiae conventu legi. Antiochus monachus (saec. VII) epistulam, similiter atque Ignatii epistulas et Hermae Pastorem, ad homilias componendas adhibuit [1]. Photio denique (Bibl. cod. 126) epistula γέμουσα πολλῆς νουθεσίας μετὰ σαφηνείας καὶ ἁπλότητος κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν τῆς ἑρμηνείας τύπον esse videtur, eiusque testimonium prioribus adiungo, quia recentiores epistulam compilationem locorum communium levem et celeberrimo Smyrnaeorum episcopo plane indignam declaraverunt [2]. Scriptura ergo, quae tanti aestimabatur, ut in ecclesiis Asiae publice legeretur, quaeque c. ann. 180 tam late vulgata erat, ut Irenaeus dicere posset, quicumque salutis suae curam gereret, eum et formam fidei Polycarpi et praedicationem veritatis ex ea cognoscere posse, quo iure post medium saeculum secundum confecta esse iudicatur? An verisimile est, ad eam provocasse Irenaeum, qui praeter ceteros haereticos Florinum impugnavit, qui una cum ipso episcopi Smyrnaeorum discipulus fuit et facillime eum aut errare aut mentiri probare poterat, si epistula a magistro non erat scripta? Revera, si testimonium ab illo prolatum nullius ponderis esse putatur, quale testimonium nobis sufficit?

Quae cum ita sint, plurimi epistulam genuinam esse agnoverunt [3]. Nonnulli autem dubitaverunt, num integra ad nos

---

1 Tacite exscripsit, ut I. M. Cotterill in *The Journal of Philology* XIX (1891), 241—285 exposuit, 2, 2 ἐὰν ποιῶμεν — ἠγάπησεν Hom. 114 PG 89, 1789, 3, 3 ὁ γὰρ ἔχων — ἁμαρτίας ibid. et H. 96 p. 1725, 5, 2 ὁμοίως διάκονοι — συμβασιλεύσομεν αὐτῷ H. 123 p. 1817 sq., 5, 3 καλὸν — στρατεύεται H. 74 p. 1648, 6, 1—2 καὶ οἱ πρεσβύτεροι — ὀφθαλμῶν H. 123 p. 1817, 6, 3 δουλεύσωμεν — εὐλαβείας H. 114 p. 1789. Locos parallelos hic indico, quoniam in commentario epistulae eos non commemoravi. Cotterill p. 252 verba Polycarpi 6, 1: εἰδότες ὅτι πάντες ὀφειλέται ἐσμὲν ἁμαρτίας, ad librum Henochi referre videtur. Vix recte. Auctor huius libri 6, 3 angelum Semeiazam dicentem faciens: καὶ ἔσομαι ἐγὼ μόνος ὀφειλέτης ἁμαρτίας μεγάλης (cf. *Das Buch Henoch* edd. I. Flemming et L. Radermacher, Lipsiae 1901 p. 24), de peccato et peccatore singulari loquitur, Polycarpus autem homines peccato in genere obnoxios esse dicit.

2 Cf. Schwegler, *Nachapost. Zeitalter* II, 154.

3 Hucusque fere omnes, qui epistulae authentiam impugnaverunt,

pervenisset, eamque in favorem epistularum Ignatianarum interpolatam esse contenderunt. Iam Dallaeus, cum scripturae integritatem in dubium quidem vocare, non autem negare auderet, integritatem impugnavit et capita 13 et 14 a posteriore et quidem ab eodem adiecta esse iudicavit, qui epistulas a se confictas Ignatio Antiocheno adscripsisset, quippe quae post epistulae clausulam (12, 2. 3) legerentur ac cum capite 9 pugnarent[1]. Nonnulli quidem ei adstipulati sunt, inprimis Le Moyne[2] et Bunsen[3]. Hefele autem recte opposuit, clausulis ei similibus, quae 12, 3 legitur, ante finem totius epistulae Paulum quoque et Clementem Romanum usum esse (cf. Rom. 15, 33; Eph. 3, 21; I Clem. 20, 12; 32, 4; 38, 4 etc.), capita 9 et 13 vero minime inter se pugnare, cum Polycarpus 13, 2 de circumstantiis mortis Ignatii certior fieri vellet, nequaquam autem eum adhuc inter vivos esse indicaret[4].

Ad Diognetum quendam epistulam scriptam fuisse ex c. 1 apparet, et Petrus Halloix[8] non paucis[9] approbantibus illum eundem fuisse putavit, quo magistro usus est M. Aurelius. Kestner[10] etiam suspicatus est, Diognetum a M. Aurelio iuvene impulsum fuisse, ut Iustinum (quem pro auctore epistulae ha-

1 *Revue des questions historiques* 1880 XXVIII, 601—612.

2 *Der Ursprung des Briefes an Diognet* 1882.

3 Edd. R. Harris et I. A. Robinson in *Texts and Studies* I 1891.

4 *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* XXXVII (1894), 206—223; XXXIX (1896), 169—174.

5 Cf. quae disputavi in *Litterarische Rundschau* VIII (1882), 641—647.

6 *Der Brief an Diognet, die Perle des christl. Altertums, übersetzt und gewürdigt* 1896.

7 *Theologische Studiën* 1900 p. 43—64.

8 Illustr. eccles. orient. scriptor. II, 281.

9 Ex eorum numero sunt Cave, Script. eccles. hist. literaria 1694 p. 28; Rem. Ceillier, *Histoire générale etc.* II, 39 sq.; Otto, De epist. ad Diogn. p. 73—83; Epist. ad Diogn. ed. II p. 48—56; Draeseke l. c. p. 130—132.

10 *Die Agape oder der geheime Weltbund der Christen* 1819 p. 394 sq.

buit) de rebus consuleret, quas in Apologia priore vel brevius attigisset vel tacitus praeteriisset. Revera quis fuerit ille Diognetus, ad quem epistula scripta est, nos latet. Pro certo autem habendum est, vocem Διόγνητος esse nomen proprium, nec vero nomen appellativum (διόγνητος = oriundus e Iove), ut putaverunt Stelkens[1] et Kihn[2], voce Hadrianum imperatorem designari censentes.

II.

Dividitur epistula, ut ex c. 1 apparet, in tres partes. Diognetus enim interrogat, cui Deo confidentes quamque religionem colentes Christiani mundum mortemque contemnant ac cultum et gentilium et Iudaeorum aspernentur, quo amore inter sese sint affecti, cur hoc institutum tam sero in mundum prodierit (c. 1), et auctor primum exponit, quam ob causam Christiani Paganismum (c. 2) et Iudaismum (c. 3—4) aspernentur. Gentiles, dicit, res creatas et corruptibiles pro diis habere; Iudaeos agnoscere quidem Deum verum, sed ita eum colere, ut ab illis vix differre videantur. Deinde ordine paululum immutato ad quaestionem alteram progreditur Christianorum mores describens (c. 5) et praesertim demonstrans, fideles id esse in mundo, quod sit anima in corpore (c. 6). Quae postquam exposuit, ad quaestionem primam reversus de religione christiana agit dicens, non ab hominibus, sed a Deo eam profectam esse. Deum filium misisse, ut homines salvaret (c. 7) iisque patrem manifestaret, quem nemo hominum vidisset (8, 1—6). Porro quaestionem tertiam tractandam aggreditur et ostendit, tam sero salvatorem ideo missum esse, ut ex peccatis nostris convinceremur, nos vita aeterna indignos esse neque in regnum Dei ingredi posse, nisi Deus nos adiuvaret. Quem, sicut antea peccata nostra patienter tolerasset, ita ea denique ipsum suscepisse ac proprium filium pro nobis dedisse pretium redemptionis, ut iustificaremur benignitati ipsius credentes (8, 7—9, 6). Denique animum Diogneti auctor ad bona advertit, quae ipsi affluant, si illam fidem expetierit. Fore ut patrem agnoscat et diligat et imitetur, pro-

1 *Ueber den Brief an Diognet* 1860 p. 11.

2 *Der Ursprung des Briefes an Diognet* 1882 p. 123—126.

ximum vere diligens, mortem contemnens, illos admirans, qui pro iustitia ignem patiuntur temporarium (c. 10).

In capitibus duobus, quae sequuntur, primum de divitiis scientiae et virtutis agitur, quas Dei filio debemus (c. 11), et deinde exponitur, certam cognitionem et veram vitam alteram sine altera non consistere; in paradiso lignum vitae et lignum cognitionis in propinquo plantatum fuisse, et iuxta verba apostoli cognitionem inflare, caritatem aedificare. Sed quaeritur, num haec capita pars sint epistulae. Iam Henricus Stephanus ea subditicia esse putavit eiusque sententiam Sylburg et Tillemont repetierunt, Böhl[1], Grossheim[2], Semisch[3], Otto[4], Hoffmann[5], alii novis argumentis comprobarunt. Hefele postquam in prima Patrum apostolicorum editione partem illam posteriorem genuinam esse contendit, in editionibus sequentibus re subtilius et acrius perpensa de eius authentia dubitavit, et mihi quoque illa capita spuria esse videntur. Namque primo argumentum epistulae, ut ex expositione sententiarum apparet, quam supra dedimus, iam capite 10 ad finem perductum est. Tum capita 11 et 12 cum antecedentibus minime tam arte cohaerent, quam haec inter sese connexa sunt. Quid, inquit Böhl, sibi volunt verba οὐ ξένα ὁμιλῶ οὐδὲ παραλόγως ζητῶ? Quid huc attinet eum asserere, sese οὐ παραλόγως ζητεῖν, cum per totam epistulae expositionem in tradenda fidei evangelicae summa a subtilioribus quibuscumque, nedum ab ineptis disputationibus plane abstinuerit ideoque intellegere debuerit, hac excusatione se prorsus non indigere? Neque etiam verba illa, quae proxime sequuntur: τίς γὰρ ὀρθῶς διδαχθεὶς κτλ. huic epistulae consentanea esse videntur. Cum enim appareat e verborum contextu, pronomine τίς significari μαθητὴν aliquem, cognitiones ab apostolis traditas, de quibus modo dixit auctor, sibi ministrari cupientem: videmus hic designari discipulum in doctrina fidei recte edoctum iamque sublimiore quadam de rebus divinis cognitione

1 Opuscula patrum selecta I, 115—123.
2 De epistola ad Diognetum p. 30 sqq.
3 *Iustin der Märtyrer* I, 174.
4 De epistola ad Diogn. p. 84—92. Epist. ad Diogn. ed. II p. 56—61.
5 *Iustinus des Märt. Brief an Diognet* p. 3.

instruendum, id quod huic epistulae haud congruum esse videtur. Etenim haud verisimile est, Nostrum in eo versantem, ut gentilem instituat fide christiana demum imbuendum, eorum se doctorem profiteri, qui in doctrina fidei iam recte edocti ad altiora provehi studeant[1]. Porro si quae 8, 6 de fide dicta sunt, cum iis comparaveris, quae in c. 12 de cognitione seu γνώσει sunt disputata, sententias inter sese non esse consentaneas facile perspicies. Neque praetermittendum est, auctorem partis prioris longioris nullum S. Scripturae locum diserte allegare, auctorem vero partis posterioris brevioris 12, 5 apostolum sive Paulum loquentem facere. Accedit, quod particula 12, 7—9 metrice composita est[2] et distincte tanquam clausulam homiliae vel similis scripturae se exhibet. Denique nec codex capita ultima ab auctore capitum priorum profecta esse testis est locuples. Decimo enim capite finito lacunam habuit, et cum res ita se habeant, capita 11 et 12 subditicia esse nunc omnes fere consentiunt. Kihn[3] quidem nuperrime ea partem epistulae integram esse ostendere conatus est, neque vero demonstravit.

De origine particulae epistulae adiectae nihil certi definiri potest. Harnack[4] quaerit, num homilia Methodio vel eius discipulis attribuenda sit. Lightfoot-Harmer eius auctorem Pantaenum Alexandrinum habet.

III.

Typis epistulam primus expressit Henricus Stephanus a. 1592[5], et ab eius editione per longum tempus editores sequentes

1 Cf. Böhl, Opuscula patr. selecta I, 116.

2 Cf. *Zeitschrift für Kirchengeschichte* V (1882), 198—200.

3 *Der Ursprung des Briefes an D.* p. 48—55.

4 *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I, 515.

5 Ἰουστίνου τοῦ φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Ἐπιστολὴ πρὸς Διόγνητον, καὶ λόγος πρὸς Ἕλληνας. Iustini philosophi et martyris Epist. ad Diognetum et Oratio ad Graecos, nunc primum luce et Latinitate donatae ab Henr. Stephano. Eiusdem H. Stephani annotationibus additum est Io. Iacobi Beureri de quorundam locorum partim interpretatione partim emendatione iudicium. Tatiani, disciplui Iustini, quaedam. Excudebat H. Stephanus Anno M.D.XCII. Parisiis.

pependerunt, scilicet Frid. Sylburg[1], Fed. Morel[2], Prudentius Maran[3], A. Gallandi, Fr. Oberthür[4], Herm. Olshausen[5], Georgius Böhl[6], C. I. Hefele, Alg. Grenfell, I. P. Migne. Codicis, quem exscripsit, Stephanus non reddidit rationem. Sed vix dubium est, eum eundem fuisse, qui teste inscriptione quondam Ioannis Reuchlin fuit, postea in Maurimonasterium in Alsatia superiore situm, denique in urbanam Argentorati bibliothecam pervenit. Editionem emendatiorem a. 1843 paravit I. C. Th. Otto[7], postquam Ed. Kunitz[8] in ipsius usum codicem (saec. XIII) diligenter contulit, eumque secuti sunt Hefele in editionibus recentioribus, Hoffmann[9], Hollenberg[10], Bunsen[11], G. B. Lindner[12], Max. Krenkel[13], Gebhardt et Harnack, Gildersleeve[14], Lightfoot-Harmer.

Capita 11 et 12 insuper ediderunt Bunsen[15] et Credner[16], et bene de textu emendando meritus est Lachmann, cuius coniecturae vulgatae sunt in editione Bunseniana.

---

1 S. Iustin phil. et mart. opera. Heidelbergae 1593.

2 S. Iustini phil. et mart. opera. Parisiis 1615, denuo 1636 et Coloniae 1686.

3 S. Iustini opera etc. ed. opera et studio unius ex Monachis Congregationis S. Mauri. Parisiis 1742, denuo Venetiis 1746.

4 Opera patrum graecorum. Vol. III. Wirceburgi 1777.

5 Historiae eccles. veteris monumenta praecipua. Vol. I. P. II. Berolini 1822.

6 Opuscula patr. selecta. P. I. Berolini 1826.

7 S. Iustini phil. et mart. opp. tom. II. Ienae 1843 (= Corp. Apologetarum christ. saec. sec. vol. III) ed. II 1849; ed. III 1879. Epist. ad Diogn. Iustini phil. et mart. nomen prae se ferens. 1852 ed. II.

8 Descriptionem codicis exhibet Otto in suis editionibus. Editionem instituens recentissimam, in editione Corporis Apolegetarum III a. 1879 publicata, collatione codicis usus est, quam E. Reuss a. 1861 ipsi paraverat.

9 *Iustinus des Märtyrers Brief an Diognetus, griechisch und deutsch.* Neissae 1851.

10 *Der Brief an Diognet.* Berolini 1853.

11 Analecta Ante-Nicaena. Vol. I. Londini 1854.

12 Bibl. patr. eccles. selectissima. Vol. I. Lipsiae 1857.

13 Epist. ad Diognetum. Lipsiae 1860.

14 Iustinus Martyr, *The Apologies* etc. Neo-Eboraci 1877.

15 *Hippolytus und seine Zeit.* 1852. I, 139—142.

16 *Geschichte des neutestam. Kanon* ed. Volkmar 1860 p. 58—66.

[redacted]

Codex a. 1870 flammis absumptus est, et apographon quoque, quod brevi post Henr. Stephanum I. I. Beurer Friburgensis desumpserat et cuius lectiones Stephanus in appendice suae editionis adnotaverat, deperditum esse videtur, cum hucusque non fuerit repertum. Apographon Henrici Stephani in bibliotheca academica Lugduni Batavorum exstat et ab Oscaro de Gebhardt collatum est. Tertium apographon asservat bibliotheca Universitatis Tubingensis, et C. I. Neumann primus de eo notitiam dedit[1]. Confectum est a Bernhardo Haus in usum Martini Crusii, et quidem haud dubie anno 1580, quo ea, quae in libro manuscripto praecedunt, se scripsisse librarius testatur. Itaque, cum Stephanus codice Argentoratensi a. 1586 se usum esse et Beurerum librum postea descripsisse dicat, apographa duo alia aetate superat. Equidem librum Tubingensem, signatum M. b. 27, nunc primum ad textum recensendum adhibeo vel de eius lectionibus refero. In margine plures notae a librario appositae sunt; duae ad textum vel lacunas textus spectant et in apparatu critico transscriptae sunt; reliquae animum lectoris ad locos quosdam insignes advertunt. Illas e codice principali fluxisse manifestum est. Quo libro etiam tres alias traditas esse Stephanus et Kunitz testantur, et vix dubium est, librarium codicis Tubingensis eas omnes ex exemplari sibi proposito desumpsisse, neque vero unam vel alteram de suo addidisse. Quare notae hic transscribantur.

Ad 3, 3 haec notata sunt: ὅτι ὁ θεὸς ἀπροσδεής ἐστι καὶ οὐδενὸς ὧν προσφέρομεν αὐτῷ δέεται, ὡς καὶ αὐτὸς εἴρηκέ που· τίς γὰρ ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν ἐζήτησε ταῦτα; (cf. Ies. 1, 12)[1], ad 4, 5: ὅτι παρήδρευον ἑβραῖοι ἄστροις καὶ σελήνῃ, καὶ τὰς παρατηρήσεις αὐτῶν ἐφύλαττον, ad 4, 6: ἔνθεν περὶ χριστιανῶν ἄρχεται, ad 5, 3: ὅτι δόγματος ἀνθρωπίνου οἱ χριστιανοὶ οὐκ ἀντιλαμβάνονται· ἀλλὰ[2] οὐδὲ γάρ φησιν ὁ ἀπόστολος παῦλος, παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτό (Gal. 1, 12), ad 8, 10: ὅτι ἐκρύπτετο τοσούτους χρόνους τὸ μυστήριον τῆς ἁγίας τριάδος, μέχρι τοῦ βαπτίσματος ἐν ἰορδάνῳ, ad 11, 2: ὅτι οἱ ἅγιοι ἄνδρες ἔγνωσαν μυστήρια τοῦ πατρός, ad 12, 8: ὅτι τὴν εὔαν, μὴ φθειρομένην, παρθένον ἀποκαλεῖ· φθαρεῖσαν δέ, τῆς παρακοῆς πάντως εἰσεδέξατο τὸ ἐπιτίμιον δηλονότι φθαρεῖσαν.

1 Locos S. Scripturae ego addo.

2 Post hanc vocem sequitur spatium vacuum quattuor litteras amplectens.

---

1 *Zeitschrift für Kirchengeschichte* IV (1881), 284—287.

In sermonem latinum epistulam transtulit Henr. Stephanus eiusque versionem posteriores, inprimis Maran et Otto, emendaverunt. Ego versionem illam emendatam recepi ac paucis locis castigavi. In sermonem germanicum epistulam verterunt praeter viros in Notitia generali nominatos praesertim I. M. Sailer [1], Hoffmann [2], Kihn [3], Heinzelmann [4].

HERMAE PASTOR.

I.

Auctor libri, qui inscribitur Pastor, ipse nomen Hermae sibi attribuit (cf. Vis. I, 1, 4; 2, 2; 4, 3: II, 2, 2 etc.). Origenes, qui scripturam saepissime laudat (cf. adnotationes ad Vis. I, 1, 6; II, 4, 3; III, 2, 6; Mand. I, 1; II, 3; VI, 2, 1; XII, 5, 3; Sim. II, 1; III; VI, 3, 2: 4, 4; VIII, 2, 1; 3, 3; IX, 15) eum eundem fuisse cum illo conicit, qui a Paulo apostolo Rom. 16, 14 salutatur; dicit enim in ep. ad Rom. comment. X, 31 (ed. Bened. IV, 683): *Puto tamen, quod Hermas iste sit scriptor libelli illius, qui Pastor appellatur, quae scriptura valde mihi utilis videtur et ut puto divinitus inspirata.* Etiamsi autem primus Hermam Pastoris auctorem aequalem apostolorum nominavit, iam Irenaeus et Clemens Alexandrinus eiusdem sententiae fuisse videntur. Ille enim laudans Mand. I, 1 (Adv. haer. IV, 30, 2 ed. Stieren, cf. Eus. H. E. V, 8, 7) librum γραφήν i. e. Scripturam Sacram appellat; hic librum saepius quasi scripturam divinam [5] allegat (cf. adnot. ad Vis. II, 1, 3; III, 3,

---

1 *Briefe aus allen Jahrhunderten der christlichen Zeitrechnung.* Fasc. I. Monaci 1800.

2 Cf. p. CXX not. 9.

3 *Der Ursprung des Briefes an Diognet.* Wirceburgi 1882 p. 155—168.

4 *Der Brief an Diognet.* Erfordiae 1896.

5 Animadverte praesertim Strom. I, 29, 181 p. 426: θείως τοίνυν ἡ δύναμις ἡ τῷ Ἑρμᾷ κατὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα τὰ ὁράματά φησι καὶ τὰ ἀποκαλύμματα διὰ τοὺς διψύχους κτλ. (Vis. III, 4, 3). Strom. II, 1, 3 p. 430: φησὶ γὰρ ἐν τῷ ὁράματι τῷ Ἑρμᾷ ἡ δύναμις ἡ φανεῖσα· ὃ ἐὰν ἐνδέχηται κτλ. (Vis. III, 3, 4). Strom. VI, 15, 131 p. 806: ἦ γὰρ οὐχὶ καὶ ἐν τῇ ὁράσει τῷ Ἑρμᾷ ἡ δύναμις ἐν τῷ τύπῳ τῆς ἐκκλησίας φανεῖσα ἔδωκεν τὸ βιβλίον εἰς μεταγραφὴν κτλ. (Vis. II, 1, 3).

4; 4, 3; 8, 3; V, 5; Mand. IV, 2, 2; 3, 2; V, 1, 6; VII, 2—4; XI, 3; Sim. IX, 15, 4; 16, 5), id quod vix fecissent, si auctorem non habuissent virum apostolicum. Tertullianus quoque catholicus Pastorem *scripturam* nominat, contra illos, qui ad eum provocantes (cf. Vis. V, 1) transacta oratione sedere solebant, dicens: *Alioquin nusquam erit adorandum, nisi ubi fuerit lectus; immo contra scripturam fecerit, si quis in cathedra aut subsellio sederit* (De orat. c. 16), et apparet, in ecclesiis saeculi secundi exeuntis librum maximi aestimatum, in nonnullis saltem inter Sacras Scripturas recensitum vel potius Scripturis prophetarum et apostolorum instar epistularum Barnabae et Clementis Romani quasi appendicem adiectum fuisse. Auctor Fragmenti Muratoriani, qui c. ann. 180 Romae vel haud procul ab urbe scripsisse videtur, v. 73—80 scribens: *Pastorem vero nuperrime temporibus nostris in urbe Roma Herma conscripsit sedente cathedra urbis Romae ecclesiae Pio episcopo fratre eius; et ideo legi eum quidem oportet, se publicare vero in ecclesia populo neque inter prophetas completum* (l. completos) *numero neque inter apostolos in fine temporum potest,* librum, quippe qui paulo ante compositus fuerit, scripturis canonicis quidem adnumerari vetat, agnoscit autem ac vult, eum legi seu in ecclesia vel in conventibus ecclesiasticis publicis seu, ut eius verba etiam intelleguntur [1], privatim vel in conventibus Christianorum minoribus.

Etiam temporibus sequentibus libro magna attributa est auctoritas. Origenes refert quidem, eum a nonnullis contemni (De princ. IV, 11) vel non ab omnibus γραφὴν θείαν putari (in Matth. comment. XIV c. 21 ed. Bened. III, 644), eumque laudans quater addit: *si cui tamen placeat eum legere* vel *recipere* (Opp. ed. Bened. II, 294. 681; III, 872. 973; cf. III, 404); ipse autem eum γραφὴν nominat (III, 439. 644; cf. II, 294; III, 973), et similiter Orientales adhuc saeculo IV ineunte iudicaverunt. Teste enim Eusebio Pastor a multis viris ad catechumenos instituendos adhibebatur et in ecclesiis publice legebatur, a nonnullis autem in dubium vocabatur, et Eusebius rebus sic stantibus

---

1 Cf. Zahn, *Geschichte des neutestamentl. Kanons* II, 111—118.

eum inter ὁμολογούμενα vel receptae auctoritatis libros recenseri non posse iudicat (H. E. III, 3, 6); alio loco (H. E. III, 25, 4) eum τοῖς νόθοις adnumerat. Athanasius quoque librum magni aestimat. Adhibet eum ad probanda dogmata (cf. adnot. ad Mand. I, 1; IX, 9)[1], et quamquam librum e canone excludit (De decret. Nic. c. 18), tamen inter eos recenset, qui secundum decreta patrum catechumenis legendi sint (Ep. 39 ed. Patav. 1777 I, 768), sc. Sapientia Salomonis, Sapientia Sirach, Esther, Iudith, Tobias, Doctrina apostolorum. Simili auctoritate Pastor apud Didymum Alexandrinum (cf. Vis. III, 2, 8 not.) et auctorem Operis imperfecti (saec. IV exeunte; cf. Sim. IX, 15) fruitur[2], et in codice Sinaitico una cum epistula Barnabae post libros N. T. locum obtinet. Inde a saeculo quinto autem in ecclesia orientali auctoritatem perdidisse videtur. Exscripserunt quidem librum tacite Pseudo-Athanasius in Praeceptis seu Doctrina ad Antiochum ducem (saec.?) et Antiochus monachus Laurae s. Sabae (saec. VII). Maximus Confessor (saec. VII)[3] et Nicetas Serronius (saec. X exeunte; cf. Mand. I, 1 not.) Pastoris etiam mentionem fecerunt, Nicephorus Callisti (H. E. II, 46) ad verbum fere repetiit, quae Eusebius de eo retulit. In Stichometria Nicephoro adscripta autem liber non solum e libris canonicis, sed etiam e libris ἀντιλεγομένοις excluditur et inter ἀπόκρυφα recensetur[4]. In codice Alexandrino et in Synopsi S. Scripturae nomen Athanasii ferente[5] prorsus deest. Interpres aethiopicus (cf. infra c. III) sibi soli stat. Tantum enim sapientiae abyssum in libro invenire sibi visus est, ut non solum aequali apostolorum, sed nisus in Act. 14, 12 Paulo ipsi eum adiudicaret[6].

Quod ad libri usum in ecclesia occidentali attinet, Ter-

---

1 De incarn. Verbi c. 3 Mand. I, 1 laudans haec praemittit: ἡ δὲ ἔνθεος διδασκαλία καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν πίστις . . . φησὶ διὰ μὲν Μωσέως . . . διὰ δὲ τῆς ὠφελιμωτάτης βίβλου τοῦ Ποιμένος· πρῶτον κτλ.

2 Uterque enim ad eum provocat, et hic quidem addens: *si tamen placet illa scriptura omnibus Christianis.*

3 Schol. in Dionys. Areop. de divin. nom. lib. Opp. Dionysii Areop. ed. Venet. 1755 II, 126.

4 Zahn, *Geschichte des neutest. Kanons* II, 301.

5 Zahn ibid. II, 317.

6 *Abhandlungen für die Kunde des Morgenlandes* II (1862) I, 181 sq.

tullianus catholicus quid senserit iam vidimus. Nunc addo, postquam Montanistis sese adiunxit, eum (De pudic. c. 10) Pastorem vehementer impugnasse ac dixisse, librum *ab omni concilio ecclesiarum, etiam catholicarum, inter apocrypha et falsa iudicari* (cf. Mand. IV, 1, 8 not.). Quod vix verum est, et rem se exaggerasse Tertullianus ipse prodit. Non solum pro libro ab omnibus condemnato vehementius Pastorem aggreditur, sed etiam (ibid. c. 20) eum a nonnullis saltem ecclesiis receptum esse indicat; Barnabae epistulam enim *receptiorem* apud ecclesias nominat illo libro. Neque erraveris statuens, Callistum Romanum, quem Tertullianus (l. c.) tanto cum ardore impugnat, ad Pastorem provocasse, et hoc tantum fide dignum esse videtur, multas ecclesias c. ann. 200 conciliis habitis decretum fecisse simile sententiae, quam de libro pronuntiavit auctor Fragmenti Muratoriani. Saeculo III medio Novatianus Pastorem tanquam Scripturam Sacram adhibet De trinit. c. 2 scribens: hunc enim legimus (scil. in scriptura) omnia continere (Mand. I, 1)[1]. Aliquanto post Ps.-Cyprianus vel auctor tractatus De aleatoribus librum non solum cum Sacris Scripturis allegat (c. 4, cf. Mand. IV, 1, 9), sed etiam diserte *scripturam divinam* nominat (c. 2, cf. Sim. IX, 31, 5 not.). Inde a saeculo quarto autem libri auctoritas apud Latinos brevi evanuit. Rufinus quidem (Expos. in Symb. apost. c. 38) eum libris *ecclesiasticis* adnumerat, sc. Sapientiae Salomonis, Ecclesiastico, Tobiae, Iudith, Maccabaeorum libris, dicitque, maiores hos omnes *legi quidem voluisse, non tamen proferri ad auctoritatem ex his confirmandam.* Sed minus iudicium proprium proposuit, quam sententiam Athanasii et auctoris Fragmenti Muratoriani repetiit. Cassiano ad doctrinam de duobus angelis et de arbitrii libertate confirmandam Mand. VI, 2, 1 (cf. adnot. ad h. l.) alleganti Prosper (Contra Collat. c. 30) respondet, *nullius auctoritatis esse testimonium, quod disputationi suae de libello Pastoris inseruerit,* et iam ante Hieronymus (Praef. in libr. Sam. et Malach. ed. Migne IX, 556) ut Sapientiam Salomonis et Iesu filii Sirach librum et Iudith et Tobiam sic et

1 Cf. Zahn, *Geschichte des neutest. Kanons* I, 346.

Pastorem inter ἀπόκρυφα ponit et respiciens Vis. IV, 2, 4 (cf. not.) eum *stultitiae condemnandum esse* censet. Alio quidem loco paulo mitius iudicat (cf. Vis. III, 10, 3 not.); sed in libro de viris illustribus c. 10, postquam testimonia Origenis et Eusebii reddidit, librum *apud Latinos paene ignotum esse* asserit. In Decreto denique Gelasiano Pastor commemoratur inter *libros apocryphos, qui non recipiuntur*[1].

Prorsus autem neque in Occidente liber in desuetudinem abiit. In indice versuum Scripturarum Sanctarum codice Claromontano (saec. VI) apposito, cuius origo autem valde dubia est, una cum Actis Pauli et Revelatione Petri locum in appendice obtinet[2]. Auctor Vitae s. Genovefae, qui c. ann. 530 scripsisse videtur, allegat Sim. IX, 15 (cf. not.), et Sedulius Iunior seu Scotus (saec. IX)[3], Origenem sequens, Pastorem *scripturam valde utilem et divinitus inspiratam* putat. Multi librum vel versionem eius latinam vulgatam descripserunt et nonnulli testibus codicibus S. Germanensi (saec. IX), Bodleiano, Vindobonensi (ann. 1434) posuerunt eum inter illos V. T. libros, quos Athanasius, Rufinus, Hieronymus apocryphos habuerunt, librarius codicis Dresdensis (saec. XV) inter Psalmos et Proverbia Salomonis. Similem locum etiam Petrus Comestor (c. 1170), Ioannes Saresberiensis (c. 1170), Hugo de St. Caro vel de Vienna (c. 1240), Ioannes Ianuensis (c. 1280) ei attribuerunt[4]. Alii medii aevi scriptores Hermae sententiam de muliere adultera (Mand. IV, 1, 4—10, cf. not.) receperunt.

II.

De tempore, quo Pastor confectus est, duae sunt traditiones. Orientales Hermam apostolicum auctorem habent, Occidentales Pii I episcopi (140—154) fratrem. Huic in Fragmento Muratoriano librum attribui iam vidimus. Eundem auctorem putavit Hippolytus, e cuius Chronico desumpta esse

1 Harduin, Acta concil. II, 941. Thiel, Epist. Rom. pont. 1868 p. 463.

2 Zahn, *Geschichte des neutest. Kanons* II, 157—162.

3 Collectan. ad Rom. 16, 14. Migne, PL 103, 124.

4 Testimonia exscripserunt Credner, *Geschichte des neutest. Kanons* 1860 p. 312—316; Harnack, Prolegom. p. LXIX sq.

videntur, quae in Catalogo Liberiano ad pontificatum Pii adiecta leguntur: ***Sub huius episcopatu frater eius Ermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quae ei praecepit angelus, cum venit ad illum in habitu pastoris***[1]. Quae verba repetiit saeculo VI ineunte auctor Libri pontificalis addens: ***et praecepit ei, ut Pascha*** (vel potius, ut Catalogi Felicianus et Cononianus exhibent: ***sanctum Paschae***) ***die dominica celebraretur;*** eumque secutus est Ps.-Isidorus Pio decretum de Paschate die dominica celebrando attribuens et referens, praeceptum papae per angelum Domini in habitu pastoris Hermae apparentem corroboratum fuisse[2]. Etiam Ps.-Tertullianus vel auctor poematis adversus Marcionem III, 9 (PL II, 1078) Hermam fratrem Pii vocat, sed fortasse a Catalogo Liberiano dependet, cum post saeculum IV medium potius quam ante scripsisse videatur[3].

Inter viros doctos, qui saeculis XVI et XVII et XVIII ineunte de Pastore scripserunt, plerique Hermam apostolicum auctorem habuerunt, et alii insuper librum ante Hierosolymam deletam scriptum esse contenderunt, e. g. Cave[4], Baratier[5]; alii, ex quorum numero sunt Le Nourry[6], Tillemont[7], Remigius Ceillier[8], Lardner[9] librum ad annum 92 retulerunt; alii denique tempus non accuratius definierunt, e. g. Cotelerius[10],

1 Mommsen, *Ueber den Chronographen v. J. 354* (*Abhandlungen d. philol. hist. Classe d. k. sächs. Gesellsch. d. Wissensch.* 1850 p. 635. Lipsius, *Chronol. d. röm. Bischöfe* p. 266. Duchesne, Liber pontificalis I, 4.

2 Cf. Duchesne, Liber pontificalis I, 58. 132. Hinschius, Decretales Pseudo-Isidori 1863 p. 116.

3 J. Waitz, *Das pseudotertull. Gedicht* Adv. Marc. 1901, carmen Commodiano attribuit.

4 Script. eccles. histor. literaria 1694 p. 15. Intellexerunt hi scriptores τὴν θλῖψιν τὴν μέλλουσαν τὴν μεγάλην Vis. IV, 2, 5 de excidio Hierosolymitano.

5 Disquisitio chronologica etc. 1740 c. III § 3 p. 39 sq.

6 Apparatus ad bibl. maximam. De vita et scriptis s. Hermae art. IV.

7 *Mémoires pour servir à l'histoire eccl. art. S. Hermas not. 1.* Interpretati sunt hi scriptores tribulationem illam magnam superventuram de persecutione Domitiani.

8 *Histoire générale etc.* III c. 9 art. 2, 1.

9 *Glaubwürdigkeit der evang. Geschichte* ed. Berol. 1750 II, 76—79.

10 Patr. apostol. opp. ed. Clericus 1724 II, 73 sq.

Dupin[1]. Baronius (Ann. 159, 4) Hermam apostolicum etiam eundem cum fratre Pii habuit. Bellarminus[2] vero et Tillemont[3] eum refutarunt provocantes ad temporis distantiam et differentiam nominis; in Libro pontificali enim et apud Ps.-Pium hic vocatur Hermes. Adeo autem vulgata erat sententia illa, ut Remigius Ceillier[4] dicere posse sibi videretur, eam paene ab omnibus teneri. Sed nonnulli saltem aliter senserunt. Basnage (Ann. 157, 2) e. g. Pastorem Hermae apostolico abiudicat, cum Pauli discipulo non sit dignus etc. Mosheim[5] fratrem Pii auctorem declarat, primus ut videtur provocans ad testimonium Fragmenti Muratoriani, quod tribus lustris ante publicatum erat[6]; et Schröckh[7] nunc paene certum esse contendit, illum librum confecisse. Nihilominus sententiam priorem plures defenderunt, e quorum numero sunt Gallandi[8] et Lumper[9] nec non Jachmann[10], qui librum Hermae apostolico adiudicavit, de tempore autem id tantum statuit, Hermam inter persecutionem Neronis et persecutionem Traiani vel inter annos 64 et 105 scripsisse. Hefele vero fratrem Pii auctorem esse probare studuit, et multi assensi sunt.

Tertiam sententiam[11] nostris diebus E. Gaâb[12] proposuit et Th. Zahn[13] novis argumentis confirmavit. Contenderunt enim, librum neque ab Herma apostolico neque ab fratre Pii, sed, ut ipse vellet (cf. Vis. II, 4, 3), a tertio Herma, aequali Clementis episcopi, et quidem Nerva imperatore vel imperio Traiani ineunte

---

1 *Nouvelle bibliothèque des auteurs eccl.* ed. II 1688 I, 82 sqq.
2 De scriptoribus eccles. Colon. 1657 p. 35.
3 *Mémoires etc.* l. c.
4 *Histoire générale etc.* III c. 9 art. 1, 1.
5 Institut. hist. eccles. 1755 p. 51.
6 Antiquit. ital. med. aevi III (1740), 854.
7 *Christliche Kirchengeschichte* ed. sec. II (1775), 274.
8 Biblioth. vet. Patrum I Proleg. p. XXVIII.
9 Historia theologico-critica 1783 I, 94—104.
10 *Der Hirte des Hermas* 1835 p. 29—34.
11 De nonnullis aliis, quae memoria minus dignae sunt, vide Ittig, Dissertatio de patribus apostolicis c. 59.
12 *Der Hirte des Hermas* 1866.
13 *Der Hirt des Hermas* 1868.

(ann. 97—100) confectum esse[1]. Adstipulati sunt Peters[2], Mayer[3], Caspari[4], Nirschl[5] ac nonnulli alii. Plerique autem testimonio Fragmenti Muratoriani fidem habuerunt, ex. gr. Lipsius[6], Heyne[7], Behm[8], Harnack[9], Brüll[10], Batiffol[11], Bardenhewer[12], et ego ab horum sto partibus. Quae enim Zahn protulit, ut fidem Fragmenti diminueret, ea mihi non persuaserunt. Cuius auctor neque tantum temporis post Hermam neque tam procul a Roma vixit, ut verum non posset comperire, neque Pastori adeo infensus erat, ut verum non vellet dicere. Et si quid falsi de eo retulisset, num forte fidem invenisset? Nonne quo maiore auctoritate liber fruebatur, eo plures veritatem defendendam suscepturi fuissent? Atqui contrarium invenimus. Qui Romae, ubi Pastor exortus est, de eius origine locuti sunt, scriptor Catalogi Liberiani et Ps.-Tertullianus idem retulerunt, quod auctor Fragmenti, et quaerere licet, num ne unus quidem in re tanta illi contradixisset, si aut mentitus aut falsus esset? Dixit quidem Zahn, si auctor circa saeculum II medium vixisset et liber esset ficticius (vult enim tempore Clementis scriptus esse; cf. Vis. II, 4, 3), fore ut Pastor prorsus reprobatus esset; Christianos enim veteres libros pseudographos paene semper, etiamsi doctrinam haereticam non continuissent, tamquam haereticos condemnasse, et vicissim si scriptura certe pseudographa aut fuisset orthodoxa aut esse videretur, doctrina vera eos com-

1 Cf. Zahn l. c. p. 134.

2 *Theolog. Literaturblatt* 1869 p. 854 sq.

3 *Die Schriften der apost. Väter* 1869 p. 255 sqq.

4 *Quellen zur Geschichte des Taufsymbols* III (1875), 298.

5 *Patrologie* I (1881), 80—88. G. Krüger, *Geschichte der altchristl. Litteratur* 1895 p. 28 sq., sententiae saltem favet.

6 *Bibellexikon* ed. Schenkel III (1871), 20 sqq.

7 Quo tempore Hermae Pastor scriptus sit. 1872.

8 *Ueber den Verfasser der Schrift, welche den Titel „Hirt" führt* 1876.

9 Prolegom. p. LXXVII—LXXXIV.

10 *Tüb. Theolog. Quartalschrift* 1878 p. 45 sqq. Etiam Donaldson (*The Apost. Fathers* 1874 p. 318—332) et Skworzow (*Patrol. Untersuchungen* 1875 p. 15 sqq.) Pastorem ad saeculum II medium retulerunt, sed minus Fragmento fidem habentes quam librum ipsum respicientes.

11 *Anciennes littératures chrétiennes* 1897 p. 63 sq.

12 *Patrologie* ed. II 1901 p. 35 sq.

motos esse, ut scripturam genuinam haberent; Hermam praeterea veritatis magis amantem esse, quam ut visiones finxisse putari posset (l. c. p. 87—93). Sin autem testes librum profecto saeculo II medio adscribunt, quid tunc dicendum est? Num Pastor fortasse illis scripturis adnumerandus est, in quas exceptio cadit quaeque veteribus adeo placuerunt, ut iis uterentur, quamquam erant pseudographae?

Fragmentum vero Muratorianum non unica ratio est, ob quam librum ad saeculum II medium referimus. Accedunt rationes internae quae dicuntur. Auctor hic illuc iam Gnosticos respicit (cf. Vis. III, 7, 1; Sim. VIII, 6, 5; IX, 22, 1) et de persecutione ita loquitur, ut verba ad imperium Traiani, non Domitiani, referenda sint (cf. Sim. IX, 28 not.). Tum apostolos mortuis adnumerat (cf. Sim. IX, 15, 4; Vis. III, 5, 1). Ecclesiae condicionem denique, quod ad religionem moresque attinet, colore tam nigro depingit, ut Heyne (l. c. p. 27) valde dubitandum esse iure dicat, num ecclesia iam primo saeculo exeunte tantopere perturbata et corrupta fuerit, quomodo in Pastore sive per imaginem sive sine imagine accurate describitur, et potius miretur, quod ea iam medio saeculo II tantam pristinae sinceritatis et integritatis iacturam fecerit.

Itaque nulla causa est, cur Fragmento fidem denegemus et Pastorem alii auctori adscribamus quam fratri Pii episcopi vel alii tempori quam annis 140—154, quibus Pius cathedram ecclesiae Romanae obtinuit. Contendit quidem Behm (l. c. p. 67—71), auctorem esse ignotum; quae enim de sese ac de domo sua narrasset, ea eiusmodi esse, ut vix de se ipso dixisse putandus esset; et concedendum est, illa non esse verisimilia. Sed etiamsi haec finxit, non est, cur librum fratri Pii episcopi abiudicemus. Nomen solum in dubium vocari posse videtur. Frater Pii fortasse aliud nomen gestavit, scriptor Fragmenti autem Hermae nomen ei attribuit, quia auctor Pastoris ipse se Hermam appellat. Si vero quaesieris, quo fere episcopatus Pii tempore Pastor scriptus sit, considerans, Gnosticos iam respici, sed nondum neque validiores neque ecclesiae infestiores esse (cf. Sim. IX, 22, 4), librum rectius ad initium quam, ut Hagemann[1]

1 *Tüb. Theolog. Quartalschrift* 1860 p. 34.

voluit, ad finem episcopatus referes. Harnack[1] librum circa annum 140 compositum esse censet, non ante annum 135 neque post annum 145[2].

Libro ineunte auctor dicit, se servum fuisse et a domino Rhodae cuidam Romanae venditum, ab hac autem, ut conicere licet, libertum factum esse. Post multos annos cum rursus cum ea convenisset, ipsum amasse eam quasi sororem et, cum aliquando eam lavari vidisset, desiderasse uxorem habere tam pulcram et bonam. Rhoden mortuam ei apparuisse eumque propter desiderium illud vituperasse (cf. Vis. I, 1). Porro e libro apparet, Hermam uxorem duxisse et negotiationibus magnas divitias sibi comparasse, eas autem postea propter peccata domus suae perdidisse (cf. Vis. I, 3, 1; II, 3, 2; III, 6, 7); filios parentes prodidisse et peccata adiecisse peccatis (cf. Vis. II, 2, 2). Praedium quoddam solum ei relictum esse videtur; bis enim de agro suo loquitur et uno loco prodit, se alicas in eo coluisse (cf. Vis. III, 1, 2; IV, 1, 2). Filii autem non semper in iniquitate permanserunt. Auditis verbis, quae Ecclesia ipsis dixit (Vis. II, 2), paenitentiam egerunt ex toto corde (Sim. VII, 4). Haec auctor ipse de sese refert, et Zahn (l. c. p. 77—84) et qui eum secuti sunt hanc narrationem agnoscunt veram. Qui vero librum ficticium habent vel visiones ab auctore non tam visas quam compositas esse censent, narrationem illam potius formam esse iudicabunt, qua Hermas usus est, ut sententias suas exponeret, et in medio relinquent, in quantum auctor vitam suam descripserit. Cum ea, quae Sim. IX, 1 de Arcadia dicuntur, ad regionem urbis Orchomeni quadrare videantur, Ro-

1 *Geschichte der altchristlichen Litteratur* II, I (1897), 259.

2 Cum haec plagula imprimeretur, liber: *Patristische Untersuchungen*, I. *Der erste Brief des römischen Clemens*, II. *Ignatius von Antiochien*, III. *Der „Hirt" des Hermas*, (Lipsiae 1901), ad me pervenit, quo A. Stahl demonstrare conatur, Hermam mandata Montanistarum impugnare atque circiter annis 165—170 scripsisse, eodem tempore etiam Clementis epistulam alteram vulgatam fuisse vel homiliam nomen Clementis ferentem, quam Hermam Vis. II, 4, 3 respicere putat. Mihi testimonium Fragmenti Muratoriani plus valere videtur quam argumenta, quae Stahl attulit.

binson[1] Hermam ibi natum fuisse conclusit. Altera ex parte Nirschl[2] Hermam episcopum Cumarum fuisse e libro apparere putavit. Mihi illud dubium (cf. Sim. IX, 1, 4 not.), hoc omnino falsum esse videtur. Etiam magis sententia reprobanda est, quam H. Lisco[3] nuperrime proposuit, scilicet ea, quae de ecclesia Romana antiquissima nobis tradita sunt, non de urbe Italiae, sed de regione urbis Ephesi occidentali vel versus portum sita, quam etiam Romam appellatam fuisse opinatur, intellegenda atque ad hanc Hermae Pastorem referendum esse.

III.

Editores priores scripturam, quippe quae visiones, mandata, similitudines contineat, in tres libros diviserunt et secundo libro vel Mandatis Visionem quintam tamquam prooemium praemiserunt. Auctor ipse aliter dividit. Si enim Vis. V, 5. 6 et Sim. IX, 1, 1; X, 1, 1 respexeris, invenies, eum Visiones I—IV partem libri priorem, Mandata et Similitudines I—IX una cum Visione V tamquam praefatione partem alteram habuisse et Similitudinem X velut epilogum adiecisse. In illa parte Ecclesia erudit Hermam, in hac pastor vel angelus paenitentiae. Praeterea pars altera ipsa dividitur. Mandatis et Similitudinibus I—VIII tamquam parti priori Similitudo IX velut pars posterior adiungitur. Fortasse etiam pars prima, ut Zahn contendit (l. c. p. 276 sq.), ab auctore in duas dividitur, quarum prima Visiones I et II, altera Visiones III et IV complectitur. Sed hoc mihi non certum esse videtur.

Duae partes artissime inter se cohaerent et unum eundem-

---

1 *A Collation of the Athos Codex* 1888 p. 30—36.

2 *Lehrbuch der Patrologie* I (1881), 84—84. Nirschl Hermam insuper virum apostolicum vel a Paulo salutatum et aequalem Clementis Romani habet.

3 Roma peregrina, Berolini 1901. Addo, librum singularem, qui eo demum tempore, quo hae paginae typis exprimebantur, ad me pervenit, ad alias quoque patrum apostolicorum scripturas spectare. Lisco enim Clementem presbyterum Romae quam vocat Ephesinae habet, et in hac urbe eius epistulam ad Corinthios atque homiliam eius nomen ferentem compositam, in eadem Ignatium passum fuisse.

que auctorem produnt. Contendit quidem Champagny [1], Pastorem, quem nunc habemus, ex duobus libris constare, qui alter ab altero valde differrent et quorum primus, sc. Visiones, ab Herma apostolico, alter, sc. Mandata et Similitudines, ab Herma fratre Pii episcopi confectus esset. Similiter I. Haussleiter [2] librum e duabus scripturis compositum fuisse censuit, harum tempus autem aliter definivit; priorem scripturam enim Vis. V — Sim. X, posteriorem Vis. I—IV declaravit, et illam a fratre Pii paulo ante annum 150, hanc saeculo II exeunte a viro ignoto tanquam ab Herma apostolico exaratum esse putavit. A. Hilgenfeld [3] etiam tres scripturas in libro discernendas esse animadvertere sibi visus est, Hermam pastoralem seu Vis. V — Sim. VII, Hermam apocalypticum seu Vis. I—IV, Hermam secundarium Sim. VIII—X, Vis. V, 5 et pauca alia complectentem, et primam scripturam ante Traiani edictum ad Christianos spectans vel ante a. 112, neque vero ante annos Domitiani ultimos, secundam Hadriano imperante (117—138) confectam, tertiam duabus prioribus a fratre Pii (140—154) adiunctam et librum totum in formam traditam redactum esse censuit. Sententiae fere nemini placuerunt; accuratius eas refutaverunt A. Link [4] et P. Baumgärtner [5].

Cum P. Baumgärtner totum librum, excepta Similitudine X, quam ab alio adiunctam fuisse putat, unius auctoris esse demonstraret, altera ex parte censuit, auctorem non ab initio id egisse, ut unum librum componeret, Visiones I—IV et Vis. V — Sim. IX primo duas scripturas separatas fuisse et postea in uno volumine conscriptas in unam coaluisse. Vestigiis, quae ingressus est, Harnack [6] instituit et accuratius demonstrare conatus est, librum successive hoc modo exortum esse: auctorem primo Visionis II summam scripsisse, deinde composuisse Vis. I—III,

---

1 *Les Antonins par le Cte de Champagny.* Parisiis 1863 I, 134 not. 1. II, 347 not. 3.

2 De versionibus Pastoris Hermae latinis 1884.

3 Hermae Pastor ed. II 1881 p. XXI—XXIX.

4 *Die Einheit des Pastor Hermae* 1888.

5 *Die Einheit des Hermas-Buchs* 1889.

6 *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I, 260—263.

tertio addidisse Vis. IV vel redegisse Vis. I—IV; tum composuisse Vis. V — Sim. VIII, deinde hanc scripturam vel Pastorem cum libro Visionum coniunxisse et Sim. IX adiunxisse; denique hoc opus Similitudine X auctum edidisse. Argumenta, quibus nisus est, mihi non persuaserunt. Equidem non video, cur Visiones non eo ordine, quo traditae sunt, scriptae fuerint. Haud quidem prorsus negaverim, scripturam successive exortam, partem secundam inprimis, vel Visionem V et Mandata ac Similitudines, aliquanto post primam confectam fuisse [1]; attamen rem non esse certam silentio praeterire nequeo.

Sententiam prorsus novam nuperrime Fr. Spitta [2] pronuntiavit. Animadvertere sibi visus est, librum Claudio imperatore (41—54) vel antea a Iudaeo compositum, a Christiano autem c. a. 130 multis locis interpolatum fuisse, eique plus minus assensi sunt D. Völter [3] et H. A. van Bakel [4]. Equidem [5] argumenta, quae Spitta protulit, diligenter examinavi, minime vero ea valida esse cognovi. Sententia haud dubie omnino reprobanda est [6].

I. M. Cotterill Cebetis Tabulam imaginem esse censuit, quam Hermas imitatus fuerit. Paucissimos locos dixit in Pastore esse, in quibus auctor non plus minus illam scripturam in mente habuerit, et C. Taylor [7], quem de hac re certiorem fecit, scripturis duabus comparatis animadvertere sibi visus est, in Pastore locos esse, qui nonnisi ex Tabula explicari possint. Ego non eam rationem inter scripturas intercedere perspicio, ut altera ab altera dependere putanda sit. Quae in eis similia sunt, non tam alicui auctori propria quam veteribus communia fuisse videntur.

---

1 Cf. Baljon in *Theologische Studiën* 1901 p. 102—113.

2 *Zur Geschichte und Litteratur des Urchristentums* II 1896.

3 *Die Visionen des Hermas, die Sibylle und Clemens von Rom* 1900.

4 *De Compositie van den Pastor Hermae* 1900.

5 *Theologische Quartalschrift* 1899 p. 321—360. Cf. Reville, *La valeur du témoignage hist. du Pasteur d'Hermas* 1900; *Revue de l'histoire des religions* 1897 p. 117—122.

6 Cf. *Litterarische Rundschau* 1900 p. 335; *Theolog. Litteraturzeitung* 900 p. 533.

7 *The Journal of Philology* XXVII (1901), 276—319.

IV.

Ordo sententiarum hic est. Hermas cum Cumas iret, a spiritu in locum invium abreptus est. Ubi cum oraret, caelo aperto Rhode ei apparuit dicens, Deum ob desiderium malum ei irasci, paenitenti autem ignoscere (Vis. I, 1). Recogitanti autem Hermae, quomodo Deum propitiaret, anus apparuit, ut eum consolaretur (l. c. c. 2) et adhortaretur, ut domum suam improbam converteret ad Deum, eique librum legeret, quem secum habuit (c. 3). Finita lectione ad orientem abiit, Hermam admonens, ut confortaretur (c. 4). — Qui cum iterum (Vis. II) Cumas proficisceretur, ab anu librum accepit, ut eum describeret. Sensum non cognovit (c. 1). Post dies viginti quinque autem scriptura ei revelata est, et haec scripta erant: filios valde peccasse et uxorem lingua deliquisse; veniam autem peccatorum priorum eos consecuturos esse, si paenitentiam egissent, neque vero, si postea delinquerent (c. 2); ipse ne suis irasceretur; magnam tribulationem eum habuisse, sed propter fidem conservatam eum salvari (c. 3). Anus autem, quam esse Ecclesiam a iuvene certior fit, iterum domi ei apparuit mandavitque, ut duos libellos scriberet et unum Clementi mitteret, alterum Grapte (c. 4). — Deinde novam visionem accepit in agro (Vis. III). Ecclesia apparuit cum sex iuvenibus, et postquam eum ad sinistram partem sedere iussit (dexteram partem martyribus reservavit), ostendit ei turrim, quae lapidibus variis super aquas aedificabatur a sex illis iuvenibus multisque aliis viris (c. 1—2). Turris autem, ut ipsa explicat, est ecclesia, et super aquas aedificabatur, quia homines per aquam salvantur (c. 3). Qui eam aedificant, angeli sunt et quidem sex illi iuvenes angeli superiores (c. 4). Lapides sunt ii, qui vocantur ad fidem. Sed boni tantum ad aedificationem adhibentur, ceteri reiciuntur (c. 5—7). Ecclesia enim, quam Hermas hic sub imagine turris videt, non ea est, quae bonos et malos continet, vel, ut ita dicam, ecclesia empirica, sed superior quaedam vel idealis, in quam iusti tantum intrant vel ii, qui virgines circa turrim stantes sequuntur, i. e. virtutibus ornati sunt christianis (c. 8, 1—8). Turris quidem nondum consummata est, sed cito con-

summabitur, et deinde erit finis. Hermas, addit Ecclesia, haec omnibus manifestet et sanctis praedicet, quae ipsa post tres dies mandatura sit (c. 8, 9—11), sc. ut pacem inter se habeant, ut possidentes dent indigentibus etc. (c. 9). Quae cum dixisset, a sex iuvenibus ad turrim ablata est. Hermas autem rogat eam, ut tres figuras ipsi explicet, in quibus apparuerat, et postquam Ecclesia iubente unum diem ieiunavit, apparet ei nocte iuvenis (c. 10) et revelat ea, quae quaesivit (c. 11—13). — Viginti diebus post ambulans in agrum aliam accipit visionem (Vis. IV). Videt bestiam maximam et horribilem habentem in capite quattuor colores, neque tamen mali aliquid patitur (c. 1). Postquam autem cetum praeteriit, Ecclesia ei apparet, ornata quasi virgo de thalamo procedens, et laudat fidem eius. Per hanc enim, ait, periculum eum effugisse; bestiam esse figuram persecutionis magnae futurae; enuntiet electis Dei, eos illam effugere posse, si vere paenitentiam egerint et Domino sine vituperatione servierint (c. 2). Denique colores explicat, quos bestia habuit, et abit (c. 3), non amplius reversura.

Postquam Ecclesia Hermam erudivit, venit ad eum angelus paenitentiae in habitu pastoris, missus ab angelo venerabilissimo, ut iterum ei ostenderet, quae viderat, communicaretque mandata et similitudines (Vis. V). Mandat autem, ut firmiter in Deum credat (Mand. I), ut detrectationem fugiat et simpliciter det omnibus indigentibus (II), ut semper verum dicat (III), ut castitatem custodiat (IV; agit auctor etiam de divortio in casu adulterii c. 1, 4—11; de paenitentia c. 3; de secundo matrimonio c. 4), ut longanimis sit et ab iracundia se abstineat (V), ut iustitiam exerceat, nequitiam fugiat (VI), ut Deum timeat, diabolum non timeat (VII), ut a malo se abstineat, neque vero a bono (VIII), ut auferat a se omnem duplicitatem vel dubietatem et animo simplici confidat in Deum (IX), ut fugiat tristitiam induatque hilaritatem (X), ut devitet pseudoprophetam (XI), ut tollat a se omne desiderium malum et serviat desiderio bono. In his mandatis ambulet et audientes hortetur, ut paenitentiam agant. Ea facilia esse, si credat, ea custodiri posse. Diabolum non timendum esse iis, qui sperent in Deum. Luctari quidem eum posse, neque vero vincere. Timendum esse

potius Deum, qui salvare possit et perdere (XII). — Similitudines prima et secunda agunt de eleemosyna vel beneficentia. In illa (Sim. I) demonstrat auctor, cum hic mundus servis Dei non sit patria, agros et domus et alias res similes non esse comparandas, sed potius redimendas esse animas de necessitatibus. Propterea Deum nobis divitias dedisse, ut indigentibus succurramus. In hac (II) exponit, divitem similem esse ulmo. Quam quidem ex sese nullum ferre fructum, adiuvare autem vitem, ita ut haec producat fructum abundantiorem (1—4). Similiter divitem esse pauperem ante Deum; si autem succurrat pauperi, hunc, cuius oratio accepta sit apud Dominum, preces offerre pro eo et utrumque consortem fieri operis iusti (5—10). — Sim. III dicit pastor Hermae, sicut tempore hiemis arbores aridae et vivae non possint inter se distingui, ita in hoc mundo iustos non posse discerni a peccatoribus, omnes potius similes esse. — Sim. IV ostendit, saeculum futurum iustis esse aestatem, iniustis hiemem; fore ut opera illorum manifestentur, hi autem tamquam ligna arida comburantur. — Sim. V exponitur, quid sit verum ieiunium (c. 1), et additur parabola de patrefamilias, qui servum comprobantibus filio suo et amicis coheredem cum filio reddidit, quia non solum vineam, quam in agro suo posuerat, secundum mandatum palis obsaepsit, sed etiam a zizaniis purgavit et conservis de cibis communicavit, quos acceperat a domino (c. 2). Cum Hermas pastorem roget, ut similitudinem explicet, primum accuratius ostendit, quomodo eum ieiunare oporteat (c. 3), et postquam eum admonuit, ut a Domino peteret sapientiam (c. 4), explicat parabolam (c. 5. 6), adhortans eum, ut carnem puram servet (c. 7). — Deinde (Sim. VI) in agro Hermae ostendit pastorem iuvenem habentem multas oves luxuriantes et hilares, quarum aliae huc illuc discurrebant, aliae non exsultabant (c. 1), et alium pastorem magnum et agrestem, qui ab illo oves non exsultantes accipiebat easque in locum ducebat spinosum et valde vexabat (c. 2, 5—7). Pastor ille autem erat angelus deliciarum, pastor hic angelus poenae, oves erant diversa genera peccatorum (c. 2, 1—4; c. 3). Poena peccatorum idem tempus quidem durat ac voluptas, sed trecenties sexagies maior est, ita ut quot dies luxuriatur quis, tot

annos crucietur (c. 4. 5). — Post paucos dies (Sim. VII) Hermas videt pastorem in eodem campo rogatque, ut angelum poenae iubeat e domo sua recedere. Pastor autem dicit, propter peccata domus suae angelo glorioso iubente eum cruciari, sed exiguum solum tempus. — Deinde (Sim. VIII) pastor Hermae ostendit salicem magnam, sub cuius umbra erant omnes vocati. Angelus autem Domini gloriosus caedebat falce magna ramos dabatque singulis virgulas. Postquam omnes acceperunt, angelus virgas repetiit consideravitque, inveniens tredecim diversa genera (c. 1), et eos, qui virgas virides et fructiferas reddiderunt, dimisit in turrim (c. 2, 1—4), ceteros, qui virgas aridas habebant, tradidit pastori in muros mittendos. Pastor autem virgas eorum plantavit, sperans, fore ut nonnullae reviviscerent, et abiit (c. 2, 5—9), Hermae similitudinem explicans et angelum gloriosum Michaelem declarans (c. 3). Paucos post dies reversus virgas consideravit (c. 4—5), et cum omnes explicasset (c. 6—10), Hermae mandavit, ut omnes ad paenitentiam adhortaretur (c. 11). — Qui cum Mandata et Similitudines scripsisset, pastor venit (Sim. IX), ut accuratius ei explanaret, quae spiritus sanctus in figura Ecclesiae ipsi dixerat, dicens, propterea a glorioso angelo se ad eum missum esse, ut omnia fortiter videret, et adduxit eum in Arcadiam ostenditque campum magnum, circumdatum duodecim montibus (c. 1). Medio in campo erat petra magna et vetus, novam portam habens, circa quam stabant duodecim virgines (c. 2). Venerunt autem sex viri excelsi et multi alii, et illi hos turrim supra petram et supra portam aedificare iusserunt; virginibus mandaverunt, ut omnes lapides per portam portarent (c. 3). Aedificabatur igitur turris, et lapides afferebantur cum de profundo tum de montibus. Postquam in structura positi sunt, omnes candidi facti sunt praeter nonnullos, qui neque per portam allati neque a virginibus porrecti erant (c. 4). Finito die illo desierunt aedificare, quamquam turris non erat consummata, et omnes praeter virgines recesserunt. Post paucos dies cum pastor et Hermas reversi essent (c. 5), venit vir excelsior turri, circumdatus magna turba virorum, et consideravit turrim. Lapides, qui non candidi erant neque integri, auferri iussit et alios et quidem de campo afferri.

Et quadrati lapides confestim in illorum loco collocati sunt; rotundi autem iuxta turrim positi sunt, ut postea circumciderentur et ad aedificationem adhiberentur (c. 6). Quae cum facta essent, dominus turris lapides iuxta turrim iacentes pastori tradidit, ut eos purificaret poneretque in structura, qui cum aliis convenire possent, ceteros longe proiceret, et abiit. Pastor ipse recessit. Post duos autem dies reversus est lapides consideraturus (c. 7). Octo genera invenit (c. 8 — c. 9, 4) et eos, qui de structura reiecti sunt, tradidit mulieribus duodecim veste nigra vestitis et capillos habentibus solutos, ut eos ibi reportarent, unde allati erant. Turris autem splendida erat et quasi monolitha (c. 9, 5—7). Cum formae lapidum, qui sublati et in structura repositi erant, expletae et omnia circa turrim mundata fuissent, abiit pastor, Hermam cum virginibus relinquens (c. 11). Reversus explicationem similitudinis dedit, primum de petra et porta et de viro excelso et reliquis viris (c. 12), hos angelos, illos, scilicet petram et portam et virum excelsum filium Dei designans, tum de turri et de virginibus et mulieribus (c. 13 — c. 15, 3), deinde de lapidibus de profundo allatis (c. 15, 4 — c. 16), porro de montibus (c. 17 — c. 29, 3) et de lapidibus de campo allatis (c. 29, 4 — c. 31, 3), et postquam fideles omnes adhortatus est, ut paenitentiam agerent, dum turris adhuc aedificaretur (c. 31, 4 — c. 32), denique exposuit, quid significarent formae lapidum (c. 33). — Postquam autem Hermas librum scripsit, venit angelus ipse, qui eum pastori tradiderat, i. e. filius Dei, paucis ei dicens, quae esset via salutis, eumque pastori iterum tradens et virginibus commendans (Sim. X).

V.

In capite praecedente identidem angelus venerabilis vel gloriosus occurrit, Sim. VIII, 3, 3 Michael nominatur, cum aliis locis Christus esse videatur, et quaeritur, quae Hermas de Christo vel, ut ipse dicit (nomen Christi enim nusquam exhibet), de filio Dei senserit, quem Sim. IX, 1, 1 eundem cum spiritu sancto declarat. Priusquam autem eius Christologia exquiritur, exponam, quid de ea viri docti recentiores iudicaverint, monens, eos, qui ante annum 1856, quo textus graecus in lucem prodiit,

minus recte iudicare potuisse, cum scripturam minus accurate cognitam haberent.

Orthodoxe Hermam sensisse et filium Dei personam divinam et a spiritu sancto distinctam habuisse statuerunt praesertim Jachmann[1], Hefele (adnot. ad Sim. V, 5; ed. IV p. 386 sq.), Dorner[2], Gaâb[3], Zahn[4], Donaldson (p. 353—358), I. Sprinzl (p. 129—133), Rambouillet[5], A. Brüll[6], I. Schwane[7], R. Seeberg[8]. A. Hilgenfeld[9] iudicavit, Hermam *Iudaismum christianum* quamvis iam valde mitigatum defendisse, unicum Deum unicam fidei materiam (Mand. I) plane eodem modo praedicasse quo Ps.-Clemens (Recogn. I, 7. 35; Hom. II, 12), unici Dei filium agnovisse, sed eadem ratione, qua etiam acerrimi Iudaismi christiani propugnatores uni Deo spiritum sanctum adiunxissent, praeter filium denique Dei unigenitum, qui esset idem cum spiritu sancto, alium Dei filium induxisse videri, qui esset princeps angelorum (Sim. IX, 12, 8), sicut teste Epiphanio H. 30 c. 16 Ebionaei quidam Christum negassent e Deo patre genitum esse, ἀλλὰ ἐκτίσθαι, ὡς ἕνα τῶν ἀρχαγγέλων καὶ ἔτι περισσοτέρως, αὐτὸν δὲ κυριεύειν καὶ ἀγγέλων καὶ πάντων τῶν ὑπὸ τοῦ παντοκράτορος πεποιημένων. Lipsius[10] putat, filium Dei et spiritum sanctum Hermae unum eundemque et quidem summum archangelum fuisse, et Harnack (cf. adnotat. ad Vis. V, 2; Sim. V, 5, 2; 6. 5; VIII, 1, 2; IX, 1, 1) iudicavit, Hermam filium Dei seu spiritum sanctum eundem habuisse cum Michaele archangelo

---

1 *Der Hirte des Hermas* 1835 p. 68—73.

2 *Lehre von der Person Christi* ed. II 1845 I, 190—205.

3 *Der Hirte des Hermas* 1866 p. 77—85.

4 *Der Hirt d. H.* 1868 p. 253—282; cf. *Jahrbücher für deutsche Theologie* 1870 p. 201 sq.

5 *L'Orthodoxie du livre du Pasteur d'Hermas* 1880. *Un dernier mot sur l'orthodoxie d'Hermas* 1880.

6 *Der Hirt des Hermas* 1882.

7 *Dogmengeschichte der vornicaenischen Zeit* 1862 p. 61; ed. II 1892 p. 61.

8 *Lehrbuch der Dogmengeschichte* I (1895), 22.

9 Ed. I 1866 proleg. p. XV; *Apostolische Väter* p. 145—147; 166—171; *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* 1858 p. 428 sqq.

10 *Zeitschr. f. wiss. Theol.* 1865 p. 277—282; 1869 p. 273—285.

ob eamque causam de *sex* angelis superioribus (cf. Vis. I, 4, 1. 3; III, 1, 6; 2, 5; 4, 1) verba fecisse, quia filium Dei (ἄγγελον σεμνότατον) septimum licet valde praestantiorem angelum habuisset. Idem ego iudicavi (ed. I Sim. V, 5 not.), praeterea L. Duchesne[1], E. Hückstädt[2]. A. Link[3] et O. Bardenhewer[4] censuerunt, Hermam filium Dei eundem quidem cum spiritu sancto, neque vero cum Michaele archangelo habuisse. Iudicia autem tam contraria exoriri potuerunt, cum, quid Hermas de natura Christi senserit, in libro nusquam exponatur, sed potius e similitudinibus ad ecclesiam spectantibus colligendum sit.

Primum Hermas Sim. V de filio Dei et spiritu sancto loquitur, nondum autem plane distincte. Servo enim, quem paterfamilias in vineam suam misit, i. e. filio Dei seu Christo in terra apparenti opponit filium patrisfamilias i. e. spiritum sanctum (cf. v. 2), ac praeterea docet, praesente hoc spiritu sancto et praesentibus angelis servum illum a Domino exaltari et coheredem declarari, coheredem spiritui sancto (cf. c. 2, 6—11; 6, 5—7), i. e. Christum in caelos assumi et humanam quoque ipsius naturam (servum) divini honoris fieri participem. Uno loco autem iam hic prodit, filium Dei praeexsistentem a spiritu sancto se non distinxisse. Quaeritur enim, an filium patrisfamilias vocasset spiritum sanctum (cf. v. 2), si hunc non eundem esse cum filio Dei praeexsistente sensisset, et accedit, quod c. 6, 5. 6 incarnationem spiritus sancti docere videtur. Dicit enim, Deum spiritum sanctum, qui ante fuisset et creasset omnem creaturam, fundasse in carne, quae ei placuisset, cumque haec caro spiritui optime serviisset, Deum eam assumpsisse sociam ac consortem spiritus sancti. Quae verba vix aliter atque illo modo intellegenda sunt, et Hermas revera ita sensisse eo magis censendus est, cum Sim. IX, 1, 1 spiritum sanctum (versio latina vulgata vocem *sanctum* suppressit) disertis verbis filium Dei nominet. Monuit quidem Zahn l. c., non esse neglegendum, Hermam hic *parabolam* exposuisse, ipsamque parabolam cum rei minus aptam esse tum

---

1 *Revue du monde catholique* 1880 p. 21 sqq. Cf. Rambouillet l. c

2 *Der Lehrbegriff des Hirten* 1889.

3 *Christi Person und Werk im Hirten des Hermas* 1886.

4 *Patrologie* 1894 p. 56 sq.

a scriptore haud feliciter explicari; neque vero satis consideravit, parabolam ab Herma ipso excogitatam, a nemine ei suppositam fuisse.

Porro Hermas Michaeli in negotio salutis eundem fere locum attribuit ac filio Dei. Uterque populi christiani dominari dicitur (Sim. V, 6, 4: VIII, 3, 3); uterque peccatores tradit angelo paenitentiae (Sim. VIII, 2, 5; 3, 5: IX, 7, 1. 2 cf. Vis. V, 2, 3); uterque iudicium de fidelibus facit (Sim. VIII, 3, 3: IX, 5, 2. 6. 7; 6, 3—6; 10, 4). Unde sequi videtur, Hermam etiam Michaelem eundem cum filio Dei habuisse, idque eo magis, cum non septem archangelos vel angelos primos numeret, ut alii veteres (Tob. 12, 15; Apoc. 1, 4; 8, 2), sed sex tantum, ita ut conicere liceat, septimum et principem eorum Michaelem fuisse. Altera ex parte animadvertendum est, Michaelem Sim. VIII semper angelum vocari, filium Dei autem Sim. IX semper aut hoc nomine nuncupari aut dominum turris appellari; Hermam Sim. IX minime indicare, filium Dei sub alio nomine et alia imagine idem agere, quod Sim. VIII de Michaele refertur, neque sperare potuisse, lectores brevem notitiam Similitudinis VIII ad Michaelem spectantem de filio Dei intellecturos esse, qui Sim. IX nusquam Michael vocatur, inter Michaelem et filium Dei potius discrimen facere, illum tanquam ministrum vel administratorem, hunc tanquam dominum (Sim. V, 6, 4; IX, 5, 6; 7, 1; 18, 4) repraesentare. Concedendum quidem est, haec argumenta non prorsus valida esse. Non enim est obliviscendum, Hermam non id egisse, ut Christologiam accuratius exponeret; et discrimina illa fortasse e discrimine similitudinum explicari possunt. Attamen id saltem liquet, contrarium minime esse certum. Accedit, quod Hermas Vis. III, 4, 1 primos angelos vel archangelos creatos fuisse dicens haud dubie Michaelem inter creaturas habuit, cum Sim. V, 6, 5 spiritum sanctum praeexsistentem et Sim. IX, 12, 2 filium Dei omni creatura antiquiorem designet. Itaque iure concludimus, eum filium Dei alium ac Michaelem atque hoc superiorem habuisse.

Cum Michael Sim. VIII, 3, 3 angelus gloriosus vocetur, eum eundem esse coniecerimus cum illo angelo glorioso, a quo angelus paenitentiae ad Hermam missus est. Plura autem obstant,

quominus id colligamus. Sim. X, 1, 1 Hermas illum angelum in domum suam intrantem confestim agnoscit, cum nomen ac munus Michaelis, quamquam hic Sim. VIII ab initio apparet, postea ei explicandum fuerit. Deinde illum angelum non solum ἔνδοξον (Sim. VII, 1. 3. 5; IX, 1, 3), sed etiam et quidem loco primo ac principali, Vis. V, 2, σεμνότατον nominans se eum superiorem habuisse annuit. Revera ille angelus filium Dei vel Christum exaltatum ac glorificatum repraesentare videtur[1].

VI.

Pastor nunc praeter textum graecum in duabus versionibus latinis et in versione aethiopica exstat. Per longum autem tempus versio latina prior vel vulgata sola nota fuit. Primus eam typis expressit Iac. Faber Stapulensis[2]. Sed editio haud paucis vitiis laboravit; codicem enim, quem invenit, Faber minus accurate edidit, sed permulta ad arbitrium mutavit, antiquum sermonem saepe delevit, corrupta temere restituit[3]; neque ceterae editiones saeculi XVI aut ea, quam Casp. Barth[4] paravit, multo meliores erant. Rem promovit Cotelerius tribus codicibus Parisiensibus collatis, et amplius promovisset, si non libros editos saepe libris manuscriptis praetulisset. Tum duos codices anglicanos adhibuit Fell[5], et alterum sive Lambethanum denuo conferendum curavit Clericus; textum vero ille non mutavit, hic rarissime tantum correxit. Fabricius[6], Russel, Gallandi, Hefele, Migne editores priores secuti sunt. Dressel diligenter quidem contulit codicem Vaticanum. Cum autem lectiones minus ad textum recensendum adhibuerit quam in notis editioni suae apposuerit, A. Hilgenfeld primus textum

1 Cf. Link l. c. p. 43—49. Liber, quem Heurtier a. 1900 publicavit: *Le dogme de la trinité dans l'épître de S. Clément de Rome et le Pasteur d'Hermas,* nondum ad me pervenit.

2 Liber trium virorum et trium spiritualium virginum etc. Parisiis 1513.

3 Cf. Hilgenfeld, Hermae Pastor 1873 p. III.

4 S. patris nostri Claudiani Ecdicii Mamerti de statu animae etc. Cygneae 1655.

5 S. Barnabae Apost. epist. catholica. Accessit S. Hermae viri apostolici Pastor. Oxoniae 1685.

6 Codicis apocryphi N. T. pars tertia. Hamburgi 1719.

e codicibus emendatum edidit[1]. Sed neque haec editio adeo perfecta est, ut non emendatior valde desideretur. Namque duos tantum codices, scilicet Dresdensem (saec. XV) et Vaticanum (saec. XIV) ab Alberto Dressel collatum Hilgenfeld adhibuerat et nonnunquam iis dimissis textum vulgatum praetulerat, non quaerens, num codicibus traditus esset an non. Duas quidem partes, sc. Mand. XII, 3 — 5, 3, ubi versio altera seu Palatina lacunam habet, et Sim. IX, 30, 3 usque ad finem, ubi textus graecus desideratur, O. de Gebhardt e sex codicibus edidit et decem alios codices descripsit[2]. Editio autem versionis totius critica adhuc deest.

Versio latina altera codice tradita est Palatino (saec. XIV), nunc Vaticano, et vulgo Palatina vocatur. Dressel primus eam ex illo codice edidit. Plures locos emendaverunt Hollenberg[3], Hilgenfeld, Gebhardt, et hic versionem denuo prelo submisit. L. Schnell codicem iterum excussit, et ego lectiones a textu Dresseliano divergentes publicavi[4].

Quod autem ad aetatem versionum latinarum attinet, olim omnes censuerunt vulgatam brevi post Hermae tempus exaratam, iam Tertulliano cognitam fuisse De orat. c. 16 dicenti, librum Pastorem (non Ποιμένα) inscribi, saltem Ps.-Cypriano vel auctori libelli De aleatoribus saeculo III exeunte, qui c. 4 Sim. IX, 31, 5—6 allegans certe ea usus est. Versionem Palatinam Harnack (p. LXV sqq.) saeculo V exaratam fuisse coniecit, et Gebhardt (p. XXIV) eius auctorem versionem vulgatam in usum suum convertisse ostendit, praecipue in Similitudinibus, cum in Visionibus (excepta Vis. V) Mandatisque (praeter Mandatum I)

---

1 Hermae Pastor. Veterem latinam interpretationem e codicibus edidit A. H. Lipsiae 1873.

2 Hermae Pastor. Lipsiae 1877 p. XIV—XXII. Interea etiam alii codices versionem tradentes detecti sunt. Cf. Ehrhard, *Die altchristliche Litteratur* 1900 p. 104.

3 Pastorem Hermae emendavit, indicem verborum addidit Guil. Hollenberg. Berolini 1868.

4 *Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien* XXXVI (1885), 245—249. Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* I (1893), 51, de secundo codice Romano hanc versionem continente loquitur, eum autem non accuratius designat.

nullam fere eius notitiam prae se ferret. I. Haussleiter[1] statuens, Mandata et Similitudines ante Visiones composita fuisse, in versione Palatina duos auctores invenire sibi visus est, quorum alter illas partes, brevi postquam graece editae essent, in Africa vertisset, alter, postquam interea Visiones in lucem prodiissent et saeculo III ineunte Romae vel in Italia totius libri versio vulgata instituta fuisset, c. ann. 230 versioni Palatinae Visiones adiunxisset vel potius praemisisset. Certe autem erravit, versionem Palatinam duobus auctoribus attribuens, et hanc versionem saltem maxima ex parte priorem esse vulgata vix probavit[2].

Versionem aethiopicam debemus Antonio d'Abbadie, viro in litteris aethiopicis versatissimo. Qui cum a. 1847 in Aethiopia commorans comperisset, asservari in monasterio, cui nomen est Guindaguinde, librum titulo Hermae, eum accuratissime exscribi curavit. Quanti momenti liber esset, pluribus annis post per Augustum Dillmann cognovit, et suadente et rogante Societate Orientali Germanica a. 1860 versionem interpretatione latina, ut ipse dicit, minus eleganti quam fideli adiecta edidit[3]. Olim versionem ex prototypo arabico fluxisse iudicaverat[4]. In praefatione autem editioni suae praemissa toto opere accuratius perlecto sententiam retractavit, et Dillmann versionem ex exemplari graeco confectam esse firmissimis argumentis probavit[5]. Versio omnes quidem Pastoris partes complectitur, omissionibus vero haud paucis laborat, praesertim Mand. IV, 1 et Sim. IV—VI, ubi interpres textum nimis iusto

1 De versionibus Pastoris Hermae latinis. Erlangae 1884. Cf. quae contra hunc tractatum exposuit Lipsius in *Theolog. Litteraturzeitung* 1885 p. 281—285. De sermone versionis Palatinae Haussleiter disputavit in *Zeitschrift für wissensch. Theologie* XXVI (1883), 345—356.

2 Ph. Thielmann in *Archiv für lat. Lexikographie* II (1885), 176, versionem Palatinam c. a. 300 in Africa confectam esse demonstrare conatus est; argumentum vero, quo nisus est, refutabat Sittl in *Jahresbericht für Altertumswissenschaft* XVII, II (1887), 35.

3 *Abhandlungen für die Kunde des Morgenlandes* II (1860) N. 1.

4 *Catalogue raisonné des Manuscrits Éthiopiens appartenant à Antoine d'Abbadie.* Paris. 1859 p. 180.

5 *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft* XV (1861), 111—113.

decurtavit, cum aliae omissiones vel menda neglegentiae librariorum attribuenda esse videantur.

In appendice versionis, in qua Hermas propheta vocatur idemque declaratur cum Paulo apostolo, praeterea legimus: *Finitae sunt visiones et mandata et similitudines Hermae prophetae, qui est Paulus, anno CXCI misericordiae, mensis nocte XXIII, die XXII;* et quaeritur, quomodo haec intellegenda sint, num verba indicent, quo anno versio confecta, an quo anno codex monasterii Guindaguindensis exaratus sit, et qui sit annus 191 misericordiae. Dillmann verba ad codicis aetatem referri vult et olim iudicavit, annum illum esse annum 1539 p. Chr., nisi forte subscriptio ex codice antiquiore repetita esset[1]. Postea in litteris, quas ad Harnack dedit, computavit, annum 191 misericordiae esse annum aut 543 aut 1075 aut 1607 p. Chr., et codicem ad annum 1607 retulit[2]. Rectius autem Gebhardt verba illa ab interprete profecta esse statuit, nisus inprimis in fine appendicis, ubi de *interpretatione huius Hermae* sermo est, id quod potius in translatorem quam in librarium saeculi XVII quadrare videtur. Appendix igitur, cum versio haud dubie antiquissima sit, potius ad annum 543 quam 1607 referenda est. Versionem autem revera illo anno confectam esse vix contenderim, cum notitia, quam de aera misericordiae habemus, nimis parva et incerta sit.

Textus graecus in duobus codicibus exstat. Alter (saec. XIV) olim in monte Atho asservatus est et pars etiamnunc asservatur, alter est Sinaiticus. Tria codicis Athensis folia autem, scilicet 5, 6, 9, ea, quae continent Mand. XII, 4, 7 — Sim. VIII, 4, 3 et Sim. IX, 15, 1 — 30, 2, et apographum partium antecedentium et intermediarum Constantinus Simonides Symensis bibliothecae academicae Lipsiensi vendidit, et textum, quem exhibent, anno 1856 Rudolphus Anger typis expressit[3].

---

1 *Zeitschr. d. D. morgenl. Gesellsch.* XV, 119.

2 Cf. Gebhardt-Harnack, Hermae Pastor p. XXVII sqq.

3 Hermae Pastor graece. Primum edidit R. Anger. Praefationem et indicem adiecit Guil. Dindorf. Lipsiae. — Editor textum graecum genuinum habuit, et omnes fere assensi sunt. Cf. *Literarisches Centralblatt* 1856 p. 745—748 (Lipsius); *Leipziger Repertorium* 1857 I, 1—8.

Libro vix in publicum emisso editor comperit, apographum, quod Simonides bibliothecae Lipsiensis dederat, non id esse, quod in monte Atho e codice ipso se desumpsisse dixerat, sed aliud, quod Lipsiae adhibitis excerptis scriptorum ecclesiasticorum et versione latina confecerat. Editio princeps itaque inutilis erat. Cum autem brevi post apographum genuinum Simonidi ademtum et bibliothecae Lipsiensi traditum esset, Anger eius lectiones publicavit[1] et consilium novae editionis parandae iniit. Eodem vero tempore negotium Pastoris graece edendi Const. Tischendorf in se suscepit et textum a se recensitum editioni operum patrum apostolicorum inserendum Alberto Dressel tradidit, centum exemplaria ipse vulgavit[2], a. 1863 lectiones codicis Sinaitici in usum editionis Dresselianae secundae addidit. Res non valde promota est. Codicem quidem Lipsiensem Tischendorf accurate perquisivit, sed codicem tantum, non Pastorem edidit neglectis ceteris fontibus, e quibus textus hauriendus est quique sunt praeter codices graecos versiones latinae, versio aethiopica, scriptorum veterum e Pastore excerpta.

De versionibus et codice Lipsiensi iam disputavi, et de codice Sinaitico supra in Prolegomenis ad Barnabae epistulam (p. XXXI) plura dicta sunt. Hic addendum est, scriptorem Pastoris alium esse ac librarium epistulae Barnabae, eundem autem, ut Tischendorf putat, cum eo, qui prophetas V. T. scripsit. Inter codicis correctiones eae, quas Tischendorf A signavit, ad eandem omnino cum ipso textu aetatem referendae viden-

---

Aliam sententiam Constantinus Tischendorf pronuntiavit. Invenire enim sibi visus est, textum non tam altero post Christum saeculo quam aetate media ortum neque eum esse, unde vetus interpres latinus hauserit, sed quo quis textum graecum deperditum compensaverit Latina convertens (Pastor Hermae p. VIII. Dressel, Patr. apost. p. XLVII). Sed erravit, et codice Sinaitico invento sententiam retractavit (Dressel, Patr. ap. ed. II. Praef. p. IV). Nonnullos tantum locos ex Latinis fluxisse adhuc contendit. Argumenta autem, quae protulit, refutavit Lipsius in *Literar. Centralblatt* 1864 p. 532 sq.

1 *Leipziger Repertorium der deutschen und ausländischen Literatur* 1856 III, 138—147. Ibidem p. 129 sq. nonnulla de detectione fraudis Simonidis leguntur.

2 Hermae Pastor graece etc. Lipsiae 1856.

tur. Corrector alter (seu Novi Testamenti tertius; N. T. corrector secundus Pastorem non attigit), quem insignivit Tischendorf Ca, aliquot saeculis postquam ex auctorum manibus prodiit, ad codicem accessit [1], et textum procul dubio alio exemplari adhibito emendavit, nonnunquam autem etiam male mutavit [2]. Equidem correctores non discernendos esse putavi, sed ambos signavi Sc. Inter scriptores ecclesiasticos, qui ad textum recensendum aliquid conferunt, praesertim Ps.-Athanasius et Antiochus Monachus (cf. supra p. CXXIV) nominandi sunt, qui multos Pastoris (praesertim Mandatorum) locos operibus suis tacite inseruerunt. Notandum vero est, illius Praecepta ad Antiochum in duobus codicibus exstare valde inter se divergentibus. Parisiensem (saec. XIV) primus Bernardus Montfaucon in Athanasii operum editione Parisiensi a. 1698 edidit; Guelferbytanum (saec. X) nuper Dindorf typis expressit idemque Parisiensem accurate collatum denuo publicavit [3]. Codex Guelferbytanus partem Praeceptorum priorem tantum (c. 1—11) eamque ab epitomatore in formam compendii redactam continet. Epitomator autem exemplari non solum multo antiquiore, sed etiam emendatiore usus est quam librarius codicis Parisiensis, et nonnumquam etiam servavit, quae in hoc codice omissa sunt, e. g. Mand. VII, 4; VIII, 12. Signavi utrumque codicem Ath; ubi alter ab altero discrepat, signavi Guelferbytanum Ath^1, Parisiensem Ath^2.

Omnes illos fontes primus diligenter Adolphus Hilgenfeld adhibuit [4]. Oscarus de Gebhardt [5] autem rem denuo tractandam suscepit in eaque hoc modo versatus est. Ubi codex Sinaiticus superest, hunc quasi ducem secutus est, eum non deserens nisi reliquorum testimoniorum consensu vel alia quadam neces-

---

1 Ita iudicat Tischendorf, Novum Testamentum Sinaiticum 1863. p. XXIII sq.

2 Cf. Gebhardt l. c. p. VI sq.

3 Athanasii Alexandrini Praecepta ad Antiochum. Ad codices duos recensuit Guil. Dindorf. Lipsiae 1857.

4 Hermae Pastor. Graece e codicibus Sinaitico et Lipsiensi scriptorumque ecclesiasticorum excerptis etc. Lipsiae 1866.

5 Hermae Pastor graece etc. Lipsiae 1877 p. XXXVIII sq. Patrum apost. editionis Lipsiensis tertiae fasc. III.

sitate (interna ut ita dicam) adductus. Similiter in reliquis libri partibus codicem Lipsiensem pro fundamento posuit, adhibitis passim versionibus et scriptoribus veteribus, tum in emendandis scripturae vitiis, tum in lacunis explendis. Libri clausulam inde a Sim. IX, 30, 3, ubi textus graecus deficit, latine edidit, sc. versiones latinas duas et versionem aethiopicam. Longe quidem abest, ut credat, se Hermae librum ita edidisse, ut iam nihil faciendum supersit. Sed non frustra laboravit. Plures locos feliciter emendavit, lacunas codicis Lipsiensis bene explevit. Via, quam ingressus est, usque dum novi fontes aperiuntur, omnino approbanda esse videtur, et ego eam persecutus sum. Neque vero ubique plane eundem textum exhibui; circiter viginti locos mutavi atque, ut mihi videor, emendavi vel textum ab aliis emendatum recepi.

Anno 1881 Hilgenfeld editionem alteram emendatam et valde auctam publicavit, a. 1887 tertiam, et hanc inscripsit: Hermae Pastor graece integrum ambitu primum ed. A. H. Brevi ante enim I. Draeseke animadverterat, clausulam libri usque tunc nonnisi versionibus notam a Constantino Simonide in appendice ad librum Ορθοδοξων Ελληνων θεολογικαι γραφαι τεσσαρες a. 1859 Londini graece editam fuisse[1], et Hilgenfeld aeque ac Draeseke editori fidem habens dicenti, particulam ex eodem codice desumptam fuisse, cuius sex paginas vel tria folia Academiae Lipsiensi vendidisset, Pastorem graecum integrum demum recuperatum esse putavit. Revera Simonides particulam ipse versione latina vulgata liberius adhibita graece restituit vel potius finxit[2].

Anno 1880 Sp. P. Lambros cum catalogum librorum

---

1 Appendix inscribitur: Ολιγα εκ πολλων περι του αποστολικου πατρος Ερμα ασυγκριτου του Λαοδικεως και των ομωνυμων αυτου· προς δε και περι των μεχρις ημων κατελθοντων απογραφων των ποιμενικων αυτου γραφων εν παροδωι· συντεθεντα τε και εκδοθεντα υπο Κ. Σιμωνιδου διδακτορος της φιλοσοφιας. Προστιθεται δε τουτοις και τα αχρις ημερας ανεκδοτα τρια και ημισυ εδαφια του εννατου κεφαλαιου των παραβολων και το δεκατον ολοκρηρον. Clausula Pastoris graeca repetita est in *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* 1887 p. 172—184, *Theolog. Quartalschrift* 1888 p. 60—68.

2 Cf. *Theolog. Litteraturzeitung* 1887 p. 147—151. *Theolog. Quartalschrift* 1888 p. 51—71. I. A. Robinson, *A Collation of the Athos Codex of the Shepherd of Hermas* 1888 p. 25—29.

manuscriptorum in monasteriis montis Athonis asservatorum conficeret, in monasterio Gregorii sex folia vidit partem Pastoris continentia, et cum paulo post folia describenda curaret, animadvertit, ea codicis Simonidi propositi et fontem apographi Lipsiensis esse. Anno 1887 I. A. Robinson codicis detecti notitiam nactus est, et a. 1888 eius lectiones in libro iam saepius laudato publicavit. Ita codex pretiosus, cui scripturam fere totam graece debemus, postquam diu maioris partis apographum solum habuimus, ipse in lucem prodiit. Folia adhuc in monte Atho asservata sunt 1, 2, 3, 4, 7, 8, folia Lipsiam allata 5, 6, 9[1]. Harmer Patres apostolicos a. 1891 edens primus subsidiis, quae Lambros et Robinson nobis paraverant, uti potuit. Eodem denique anno, quo illa editio apparuit, U. Wilcken[2] folium papyraceum antiquissimum (saec. IV ut videtur) duas particulas Pastoris continens, sc. Sim. II, 7—10; IV, 2—5, publicavit. Folium, Faiumi inventum et a Museo Berolinensi comparatum atque eo inprimis pretiosum, quod versiculum tradit, qui in codice Athensi exciderat, in hac editione primum ad textum constituendum adhibetur.

Clausula scripturae vel Sim. IX, 30, 3—X, cum textus a Simonide vulgatus non codice aliquo traditus sit, etiamnunc graece deest. Hilgenfeld in editione Pastoris tertia (p. 126—130) particulam graece restituere conatus est. Pro meo libro sufficere videtur, lacunam versionibus veteribus explere. Versiones etiam ad textum recensendum, praesertim in ea parte, quae graece codice Athensi tantum traditur, permultum contribuunt. Saepissime autem textus, quo nituntur, vix definiri potest. Quare earum lectiones non omnes notantur, sed nonnisi eae, quae certae vel maioris momenti sunt. Ubi testibus discedentibus in apparatu critico una vel altera versio desideratur, id inde explicatur, quod eius lectio non liquet. Denique haec monenda sunt.

---

1 Folia 1^v et 9^r arte photographica reddita exstant in *Byzantinische Zeitschrift* II, 1893.

2 *Tafeln zur älteren griechischen Palaeographie*, Lipsiae et Berolini 1891. Tab. III. Fragmentum repetierunt et illustrarunt Diels et Harnack in *Sitzungsberichte der Berliner Akademie der Wiss.* 1891 p. 427—431; Ehrhard in *Theolog. Quartalschrift* 1892 p. 294—303.

In parte priore seu ea, quae etiam in codice Sinaitico legitur, de litteris et verbis, quae iniuria temporis in codice Athensi evanuerunt, ratio non redditur, nisi ad textum intellegendum necessarium est. Versus vel verba, quae non per testes graecos, sed per interpretes veteres solum traduntur, uncinis includuntur.

Versionem germanicam praeter interpretes in Notitia generali laudatos instituerunt Valentinus Kobian[1] etc. I. Chr. Nehringen[2].

---

1 *Ein prophetisch gsatzbuch mit 5 gsichten, mit 12 gbotten, und 10 gleichnissen, Des Pastors oder hirten, der da gewest ist, eyn Englischer bot, oder verkünder der buss. Welches ist uberreicht worden dem Hermas, eynem Junger des heyligen Apostels Pauli. Volateranus schreibt, dass diser Hermas eyn bischoff zu Philippen gewest sei.* Hagenoviae 1539.

2 *Des Heiligen Hermas des Jüngers Pauli und Bischoffs zu Philippopolis Sämmtliche Geistreiche Schrifften zum erstenmahl (?) nebst einem Vorbericht in teutscher Sprache herausgegeben* etc. Halae Magdeburg. 1718.

PATRUM APOSTOLICORUM OPERA.

ΔΙΔΑΧΗ ΤΩΝ ΔΩΔΕΚΑ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

Διδαχὴ κυρίου διὰ τῶν δώδεκα ἀποστόλων τοῖς ἔθνεσιν.

I. Ὁδοὶ δύο εἰσί, μία τῆς ζωῆς καὶ μία τοῦ θανάτου, διαφορὰ δὲ πολλὴ μεταξὺ τῶν δύο ὁδῶν.

2. Ἡ μὲν οὖν ὁδὸς τῆς ζωῆς ἐστιν αὕτη· *πρῶτον ἀγαπήσεις τὸν θεὸν τὸν ποιήσαντά σε, δεύτερον τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· πάντα* δὲ *ὅσα ἐὰν θελήσῃς* μὴ γίνεσθαί σοι, καὶ σὺ ἄλλῳ μὴ ποίει.

cod = codex Hierosolymitanus, L = versio latina, Br = Bryennius, Barn = Barnabae epistula, Can = Canones apostolorum ecclesiastici, Const = Constitutiones apostolorum.

1 *δώδεκα*> L | 3 *εἰσί* + in saeculo L | *μία . . μία*> L | *θανάτου* + lucis et tenebrarum; in his constituti sunt angeli duo, unus aequitatis, alter iniquitatis L cf. Barn 18 | 6 *θεόν* + aeternum L

Tit. Codex duos exhibet titulos, de quibus magna controversia exorta est. Quaeritur, num uterque genuinus sit, et si non, uter auctori sit attribuendus. Plerique, qui unum authenticum putant, secundum praeferunt, cum minus sit verisimile, posteriores breviori titulo longiorem substituisse, et si recte sentiunt, vox *ἔθνη* de Christianis e gentilibus intellegenda est, quem sensum in litteris christianis veteribus saepius habet, praesertim Gal. 2, 12. 14; Eph. 3, 1. Altera ex parte in inscriptionibus epistulae ad Hebraeos et Evangelii secundum Hebraeos Christiani ex Iudaeis appellantur Hebraei, ita ut titulus Doctrinae alter titulis illarum scripturarum comparari possit. Cum vero pars scripturae prior seu ea, quae titulum protinus sequitur, de catechumenis instituendis agat, vox *ἔθνη* potius de gentilibus ad Christianam religionem se convertentibus quam de Christianis e gentilibus intellegenda videtur. Inde autem, quod titulus ad partem scripturae tantum refertur, non est colligendum, scripturam olim ex capitibus I—VI solis constitisse aut titulum longiorem a librario adiectum esse. Cum dimidia fere scripturae pars catechumenis erudiendis inserviret, auctor ipse titulum longiorem priori addere potuit, ut indicaret, quibus pars illa destinata

DOCTRINA DUODECIM APOSTOLORUM.

Doctrina domini per duodecim apostolos gentibus tradita.

I. Duae viae sunt, altera vitae et altera mortis, sed multum interest inter duas vias.

2. Via igitur lucis haec est: *primum diliges deum, qui te creavit, deinde proximum tuum sicut te ipsum; omnia* vero, *quaecunque* non *vis* tibi fieri, nec tu alteri facias.

5 Matth. 22, 37—39; Marc. 12, 30—31; Sir. 7, 30; cf. Deut. 6, 5; Lev. 19, 18. — 6 Matth. 7, 12; Luc. 6, 31.

esset. Si res ita se habet, alius sane titulus parte priore finita exspectandus esse videtur. Titulus vero ab auctore facile omitti potuit, cum verbis *ταῦτα πάντα προειπόντες* satis clare partem alteram incipere indicaret. — Voces *διδαχὴ τῶν ἀποστόλων* et *διδαχὴ τοῦ κυρίου* etiam in S. Scriptura leguntur, illae Act. 2, 42, hae Act. 13, 12. Tit. 2, 10 *διδασκαλία τοῦ σωτῆρος*, II Ioann. 9 *διδαχὴ τοῦ Χριστοῦ* commemoratur.

I, 1. De viis in S. Scriptura sexcenties sermo est, de via Domini et de via hominum, de via iustorum et de via peccatorum, de via aequitatis et de via iniquitatis etc. Viae vitae et mortis commemorantur Ierem. 21, 8. Cf. Baruch 4, 1; Prov. 12, 28; Matth. 7, 13—14.

2. *πρῶτον ἀγαπήσεις κτλ.*] Vocibus *πρῶτον* et *δεύτερον* et mandata amoris Dei et proximi coniungens auctor prodit se Novum Testamentum respexisse, ubi verba leguntur Matth. 22, 37—39; Marc. 12, 30—31. Vetus Testamentum mandata diversis locis exhibet, alterum Deut. 6, 5, alterum Lev. 19, 18. Primum mandatum valde abbreviatum redditur. Auctor non solum vocem *κύριον* ante *τὸν θεόν*, sed etiam verba *ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου κτλ.* omisit, quibus gradus amoris exprimitur. Altera ex parte addidit *τὸν ποιήσαντά σε* ex Sirach 7, 30, ubi legimus: *ἐν ὅλῃ δυνάμει ἀγάπησον τὸν ποιήσαντά σε.* Cf. Deut. 32, 6. — *πάντα δὲ κτλ.*] Matthaeus 7, 12 mandatum his verbis exhibet: *πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτως καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς.* Similiter Lucas 6, 31. Tob. 4, 15 legimus: *ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς.* Auctor libelli nostri aeque ac Tobias vocem *μὴ* exhibet, de cetero autem evangelistas sequitur. Eodem autem modo quo in Doctrina, i. e. negative expressa

3. Τούτων δὲ τῶν λόγων ἡ διδαχή ἐστιν αὕτη· *εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν,* νηστεύετε δὲ *ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς· ποία γὰρ χάρις, ἐὰν ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς; οὐχὶ καὶ τὰ ἔθνη τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν;* ὑμεῖς δὲ *ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ* οὐχ ἕξετε ἐχθρόν. 4. *ἀπέχου τῶν σαρκικῶν καὶ* σωματικῶν *ἐπιθυμιῶν.* ἐάν τίς σοι δῷ *ῥάπισμα εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, καὶ ἔσῃ τέλειος·* ἐὰν *ἀγγαρεύσῃ σέ τις μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο·* ἐὰν *ἄρῃ* τις *τὸ ἱμάτιόν σου,* δὸς *αὐτῷ καὶ τὸν χιτῶνα·* ἐὰν λάβῃ τις ἀπὸ σοῦ *τὸ σόν, μὴ ἀπαίτει·* οὐδὲ γὰρ δύνασαι. 5. *παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου καὶ*

1 *εὐλογεῖτε — διδαχῆς* p. 6, 9 > L, cf. autem p. 12, 11 | 6 *σωματικῶν* : *κοσμικῶν* Const

sententia vel regula quae vocatur aurea persaepe apud veteres exstat, Iren. Adv. haer. III, 12, 14; Cypr. Ad Quirin. III, 119 (Hartel I, 184); Theoph. Ad Autol. II, 34; Clem. Recogn. VIII, 58; Constit. apost. I, 1; III, 15; Lactant. Instit. VI, 23, 32; Didym. De spiritu sancto c. 39 (PG. 39, 1068); S. Bened. Regula c. 4; Ps.-Aug. De vita christ. c. 10 (PL. 40, 1039); Ps.-Hieron. Ep. 12 (PL. 30, 149). Auctor Operis imperfecti in Matth. 8, 4; 21, 2; 23, 4 regulam duplici forma, positiva ac negativa, exhibet (Chrysost. opp. ed. Bened. Paris. 1836 VI, 837, 896, 929). Plures alios locos collegi in editione Doctrinae 1887 p. 4—5. Cf. Resch, Agrapha 1889 p. 95. 272.

3. *τούτων δὲ τ. λ. ἡ διδαχή*] Indicatur explicatio verborum praecedentium, et quidem omnium, cum auctor unum vel alterum mandatum solum explicare se velle non dicat. Si pars sequens, *εὐλογεῖτε — διδαχῆς* 2, 1, interpolata esset, verba illa ad 2, 2—7 referenda essent. Cf. de particula 1, 3—2, 1 Prolegomena c. 2. — *εὐλογεῖτε — διωκόντων ὑμᾶς*] Verba omnia leguntur Matth. 5, 44. Modo *νηστεύετε* deest in S. Scriptura; vocem *ἐχθρῶν* evangelista non post *προσεύχεσθε* posuit, ubi habet *ἐπηρεαζόντων*, sed ante *εὐλογεῖτε*, verba nonnulla praemittens. — *ποία — ἀγαπῶντας ὑμᾶς*] Haec scribens auctor non solum Matth. 5, 46 respexit, sed hunc locum et Luc. 6, 32 in unum conflavit. Voces *γὰρ ἐὰν* habet Matthaeus, cum Lucas scribat *καὶ εἰ*. Verba *ποία χάρις* exhibet hic, cum Matthaeus dicat: *τίνα μισθὸν ἔχετε*; Membra sententiae apud utrumque evangelistam invertuntur. — *οὐχὶ κτλ.*] Matth. 5, 46. 47. Versu 47 haec leguntur: *οὐχὶ καὶ οἱ ἐθνικοὶ οὕτως ποιοῦσιν;* Verba *τὸ αὐτὸ* exhibet versus 46, in quo locum gentilium obtinent publicani. Lucas 6, 32. 33 de peccatoribus dicit. — *ἀγαπᾶτε τ. μ. ὑμᾶς*] Verba leguntur, modo aliter disposita, Matth. 5, 44 et Luc. 6, 27. 28. — *καὶ οὐχ κτλ.*] Haec verba ita antecedentibus adiunguntur, ut S. Scripturae esse videantur. Didascalia apostolorum, quae praeter Doc-

3. Doctrina autem horum verborum haec est: ***Benedicite maledicentibus vobis*** et ***orate pro inimicis vestris***, ieiunate ***pro persequentibus vos; quae*** enim ***gratia, si diligitis eos, qui vos diligunt? Nonne et gentes idem faciunt?*** Vos autem ***diligite eos, qui oderunt vos***, neque inimicum habebitis. 4. ***Abstine a carnalibus*** et corporalibus ***cupiditatibus***. Si quis tibi plagam intulerit ***in dexteram maxillam, praebe illi et alteram***, et ***eris perfectus;*** si quis ***angariaverit te mille passus, vade cum illo duo milia;*** si quis sustulerit ***pallium tuum***, da ***ei et tunicam;*** si quis abstulerit a te, ***quod tuum est, ne repetas;*** neque enim potes. 5. ***Omni petenti te tribue neque repetas;***

1 Matth. 5, 44. 46. 47; Luc. 6, 32—33. — 6 I Petr. 2, 11 cf. Tit. 2, 12. — 7 Matth. 5, 39. 48. — 8 Matth. 5, 41. 40. — 10 Luc. 6, 30. — 11 Luc. 6, 30.

trinam sola ea exhibet, ea distincte Evangelio adscribit. Auctor scripturae enim postquam Proverbia 20, 12 (22) protulit, pergit: Nam iterum in Evangelio dicit: Diligite odientes vos et orate pro maledicentibus vos et inimicum nullum habebitis. Cf. Didascaliae apost. fragmenta ed. Hauler 1900 I, 3 sq. Itaque verba fortasse ex Evangelio aliquo deperdito desumpta sunt. Auctor vero Didascaliae cum a Doctrina dependeat et S. Scriptura liberius utatur, testis idoneus non est.

4. *ἀπέχου κτλ.*] Cf. II Clem. 17, 3. Si contextum respexeris, haec verba vix de cupiditatibus immundis, sed potius de desideriis hominum cupidinem carnis sequentium in universum interpretaberis. Auctor dicere videtur: devitans cupiditates carnales, si quis te percusserit in maxillam dexteram, noli repercutere, sed potius praebe et alteram maxillam. — *ἐάν τις κτλ.*] Matthaeus 5, 39 exhibet: *ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιὰν κτλ.* Cf. Luc. 6, 29. — *ἔσῃ τέλειος*] Auctor haud dubie respexit Matth. 5, 48, ubi evangelista laudatis singulis Domini praeceptis ad perfectionem christianam pertinentibus concludit: *ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστιν.* Vox etiam infra 6, 2 legitur; verbum *τελειοῦν* 10, 5; 16, 2. Cf. Matth. 19, 21; Luc. 6, 40. — *ἐὰν ἀγγαρεύσῃ κτλ.*] Matth. 5, 41. Lucas hanc particulam non habet. — *ἐὰν ἄρῃ κτλ.*] Matth. 5, 40, ubi autem voces *ἱμάτιον* et *χιτὼν* invertuntur. Lucas 6, 29 has voces eodem quidem ordine posuit, quo Doctrina, sed alias ab huius textu magis discrepat. — *ἐὰν λάβῃ κτλ.*] Luc. 6, 30. Animadverte, quod Tatianus in Diatessaron quattuor huius versus sententias in eodem ordine, quo in Doctrina leguntur, exhibet. Itaque conicere licet eum scripturam cognitam habuisse. — *οὐδὲ γὰρ δύνασαι*] scilicet *ἀπαιτεῖν παρ' ἀσεβῶν καὶ ἐξουσίαν ἐχόντων διαρπάζειν τὰ τῶν Χριστιανῶν*, ut interpretatur Bryennius.

5. *παντὶ κτλ.*] Haec sententia le-

μὴ ἀπαίτει· πᾶσι γὰρ θέλει δίδοσθαι ὁ πατὴρ ἐκ τῶν ἰδίων χαρισμάτων. μακάριος ὁ διδοὺς κατὰ τὴν ἐντολήν· ἀθῷος γάρ ἐστιν. οὐαὶ τῷ λαμβάνοντι· εἰ μὲν γὰρ χρείαν ἔχων λαμβάνει τις, ἀθῷος ἔσται· ὁ δὲ μὴ χρείαν ἔχων δώσει δίκην, ἱνατί ἔλαβε καὶ εἰς τί· ἐν συνοχῇ δὲ γενόμενος ἐξετασθήσεται περὶ ὧν ἔπραξε, *καὶ οὐκ ἐξελεύσεται ἐκεῖθεν, μέχρις οὗ ἀποδῷ τὸν ἔσχατον κοδράντην*. 6. ἀλλὰ καὶ περὶ τούτου δὲ εἴρηται· *Ἱδρωσάτω ἡ ἐλεημοσύνη σου εἰς τὰς χεῖράς σου, μέχρις ἂν γνῷς, τίνι δῷς.*

II. Δευτέρα δὲ ἐντολὴ τῆς διδαχῆς· 2. *οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις*, οὐ παιδοφθορήσεις, οὐ πορνεύσεις, *οὐ κλέψεις*, οὐ

7 *δέ* : *δή* Br | *ἱδρωσάτω* em Br : *ἱδρωτάτω* cod | 10 *οὐ κλέψεις*> L

gitur Luc. 6, 30, ubi autem pars altera ita amplificata est: *καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει*. Matthaeus 5, 42 nec secundam partem nec vocem *παντὶ* habet. Hunc versum et 4, 7 exscripsit Hermas in Mandato II, 4—6. — *μακάριος* — *ἐντολήν*] Cf. Matth. 5, 7, ubi misericordes beati praedicantur. Hunc locum auctor fortasse ante oculos habuit. Verisimilius autem est eum mandatum respexisse, quod versu ineunte legitur, sc. *παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου*. Sirach 29, 11 scribit: *θὲς τὸν θησαυρόν σου κατ' ἐντολὰς ὑψίστου, καὶ λυσιτελήσει σοι μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον* — *οὐαὶ τῷ λαμβάνοντι κτλ.*] Didascalia apost. ed. Hauler p. 53, postquam beatum praedicavit eum, qui potest se iuvare, ita ut non tribulet locum orphani, peregrini et viduae, pergit: Vae autem his, qui habent et cum dolo accipiunt aut qui possunt se iuvare et accipiunt; unusquisque vero de accipientibus dabit rationem Domino Deo in die iudicii, quare acceperit. Quae scribens auctor haud dubie iterum Doctrinam ante oculos habuit. — *ἐν συνοχῇ*] *εἰς φυλακήν* Matth. 5, 25; Luc. 12, 58. — *οὐκ ἐξελεύσεται κτλ.*] Matth. 5, 26.

6. *εἴρηται*] sc. in Scriptura. Cf. 16, 7. Quae sit Scriptura, quam auctor respexit, nescimus, cum de verbis Gen. 3, 19 non sit cogitandum. Dictum vero laudant Augustinus in Ps. 102 n. 12; Ps. 146 n. 17 (PL. 37, 1326. 1910), Gregorius M. Regula past. III, 20 (PL. 77, 84), Cassiodorus Expos. in Ps. 40 (PL. 70, 295), Bernardus Claravallensis Ep. 95 (PL. 182, 228), Petrus Comestor Hist. Deuteronomii c. 5 (PL. 198, 1251). — *μέχρις ἂν γνῷς τ. δ.*] His verbis auctor mandatum diminuit, quod supra verbis *παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου κτλ.* proposuerat. Attamen non plane sibi repugnat. Non distincte saltem dicit nonnullis forte eleemosynam non esse dandam. Praeterea verba cum alterius sint, non auctoris, non nimis urgenda sunt.

II, 1. Plurimi *δευτέραν ἐντολὴν τῆς διδαχῆς* de mandato secundo vel de mandato amoris proximi intellexerunt. Cum autem in parte praecedente non de mandato primo vel de mandato amoris Dei agatur, verba aliter explananda sunt. Auctor in

[redacted]

omnibus enim pater vult tribui ex suis donis. Beatus, qui dat secundum mandatum; innocens enim est. Vae ei, qui accipit; etenim si quis indigens quidem accipit, innocens erit; qui autem non indigens accipit, rationem reddet, quare acceperit et ad quid; in vinculis constitutus inquiretur de eis, quae fecit, neque *exibit inde, donec reddiderit novissimum quadrantem.* 6. Sed de hac re quoque dictum est: *Sudato eleemosyna tua in manibus tuis, donec cognoveris, cui des.*

II. Secundum autem mandatum doctrinae: 2. *Non occides, non adulterium facies,* pueros non corrumpes, non fornicaberis,

5 Matth. 5, 26. — 7 ? — 9 Matth. 19, 18.

hac parte non mandatum secundum explicare, sed potius aliud mandatum vel alia mandata ad sententias supra propositas explicandas exhibere vult; prosequitur, ut aliis verbis dicam, explicationem trium sententiarum, quam supra incepit, explicationi priori alteram adiciens. Explicationem autem illam non simpliciter continuat, sed aliam exhibet, respiciens Matth. 19, 16—19, ubi Dominus descriptionem viae vitae iisdem verbis incipit, adulescenti interroganti, quid boni faciat, ut habeat vitam aeternam vel ad vitam ingrediatur, respondens: Non homicidium facies, non adulterabis etc.

2. Mandata *οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις* et (v. 3) *οὐ ψευδομαρτυρήσεις,* Exod. 20, 13—16 aliter disposita, Deut. 5, 17—20 quidem eundem ordinem obtinent. Ex ratione autem in nota praecedente proposita et cum mandato *οὐ ψευδομαρτυρήσεις* non sint adiecta verba *κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ,* quae Deut. 5, 20 leguntur, auctor non Vetus Testamentum, sed Matth. 19, 18 respexisse putandus est. Animadvertendum est, quod etiam infra c. 3 et 5 catalogi peccatorum exhibentur et ubique homicidio primus, adulterio vel fornicationi secundus locus attribuitur. Similiter hic et c. 5 furtum et magia vel idololatria sibi succedunt, cum 3, 4 idololatria furto 3, 5 anteposita sit. — *οὐ μοιχεύσεις κτλ.*] Clemens Alex. hunc locum respexit Paedag. II, 10, 89 p. 223; III, 12, 89 p. 305; Protrept. 10, 108 p. 85; Strom. III, 4, 36 p. 527. — *οὐ παιδοφθορήσεις*] Mandatum in Decalogo non legitur, exstat autem aliis verbis expressum Lev. 18, 22; 20, 13. Cf. Rom. 1, 27; I Cor. 6, 9. Auctor hoc mandatum et sequens praecedenti addidit, ut praeter adulterium etiam alia peccata castitati adversantia interdiceret. — *οὐ πορνεύσεις*] Haec verba nec in Decalogo nec Matth. 19, 18 leguntur. Cum autem fornicatio gentilibus plurimis non illicitum esse videretur, mandatum iure ab auctore appositum est. Cf. Tob. 4, 12; I Cor. 6, 10; II Cor. 12, 21; Gal. 5, 19; Eph. 5, 3; Col. 3, 5; I Thess. 4, 3. —

μαγεύσεις, οὐ φαρμακεύσεις, οὐ φονεύσεις τέκνον ἐν φθορᾷ οὐδὲ γεννηθὲν ἀποκτενεῖς, *οὐκ ἐπιθυμήσεις τὰ τοῦ πλησίον*. 3. *οὐκ ἐπιορκήσεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις*, οὐ κακολογήσεις, οὐ μνησικακήσεις. 4. οὐκ ἔσῃ διγνώμων οὐδὲ δίγλωσσος· παγὶς γὰρ θανάτου ἡ διγλωσσία. 5. οὐκ ἔσται ὁ λόγος σου ψευδής, οὐ κενός, ἀλλὰ μεμεστωμένος πράξει. 6. οὐκ ἔσῃ πλεονέκτης οὐδὲ ἅρπαξ οὐδὲ ὑποκριτὴς οὐδὲ κακοήθης οὐδὲ ὑπερήφανος. οὐ λήψῃ βουλὴν πονηρὰν κατὰ τοῦ πλησίον σου. 7. οὐ μισήσεις πάντα ἄνθρωπον, ἀλλὰ οὓς μὲν ἐλέγξεις, [οὓς δὲ ἐλεήσεις], περὶ δὲ ὧν προσεύξῃ, οὓς δὲ ἀγαπήσεις ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου.

III. Τέκνον μου, φεῦγε ἀπὸ παντὸς πονηροῦ καὶ ἀπὸ παντὸς ὁμοίου αὐτοῦ. 2. μὴ γίνου ὀργίλος, ὁδηγεῖ γὰρ ἡ ὀργὴ πρὸς τὸν φόνον, μηδὲ ζηλωτὴς μηδὲ ἐριστικὸς μηδὲ θυμικός· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων φόνοι γεννῶνται. 3. τέκνον μου, μὴ γίνου ἐπιθυμητής, ὁδηγεῖ γὰρ ἡ ἐπιθυμία πρὸς τὴν πορνείαν, μηδὲ αἰσχρολόγος μηδὲ ὑψηλόφθαλμος· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων μοιχεῖαι γεννῶνται.

2 *γεννηθὲν* Barn Const : *γεννηθέντα* cod | 6 *ἀλλὰ μεμ. πράξει* > L | 7 *οὐδὲ ὑπερήφανος* > L | 9 *ἀλλὰ — προσεύξῃ* > L | *οὓς δὲ ἐλεήσεις* Can : > cod | 11 *τ. μου* : fili L | 12 *ὀργῖλος* cod | 14 *τέκνον — ἐπαοιδὸς μηδὲ* 10, 2 > L

μαγεύσεις] Cf. Act. 8, 9. 11; 13, 6. 8. — *φαρμακεύσεις*] Cf. Exod. 22, 18; Sap. 12, 4; Gal. 5, 20; Apoc. 9, 21; 18, 23; 21, 8; 22, 15. Vox cum veneficium tum incantationem seu artes magicas significat. Magia et praestigiae in V. T. praeter locum laudatum condemnantur Levit. 19, 26; 20, 6; Deut. 18, 11. 12. — *οὐ φον. τέκνον κτλ.*] Etiam hoc crimen apud gentiles usitatissimum erat vixque eis illicitum esse videbatur. — *γεννηθὲν ἀποκτ.*] Cf. Sap. 12, 5. — *οὐκ ἐπιθυμήσεις τ. τ. πλ.*] Hoc mandatum Matth. 19, 18 non legitur; ab auctore ex Exod. 20, 17 vel Deut. 5, 21 adiectum est et verba S. Scripturae abbreviata sunt.

3. *οὐκ ἐπιορκήσεις*] Verba exstant Matth. 5, 33; sententia Exod. 20, 7; Levit. 19, 12; Deut. 5, 11. Periurio 3, 7 blasphemia respondere videtur. — *κακολογήσεις*] Cf. Prov. 20, 20; Matth. 5, 22.

4. *δίγλωσσος*] Cf. Prov. 11, 13; Sirach 5, 9. 14; 6, 1; 28, 13. Vox *διγνώμων* in S. Scriptura non exstat. — *παγὶς . . θανάτου*] Habes haec verba Prov. 14, 27; 21, 6.

5. *μεμεστωμένος πράξει*] Christianus non solum dicere, sed etiam facere debet. Cf. Matth. 23, 3; Iac. 1, 22; I Ioann. 3, 18; I Clem. 38, 2; Ign. Eph. 15, 1. 2.

6. *πλεονέκτης . . . ἅρπαξ*] Utraque vox simul legitur I Cor. 5, 10. 11 et 6, 11. I Clem. 35, 5 *πλεονεξία, κακοήθεια, ὑπερηφανία* una nominantur.

7. *ἐλέγξεις*] Cf. 4, 3; 15, 3. — *οὓς δὲ ἐλεήσεις*] Cf. Iud. 23: *καὶ οὓς μὲν ἐλεεῖτε*. — *οὓς δὲ ἀγ. ὑπὲρ τ. ψυχήν*

non furaberis, non incantabis, venenum non miscebis, non interficies foetum in abortione neque interimes infantem natum, ***non concupisces quae sunt proximi tui.*** 3. ***Non periurabis, non falsum testimonium dabis,*** non maledices, iniuriae acceptae non recordaberis. 4. Non eris duplicis sententiae nec bilinguis; laqueus enim mortis lingua duplex. 5. Non erit sermo tuus mendax neque inanis, sed repletus opere. 6. Non eris avarus neque rapax neque hypocrita neque malignus neque superbus; non capies malum consilium adversus proximum tuum. 7. Non oderis quemquam, sed alios argues, [aliorum misereberis], pro aliis orabis, alios amabis plus quam animam tuam.

III. Fili mi, fuge omne malum et quodcunque ei simile est. 2. Ne fias iracundus, ducit enim ira ad caedem, neque vehemens neque litigiosus neque violentus; ex his omnibus enim caedes nascuntur. 3. Fili mi, ne fias concupiscens, ducit enim concupiscentia ad fornicationem, neque verbis turpibus utaris neque oculum extollas; ex his omnibus enim adulteria nascun-

2 Exod. 20, 17. — 2 Matth. 5, 33; 19, 18.

σου] Auctor igitur non vult, ut Christianus omnes homines plus diligat quam animam suam, sed partem tantum, scilicet fratres pios ac probos. Supra 1, 2, ubi de amore proximi in universum locutus est, verbis S.Scripturae usus est. Barnabas phrasin ἀγαπᾶν ὑπὲρ τὴν ψυχήν ter adhibuit, sc. 1, 4; 4, 6 et etiam 19, 5, ubi mandatum amoris proximi definivit. Locum illum Doctrinae respexit Sabinus in Gestis apud Zenophilum ed. Ziwsa (S. Optati libri VII 1893, append. I) p. 192, 4—7 Forti scribens, Silvanum eum coluisse secundum Dei voluntatem, qui dixit: *quosdam diligo super animam meam.*

III. Primus capituli versus mandatum generale continet. In versibus quinque sequentibus ita de peccatis gravioribus agitur, ut peccata indicentur, ex quibus ea proficiscuntur. Hi versus omnes in duas partes dividuntur, et pars prior semper verbis ὁδηγεῖ γὰρ vel ἐπειδὴ ὁδηγεῖ κτλ., pars posterior, in qua peccatis capitalibus bina vel terna peccata praemittuntur, verbis ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων κτλ. concluditur. Peccata graviora mandatis principalibus 2, 2—3 respondent. Barnabas totam partem vel versus 1—6 omisit.

1. φεῦγε κτλ.] Sententiam eademque fere verba, ut vidit Taylor, *The Teaching* p. 24, etiam Talmud (Babyl. Chullin 44 b) exhibet. — ἀπὸ π. ὁμοίου] Cf. I Thess. 5, 22.

2. μὴ γ. ὀργίλος] Cf. Prov. 22, 24. 25; 29, 22; Matth. 5, 22; Tit. 1, 7.

3. μὴ γ. ἐπιθυμητὴς κτλ.] Matth. 5, 28 Dominus dicit, omnem, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatum esse eam in corde suo.

4. τέκνον μου, μὴ γίνου οἰωνοσκόπος, ἐπειδὴ ὁδηγεῖ εἰς τὴν εἰδωλολατρίαν, μηδὲ ἐπαοιδὸς μηδὲ μαθηματικὸς μηδὲ περικαθαίρων, μηδὲ θέλε αὐτὰ βλέπειν μηδὲ ἀκούειν· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων εἰδωλολατρία γεννᾶται. 5. τέκνον μου, μὴ γίνου ψεύστης, ἐπειδὴ ὁδηγεῖ τὸ ψεῦσμα εἰς τὴν κλοπήν, μηδὲ φιλάργυρος μηδὲ κενόδοξος. ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων κλοπαὶ γεννῶνται. 6. τέκνον μου, μὴ γίνου γόγγυσος, ἐπειδὴ ὁδηγεῖ εἰς τὴν βλασφημίαν, μηδὲ αὐθάδης μηδὲ πονηρόφρων· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων βλασφημίαι γεννῶνται. 7. ἴσθι δὲ πραΰς, ἐπεὶ *οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν*. 8. γίνου μακρόθυμος καὶ ἐλεήμων καὶ ἄκακος καὶ ἡσύχιος καὶ ἀγαθὸς καὶ τρέμων τοὺς λόγους διὰ παντός, οὓς ἤκουσας. 9. οὐχ ὑψώσεις σεαυτὸν οὐδὲ δώσεις τῇ ψυχῇ σου θράσος. οὐ κολληθήσεται ἡ ψυχή σου μετὰ ὑψηλῶν, ἀλλὰ μετὰ δικαίων καὶ ταπεινῶν ἀναστραφήσῃ. 10. τὰ συμβαίνοντά σοι ἐνεργήματα ὡς ἀγαθὰ προσδέξῃ, εἰδώς, ὅτι ἄτερ θεοῦ οὐδὲν γίνεται.

IV. Τέκνον μου, τοῦ λαλοῦντός σοι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ μνησθήσῃ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, τιμήσεις δὲ αὐτὸν ὡς κύριον· ὅθεν γὰρ ἡ κυριότης λαλεῖται, ἐκεῖ κύριός ἐστιν. 2. ἐκζητήσεις δὲ

2 *περικαθαίρων* + quae res ducit ad vanam superstitionem L ex l. 1 sq. | 3 *μηδὲ ἀκούειν* L Can : > cod | 3 sq. *ἐκ γὰρ — γεννᾶται* > L | 4 *τέκνον μου* > L, item 6 et 16 | 9 *τὴν γῆν* : sanctam terram L | 10 *ἐλεήμων — ἀγαθός* : tui negotii bonus L | 12 *σεαυτὸν* + nec honorabis te apud homines L cf. Barn. 19, 3 | 16 *θεοῦ* : domini dei L

4. *οἰωνοσκόπος . . ἐπαοιδός*] Cf. Lev. 19, 26. 31; Deut. 18, 10. 11. In Testam. patriarch. IV, 59 Iudas dicit: *ἡ φιλαργυρία πρὸς εἴδωλα ὁδηγεῖ.*

5. Priorem huius versus partem laudat Clemens Al. Strom. I, 20, 100 p. 377 tanquam locum Scripturae. Scribit enim: *Οὗτος* (sc. qui ea, quae sunt barbarorum, sumpsit et tanquam sua praedicavit) *κλέπτης ὑπὸ τῆς γραφῆς εἴρηται· φησὶ γοῦν· υἱὲ μὴ γίνου ψεύστης, ὁδηγεῖ γὰρ τὸ ψεῦσμα πρὸς τὴν κλοπήν.*

neque vero eos disciplinam paracleti severam docet. Plerique textum codicis non mutaverunt, verba ποιῶν — ἐκκλησίας autem alii aliter explicuerunt. Bryennius, locum obscurum esse affirmans, hanc interpretationem velut probabiliorem exhibet: omnis propheta verax, congregans populum, ut ei ostendat opus symbolicum, quod ipse operatur ad consolationem et exhortationem fidelium, nec vero populum facere docet, quidquid ipse facit, non iudicabitur; eamque illustrat eis, quae Iesaias 20, 2—4 fecit vel a Deo facere iussus est. Harnack respiciens Eph. 5, 32, ubi Paulus de matrimonio dicit: *τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν,* atque reputans, ecclesiam a veteribus non solum sponsam, sed etiam carnem et sanctam carnem Christi appellari et inde colligi, membro ecclesiae velut membro carnis Christi matrimonium devitandum esse (?), quoniam cum Christo coniunctum sit (cf. II Clem. 14, 1—4; Ign. Polyc. 5, 2; Tert. De monog. c. 11), interpretatur: agens respectu mysterii terreni ecclesiae, scilicet matrimonio abstinens. Krawutzcky, *Theologische Quartalschrift* 1884 p. 581, locum de matrimonio, semel inito vel iterato, interpretatur, cum matrimonium una ex parte mundanum vel terrenum, altera ex parte mysterium ecclesiae sit. Hicks (cf. Schaff p. 203) explicat: congregans ecclesias, ut revelet, quae in mundo futura sunt, instar Agapi prophetae per spiritum famem magnam futuram in universo orbe terrarum significantis (Act. 11, 28), vel ut poenas denuntiet inimicis ecclesiae, quae prophetiae magistratus facile contra Christianos provocare poterant. Harris (p. 71—74) respiciens Iust. Dial. c. 94 et 134 atque Iren. Adv. haer. IV, 20, 12 locum interpretatur de actionibus prophetarum, quae ad statum huius mundi quidem spectant, respectu ecclesiae autem vel symbolice intellegenda sunt. Revera ita fere verba obscura explicanda sunt. — ἀρχαῖοι προφῆται] Hilgenfeld et Harnack censent, auctorem

ματι· δός μοι ἀργύρια ἢ ἕτερά τινα, οὐκ ἀκούσεσθε αὐτοῦ· ἐὰν δὲ περὶ ἄλλων ὑστερούντων εἴπῃ δοῦναι, μηδεὶς αὐτὸν κρινέτω.

XII. Πᾶς δὲ ὁ *ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου* δεχθήτω· ἔπειτα δὲ δοκιμάσαντες αὐτὸν γνώσεσθε, σύνεσιν γὰρ ἕξετε δεξιὰν καὶ ἀριστεράν. 2. εἰ μὲν παρόδιός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος, βοηθεῖτε αὐτῷ, ὅσον δύνασθε· οὐ μενεῖ δὲ πρὸς ὑμᾶς εἰ μὴ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἐὰν ᾖ ἀνάγκη. 3. εἰ δὲ θέλει πρὸς ὑμᾶς καθῆσθαι, τεχνίτης ὤν, ἐργαζέσθω καὶ φαγέτω. 4. εἰ δὲ οὐκ ἔχει τέχνην, κατὰ τὴν σύνεσιν ὑμῶν προνοήσατε, πῶς μὴ ἀργὸς μεθ' ὑμῶν ζήσεται Χριστιανός. 5. εἰ δ' οὐ θέλει οὕτω ποιεῖν, χριστέμπορός ἐστι· προσέχετε ἀπὸ τῶν τοιούτων.

XIII. Πᾶς δὲ προφήτης ἀληθινός, θέλων καθῆσθαι πρὸς ὑμᾶς, *ἄξιός* ἐστι *τῆς τροφῆς αὐτοῦ*. 2. ὡσαύτως διδάσκαλος ἀληθινός

7 *καθῆσθαι* cod, item l. 12: *καθῆσαι* Br, *καθίσαι* edd plures

hic generationem prophetarnm christianorum in mente habuisse, scilicet Agabum, Iudam, Silam, Philippi filias, Ammiam Philadelphensem, Quadratum, quos scriptor ignotus circa annum 192 apud Eusebium H. E. V, 17 recenset, et si Doctrina circa vel post saeculum II medium exorta est, de his cogitari potest. Sin autem scriptura ad finem saeculi I referenda est, verba potius de prophetis Veteris Testamenti interpretanda sunt.

12. *δός μοι κτλ.*] Dominus enim Matth. 10, 8 dixit: Gratis accepistis, gratis date. Cf. Act. 8, 18—20; Mich. 3, 11.

XII. Postquam auctor exposuit, quomodo apostoli et prophetae in ecclesiam vel ad fratres advenientes suscipiendi sint, docet, qua ratione reliqui advenae christiani accipiantur.

1. *δεχθήτω*] i. e. hospitaliter suscipiatur, et quidem, ut ex sequentibus patet, confestim et priusquam probatur. — *ἔπειτα κτλ.*] Sensus non est dubius. Quaeritur autem, num verba *δεξιὰν καὶ ἀριστεράν* construenda sint cum *γνώσεσθε*, ita ut verba *σύνεσιν γὰρ ἕξετε* in parenthesi ponenda sint, an cum *σύνεσιν*, ita ut locus vertendus sit: intellectum enim habebitis diiudicantem dexteram et sinistram. Illa constructio quidem minus dura est. Attamen haec praeferenda esse videtur. Constitutiones apost. VII, 28 post *ἕχετε* inserunt: *καὶ δύνασθε γνῶναι* sc. *δεξιὰν κτλ.* — *δεξιὰν κτλ.*] Cf. Ion. 4, 11; II Cor. 6, 7.

2. Teste Iustino Apol. I, 67 dona in ecclesia collecta etiam ad subveniendum advenientibus peregre hospitibus (*παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις*) adhibebantur. Cf. I Clem. 1, 2; Ign. Rom. 9, 3.

3. *ἐργαζέσθω κτλ.*] Cf. II Thess. 3, 10.

4. *μὴ ἀργός*] Animadverte, quantopere Doctrina otium condemnet atque officium laboris inculcet. — *Χριστιανός*] Haec vox hoc tantum Doctrinae loco exstat.

5. *χριστέμπορος*] Vox etiam ab Hippolyto In Ruth (Opp. edd. Bonwetsch et Achelis I, II 1897 p. 120), a Ps.-Ignatio Trall. 6, 2 et Magn.

Da mihi argentum et alia quaedam, ne eum audiatis; si vero dixerit, ut pro aliis indigentibus detur, nemo eum iudicet.

XII. Omnis, qui *venit in nomine domini*, suscipiatur; postea autem probantes eum cognoscetis, intellectum enim habebitis diiudicantem dexteram et sinistram. 2. Si quidem veniens transiens est, adiuvate eum, quantum potestis; non manebit autem apud vos nisi duos vel tres dies, si necessarium est. 3. Si vero apud vos considere vult et artifex est, laborato et edito. 4. Si non exercet artem, pro prudentia vestra curate, ne piger vobiscum vivat Christianus. 5. Si non vult ita facere, a Christo lucrum quaerit; attendite a talibus.

XIII. Omnis verus propheta, volens considere apud vos, *dignus est cibo suo*. 2. Similiter doctor verus et ipse *dignus*

3 Matth. 21, 9; Ps. 117, 26, cf. Ioann. 5, 43. — 13 Matth. 10, 10 cf. Luc. 10, 7; I Cor. 9, 13. 14; I Tim. 5, 17. 18.

9, 5, ab Athanasio, Basilio et Ioanne Chrysostomo adhibetur. De lucro e pietate quaerendo etiam I Tim. 6, 5 et II Clem. 20, 4 et Clem. I Virg. 13, 5 sermo fit. — *προσέχετε ἀπό*] Cf. 6, 3; Matth. 7, 15; 10, 17; 16, 6. 11. — *τῶν τοιούτων*] Cf. Barn. 10, 4.

XIII. Supra 11, 7—12 de propheta diiudicando auctor egit. Nunc prophetam verum ecclesiae sustentandum esse exponit.

2. *διδάσκαλος*] Similiter duobus aliis locis, quibus vox legitur, scilicet 15, 1. 2, doctores una cum prophetis commemorantur. Unde simile eos munus ac similem locum in ecclesiis habuisse apparet. Utrisque Christiani erudiendi et aedificandi erant. Cum autem prophetae in spiritu dicerent (11, 7), doctores simplici ac communi sermone utebantur. Ambo 15, 2 honorati Christianorum appellantur. Doctores autem cum semper post prophetas nominentur, ordinem paullo inferiorem his obtinuisse censendi sunt. Instar prophetarum denique doctores non in omnibus ecclesiis fuisse videntur. Ubi autem fuerunt, episcopis et diaconis, ut ex 15, 1—2 liquet, honore saltem praestabant. In S. Scriptura doctores commemorantur una cum apostolis ac prophetis I Cor. 12, 28. 29 et Eph. 4, 11 (ubi inter prophetas et doctores evangelistae ac pastores positi sunt); cum prophetis tantum Act. 13, 1. Paulus I Tim. 2, 7 et II Tim. 1, 11 doctorem gentium se nominat. Hebr. 13, 7 (cf. 17) idem lectores adhortatur, *μνημονεύειν τῶν ἡγουμένων, οἵτινες ἐλάλησαν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ.* Gal. 6, 6 *κατηχῶν τὸν λόγον* commemoratur. Iacobus 3, 1 monet: *μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, εἰδότες, ὅτι μεῖζον κρίμα ληψόμεθα.* Post sacros quoque scriptores doctorum saepe mentio fit. Doctorum celeberrimi fuerunt Clemens et Origenes Alexandrini, qui et catechumenis instituendis praefecti erant. Post hos doctores tanquam ordo in ecclesia specialis paullatim evanuerunt,

ἐστιν *ἄξιος καὶ αὐτὸς ὥσπερ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ·* 3. πᾶσαν οὖν ἀπαρχὴν γεννημάτων ληνοῦ καὶ ἅλωνος, βοῶν τε καὶ προβάτων λαβὼν δώσεις τὴν ἀπαρχὴν τοῖς προφήταις· αὐτοὶ γάρ εἰσιν οἱ ἀρχιερεῖς ὑμῶν. 4. ἐὰν δὲ μὴ ἔχητε προφήτην, δότε τοῖς πτωχοῖς. 5. ἐὰν σιτίαν ποιῇς, τὴν ἀπαρχὴν λαβὼν δὸς κατὰ τὴν ἐντολήν. 6. ὡσαύτως κεράμιον οἴνου ἢ ἐλαίου ἀνοίξας, τὴν ἀπαρχὴν λαβὼν δὸς τοῖς προφήταις· 7. ἀργυρίου δὲ καὶ ἱματισμοῦ καὶ παντὸς κτήματος λαβὼν τὴν ἀπαρχὴν ὡς ἂν σοι δόξῃ, δὸς κατὰ τὴν ἐντολήν.

XIV. Κατὰ κυριακὴν δὲ κυρίου συναχθέντες κλάσατε ἄρτον καὶ εὐχαριστήσατε, προεξομολογησάμενοι τὰ παραπτώματα ὑμῶν, ὅπως καθαρὰ ἡ θυσία ὑμῶν ᾖ. 2. πᾶς δὲ ἔχων τὴν ἀμφιβολίαν μετὰ τοῦ ἑταίρου αὐτοῦ μὴ συνελθέτω ὑμῖν, ἕως οὗ διαλλαγῶσιν, ἵνα μὴ κοινωθῇ ἡ θυσία ὑμῶν. 3. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ῥηθεῖσα ὑπὸ κυρίου· *Ἐν παντὶ τόπῳ* καὶ χρόνῳ *προσφέρειν μοι θυσίαν καθαράν· ὅτι βασιλεὺς μέγας εἰμί, λέγει κύριος, καὶ τὸ ὄνομά μου θαυμαστὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι.*

XV. Χειροτονήσατε οὖν ἑαυτοῖς ἐπισκόπους καὶ διακόνους

11 *προεξομολογησάμενοι* em : *προσεξομ.* cod | 12 *ὑμῶν* em : *ἡ ιῶν* cod | 13 *τὴν* cod : *τινὰ* fortasse

et munus docendi magis magisve per praepositos ecclesiae ipsos exercebantur. Cf. Vincent. Ler. Commonit. c. 40.

3. De lege V. T., qua Iudaei primitias sacerdotibus dare iubentur, cf. Exod. 22, 29; 23, 19; 34, 26; Num. 18, 12; Deut. 18, 3. 4; 26, 2; Ezech. 44, 30; Nehem. 10, 35—37. Hanc legem Doctrina Christianis quoque imponit, tacet autem de decimis, quae Iudaeis praeter primitias solvendae erant. Similiter Irenaeus Adv. haer. IV, 17, 5—18, 4 Christianis primitias offerendas esse Deo ex ipsius creaturis docet. — *αὐτοὶ γὰρ κτλ.*] His verbis auctor V. T. respicit. Christiani iubentur primitias dare prophetis, quia hi apud eos locum sacerdotum obtinent, sc. eundem locum, quem apud Iudaeos primitias solventes sacerdotes obtinebant. Similiter Didascalia et Constitutiones apostolorum II, 25 (Analecta Antenicaena ed. Bunsen 1854 II, 257 sq. 260).

4. Prophetae ergo non in omnibus ecclesiis erant.

5. *σιτίαν*] Cf. Num. 15, 20. 21. — *κατὰ τὴν ἐντολὴν*] Vox primo de mandato Mosis intellegenda est. Deinde etiam ad praeceptum Domini Matth. 10, 10 referri potest.

6. Cf. Nehem. 10, 37.

7. *ὡς ἂν σοι δόξῃ*] Haec verba fortasse adduntur, quia in hoc versu primitiae postulantur rerum, quarum in S. Scriptura non fit mentio.

XIV—XV. Postquam auctor in capitibus XI—XIII de apostolis vel praedicatoribus evangelii, de pro-

est sicut *operarius cibo suo.* 3. Omnes ergo primitias provenientes e torculari, area et bobus atque ovibus sumes, ac dabis primitias prophetis; ipsi enim sunt summi sacerdotes vestri. 4. Sin autem non habetis prophetam, date pauperibus. 5. Si panem facis, sume primitias et da secundum praeceptum. 6. Similiter si urceum vini vel olei aperis, sume primitias et da prophetis. 7. Argenti et vestimenti omnisque possessionis sume primitias, sicut tibi placet, et da secundum praeceptum.

XIV. Die dominica autem convenientes frangite panem et gratias agite, postquam delicta vestra confessi estis, ut sit mundum sacrificium vestrum. Omnis vero, cui est controversia cum amico suo, ne conveniat vobiscum, donec reconciliati sunt, ne inquinetur sacrificium vestrum. 3. Hoc enim est dictum a domino: *In omni loco* et tempore *offeratur mihi sacrificium mundum, quoniam rex magnus sum, dicit dominus, et nomen meum mirabile in gentibus.*

XV. Constituite igitur vobis episcopos et diaconos dignos

12/14 cf. Matth. 5, 23. 24; 15, 11—20. — 15 Malach. 1, 11. 14.

phetis fratribusque aliis peregre in ecclesiam aliquam advenientibus egit atque exposuit, quomodo Christiani cum illis se habeant, nunc ecclesiam ipsam respicit, primo de liturgia vel sacra congregatione, deinde de eligendis episcopis et diaconis, de fraterna correptione aliisque officiis pauca dicens.

XIV, 1. *κατὰ κυριακὴν κυρίου*] Cf. I Cor. 16, 2; Act. 20, 7; Apoc. 1, 10; Barn. 15, 9; Ign. Magn. 9, 1. — *κλάσατε ἄρτον*] Cf. Act. 2, 46; 20, 7. 11; I Cor. 10, 16. — *προεξομολογησάμενοι*] Christiani ergo in sacra congregatione peccata confiteri debebant. — *καθαρὰ ἡ θυσία*] Cf. Malach. 1, 11; Rom. 12, 1; I Petr. 2, 5; Phil. 2, 17; Hebr. 13, 15.

2. *πᾶς κτλ.*] Auctor verba Domini Matth. 5, 23. 24 de munere offerendo ac fratre reconciliando liberius reddit. — *μὴ κοινωθῇ κτλ.*] Cf. Matth. 15, 11—20; Marc. 7, 15—23; Hebr. 9, 13. Hunc versum allegat Ps.-Cyprianus De aleat. c. 4.

3. *ὑπὸ κυρίου*] Animadverte, quod Domino, i. e. secundum locutionem Doctrinae (cf. inscr. 6, 2; 8, 2; 9, 5; 10, 5; 12, 1 etc.) Iesu Christo dictum Veteris Testamenti attribuitur. Auctor igitur Ebionita aegre est habendus.

XV. Episcopi et diaconi eligendi sunt ecclesiarum singularum praepositi ac ministri. Quibus, ut vox *οὖν* capite ineunte indicat, praesertim cura liturgiae administrandae incumbit. Cum enim particula illa hoc caput arctissime cum praecedente coniunctum sit, sequitur, ministris, de quorum electione hic sermo est, praecipue munus capite illo commemoratum administrandum esse, sci-

ἀξίους τοῦ κυρίου, ἄνδρας πραεῖς καὶ ἀφιλαργύρους καὶ ἀληθεῖς καὶ δεδοκιμασμένους· ὑμῖν γὰρ λειτουργοῦσι καὶ αὐτοὶ τὴν λειτουργίαν τῶν προφητῶν καὶ διδασκάλων. 2. μὴ οὖν ὑπερίδητε αὐτούς· αὐτοὶ γάρ εἰσιν οἱ τετιμημένοι ὑμῶν μετὰ τῶν προφητῶν καὶ διδασκάλων. 3. Ἐλέγχετε δὲ ἀλλήλους μὴ ἐν ὀργῇ, ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ, ὡς ἔχετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· καὶ παντὶ ἀστοχοῦντι κατὰ τοῦ ἑτέρου μηδεὶς λαλείτω μηδὲ παρ' ὑμῶν ἀκουέτω, ἕως οὗ μετανοήσῃ. 4. τὰς δὲ εὐχὰς ὑμῶν καὶ τὰς ἐλεημοσύνας καὶ πάσας τὰς πράξεις οὕτω ποιήσατε, ὡς ἔχετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

XVI. *Γρηγορεῖτε* ὑπὲρ τῆς ζωῆς ὑμῶν· *οἱ λύχνοι ὑμῶν* μὴ σβεσθήτωσαν, *καὶ αἱ ὀσφύες ὑμῶν* μὴ ἐκλυέσθωσαν, ἀλλὰ *γίνεσθε ἕτοιμοι*· οὐ γὰρ *οἴδατε τὴν ὥραν, ἐν ᾗ ὁ κύριος ἡμῶν ἔρχεται*. 2. πυκνῶς δὲ συναχθήσεσθε ζητοῦντες τὰ ἀνήκοντα ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· οὐ γὰρ ὠφελήσει ὑμᾶς ὁ πᾶς χρόνος τῆς πίστεως ὑμῶν,

6 *ἑτέρου* cod : *ἑταίρου* con Harris | 7 *ἀκουέτω* cod : *ἀκουέσθω* fortasse | 10 *ὑμῶν* pr em : *ἡμῶν* cod

licet liturgiam eucharisticam. Doctrina igitur episcopis et diaconis idem munus attribuit, quod Clemens Romanus, qui I Cor. c. 42—44 eorum munus cum munere sacerdotum Veteris Testamenti comparat atque 44, 4 eos dona offerre (*προσενεγκόντας τὰ δῶρα*) distincte dicit.

1. *χειροτονήσατε*] Cf. Act. 14, 23; II Cor. 8, 19; Ign. Philad. 10, 1; Smyrn. 11, 2; Polyc. 7, 2. Vox hic designat electionem. Tempore posteriore denotat etiam consecrationem electi vel ordinis initiationem. Cf. Constit. apost. VI, 17; VIII, 27. 28. 46. — *ἑαυτοῖς*] i. e. singulis ecclesiis vel parochiis. — *ἐπίσκοποι καὶ διάκονοι*] eodem modo quo hic simul commemorantur Phil. 1, 1 et I Clem. 42, 4. 5. I Tim. 3, 2—13 Paulus virtutes exponit, quibus episcopos ac diaconos praeditos esse oportet. Act. 20, 17—28 et Tit. 1, 5—7 voces *πρεσβύτεροι* et *ἐπίσκοποι* promiscue adhibentur. — *πραεῖς καὶ ἀφιλαργύρους*] Paulus scribit I Tim. 3, 3: *δεῖ τὸν ἐπίσκοπον εἶναι μὴ πλήκτην, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον*, 3, 8: *διακόνους μὴ αἰσχροκερδεῖς*. Cf. Tit. 1, 7; Polycarp. 5, 2. — *δεδοκιμασμένους*] Cf. I Tim. 3, 10; I Clem. 42, 4; 44, 2. Non ergo eligendi sunt, qui virtutem sectari modo incipiebant vel neophyti (I Tim. 3, 6), sed viri spectati. — *ὑμῖν γὰρ λειτουργοῦσι κτλ.*] Auctor rationem profert, ob quam viri spectati ministri ecclesiarum eligendi sunt, atque episcopos et diaconos cum prophetis et doctoribus comparans aliud munus illis incumbens commemorat, munus docendi atque aedificandi ecclesiam, quod per hos praecipue exercebatur.

2. *μὴ οὖν ὑπηρίδητε κτλ.*] Respiciens c. 13 et Canon. apostolorum eccles. 12, 3 tibi persuaseris supplendum esse: in victu praebendo. Particula autem versus altera illi interpretationi minus favere videtur.

domino, viros mansuetos et argenti non cupidos et veraces et probatos; vobis enim ministrant et ipsi ministerium prophetarum et doctorum. 2. Ne igitur contemnatis eos; ipsi enim sunt honorati inter vos una cum prophetis et doctoribus.

3. Arguite autem vos invicem, non in ira, sed in aequanimitate, sicut habetis in evangelio; et si quis adversus alium deliquerit, nemo loquatur cum eo, neque apud vos audiat, donec paenitentiam egerit. 4. Orationes vestras et eleemosynas omnesque actiones ita facite, sicut habetis in evangelio domini nostri.

XVI. *Vigilate* pro vita vestra; *lucernae vestrae* ne deleantur, *neque lumbi vestri* solvantur, sed *parati estote; ignoratis* enim *horam, in qua dominus noster veniet.* 2. Crebro autem convenietis, quaerentes, quae spectant ad animas vestras; nihil enim proderit vobis omne tempus fidei vestrae, nisi in tempore

6 Matth. 5, 22—26; 18, 15—35. — 9 Matth. 6—7. — 10 Matth. 24, 42; Luc. 12, 35. — 11 Matth. 24, 44. — 12 Matth. 25, 13.

Christiani monentur, ne episcopos et diaconos contemnant, quia tum temporis in pluribus saltem ecclesiis viri erant, qui pluris aestimabantur, quippe qui essent charismatibus praediti ac doctrina et eloquentia conspicui, prophetae ac doctores. — οἱ τετιμημένοι ὑμῶν] Verba non satis perspicua sunt, cum auctor non distincte dixerit, a quo episcopi honorentur. Suppleri potest: a vobis (Christianis) vel: a Deo. Sensus est ergo: viri honorandi a vobis vel inter vos, aut: viri a Deo honorati inter vos. Illa interpretatio praeferenda esse videtur. Verbum τετιμημένοι hic locum vocis substantivae tenet. Cf. Prov. 3, 9.

3. ἐλέγχετε κτλ.] Cf. Sirach 10, 6; II Tim. 4, 2; Polyc. 6, 1. — ἀστοχοῦντι] Cf. I Tim. 1, 6; 6, 21; II Tim. 2, 18. Ut sensum loci recte intellegas neque auctorem severitatis nimiae accuses, verba praecedentia tibi non sunt neglegenda. Auctor ergo non vult, ut frater in fratrem delinquens confestim vitetur, sed potius primo arguatur. Itaque mandato Domini Matth. 18, 15—17 non contradicit, sed potius hunc locum respicere videtur.

4. π. τ. πράξεις] Cf. Col. 3, 17.

XVI. Auctor scripturam concludit, lectores adhortans, ut parati sint, quia finis prope ac Dominus brevi venturus sit. Summa capitis ex Evangelio secundum Matthaeum 24 hausta est.

1. ὀσφύες] Cf. Eph. 6, 14; I Petr. 1, 13. — ἐκλυέσθωσαν] Cf. Matth. 15, 32; Marc. 8, 3; Gal. 6, 9; Hebr. 12, 3. 5; Prov. 3, 11.

2. πυκνῶς δὲ συναχθήσεσθε] Verba etiam explicari possunt: crebri congregamini, similiter atque Ign. Eph. 13, 1; 20, 2. Hoc loco autem potius vertendum est: crebro convenite. Cf. Ign. Polyc. 4, 2; II Clem. 17, 3. — ζητοῦντες κτλ.] Similia leguntur Barn. 4, 1. 10; 17, 1. — οὐ γὰρ ὠφελήσει

ἐὰν μὴ ἐν τῷ ἐσχάτῳ καιρῷ τελειωθῆτε. 3. ἐν γὰρ ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις πληθυνθήσονται οἱ ψευδοπροφῆται καὶ οἱ φθορεῖς, καὶ στραφήσονται τὰ πρόβατα εἰς λύκους, καὶ ἡ ἀγάπη στραφήσεται εἰς μῖσος· 4. αὐξανούσης γὰρ τῆς ἀνομίας μισήσουσιν ἀλλήλους καὶ διώξουσι καὶ παραδώσουσι, καὶ τότε φανήσεται ὁ κοσμοπλανὴς ὡς υἱὸς θεοῦ καὶ ποιήσει *σημεῖα καὶ τέρατα*, καὶ ἡ γῆ παραδοθήσεται εἰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ποιήσει ἀθέμιτα, ἃ οὐδέποτε γέγονεν ἐξ αἰῶνος. 5. τότε ἥξει ἡ κτίσις τῶν ἀνθρώπων εἰς τὴν πύρωσιν τῆς δοκιμασίας, *καὶ σκανδαλισθήσονται πολλοὶ* καὶ ἀπολοῦνται, *οἱ δὲ ὑπομείναντες* ἐν τῇ πίστει αὐτῶν *σωθήσονται* ὑπ' αὐτοῦ τοῦ καταθέματος. 6. *καὶ τότε φανήσεται τὰ σημεῖα* τῆς ἀληθείας· πρῶτον σημεῖον ἐκπετάσεως ἐν οὐρανῷ, εἶτα σημεῖον *φωνῆς σάλπιγγος*, καὶ τὸ τρίτον ἀνάστασις νεκρῶν· 7. οὐ πάντων δέ, ἀλλ' ὡς ἐρρέθη· *Ἥξει ὁ κύριος καὶ πάντες οἱ ἅγιοι μετ' αὐτοῦ.* 8. *τότε ὄψεται* ὁ κόσμος τὸν κύριον *ἐρχόμενον ἐπάνω τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.*

8 *κτίσις* cod : con *κρίσις* Hilgenfeld, *πίστις* Harris | 10 *ὑπ'* cod : *ἀπ'* edd nonnulli

κτλ.] Barnabas 4, 9 eadem fere verba exhibet.

3. *ἐσχάταις ἡμέραις*] Cf. II Petr. 3, 2 sq. Iud. 17 sq. — *πληθυνθήσονται οἱ ψ.*] Cf. Matth. 24, 11. 12. 24. — *στραφήσονται κτλ.*] Sententiam exhibet Matthaeus 24, 10 his verbis: *καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοί, καὶ ἀλλήλους παραδώσουσιν καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους.* Vix dubium est, auctorem hunc locum mutasse ante oculos habentem Matth. 7, 15, ubi Dominus pseudoprophetas vestimentis ovium indutos, intrinsecus autem lupos rapaces esse dicit.

4. *αὐξανούσης κτλ.*] Cf. Matth. 24, 12. — *κοσμοπλανής*] Cf. Apoc. 12, 9: *ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην.* II Ioann. 7: *ὁ πλάνος καὶ ἀντίχριστος.* — *ὡς υἱὸς θεοῦ*] Cf. II Thess. 2, 4. Hoc modo de Antichristo loquens auctor se Christum filium Dei putasse prodit. — *γῆ παραδοθήσεται*] Cf. Apoc. 13, 7. — *ἀθέμιτα*] II Thess. 2, 4 legimus, Antichristum extolli supra Deum et in templo Dei sedere. — *ἃ οὐδέποτε κτλ.*] Cf. Matth. 24, 21.

5. *πύρωσιν τ. δ.*] Cf. Zach. 13, 8. 9; I Petr. 4, 12: *μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γενομένῃ.* Iustinus Apol. II, 7: *τὸ πῦρ τὸ τῆς κρίσεως* et *τὴν ἐκπύρωσιν* commemorat. Cf. Hipp. De Chr. et Antichr. c. 5; Bas. De spir. s. c. 15 n. 36. — *ὑπ' αὐτοῦ τοῦ καταθέματος*] Si lectio codicis servatur et praepositio *ὑπό* vertitur: a vel per, non sub, vox *κατάθεμα*, quae idem significat ac *καταναθεμα* vel *ἀνάθεμα* (cf. Zach. 14, 11; Apoc. 22, 3) ad Christum referenda est, et salvator illo nomine appellari potuit, quia eum anathematizabunt, qui in eo scandalizati fuerint, et teste Paulo

novissimo perfecti fueritis. 3. Namque in diebus novissimis multiplicabuntur falsi prophetae et corruptores, et convertentur oves in lupos, et caritas convertetur in odium. 4. Cum enim aucta fuerit iniquitas, odio se invicem habebunt et persequentur et prodent; ac tum apparebit orbis deceptor tanquam filius dei et faciet *signa et prodigia*, et terra tradetur in manus eius, et faciet iniqua, quae nunquam facta sunt a saeculis. 5. Tum veniet creatura hominum in ignem probationis, *et scandalizabuntur multi* atque peribunt; *qui vero perseveraverint* in fide sua, *salvabuntur* ab ipso maledicto. 6. *Tuncque apparebunt signa* veritatis; primum signum caeli aperti, deinde *signum tubae*, et tertium resurrectio mortuorum, 7. neque vero omnium, sed sicut dictum est: *Veniet dominus et omnes sancti cum eo.* 8. *Tunc videbit* mundus dominum *venientem supra nubes caeli.*

6 Matth. 24, 24, cf. II Thess. 2, 9; Apoc. 13, 2. 13. — 9 Matth. 24, 10. — 10 Matth. 10, 22; 24, 13. — 11 Matth. 24, 30. — 12 Matth. 24, 31, cf. I Cor. 15, 52; I Thess. 4, 16. — 14 Zach. 14, 5. — 15 Matth. 24, 30; 26, 64.

Gal. 3, 13 Christus non solum nos de maledicto legis redemit, sed etiam pro nobis quasi maledictum factus est, eodemque I Cor. 12, 3 referente nonnulli Iesu anathema dicebant. De sermone a peccatoribus Christo redeunte procedente cf. Apoc. 1, 7; Barn. 7, 9; II Clem. 17, 5. Qui pro ὑπ' ponunt ἀπ', κατάθεμα de Antechristo vel de maledicto ab eo proficiscente interpretantur. Cf. Harris p. 62—69.

6. σημεῖα τ. ἀληθείας] i. e. signa Christi ipsius, qui Ioann. 14, 6 se veritatem nominat, vel potius signa, quae probant ea vera esse, quae Christus de adventu suo secundo dixit. Tria signa Matth. 24, 30. 31 discerni possunt. Evangelista autem τὸ σημεῖον dicit. Tria signa etiam Orac. Sibyll. II, 188, sq. commemorantur, sed aliter definiuntur ac in Doctrina. — ἐκπετάσεως] Vox haud dubie a verbo ἐκπετάννυμι derivanda est ac denotat: explicatio, expansio, ita ut sensus sit: quando caelum Christo adveniente aperietur. Taylor et Harris (p. 74—77) supplentes τῶν χειρῶν locum de signo crucis expanso vel apparente in caelo interpretantur. Alii, inter quos est Bryennius, vocem a verbo ἐκπέτομαι vel ἐκπέταμαι (= avolo) derivantes et respicientes I Thess. 4, 17 locum de sanctis superstitibus interpretati sunt, qui Domino adveniente una cum eis qui resurrexerunt rapientur in nubibus obviam Christo in aëra. Alii pro ἐκπετάσεως legi volunt ἐπιφάσεως (= ἐπιφανείας) vel (respicientes Matth. 24, 29: οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, Marc. 13, 25) ἐκπτώσεως. — ἀνάστασις νεκρῶν] Cf. Matth. 24, 31; I Cor. 15, 52; I Thess. 4, 16.

ΒΑΡΝΑΒΑ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

I. Χαίρετε, υἱοὶ καὶ θυγατέρες, ἐν ὀνόματι κυρίου τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς, ἐν εἰρήνῃ.

2. Μεγάλων μὲν ὄντων καὶ πλουσίων τῶν τοῦ θεοῦ δικαιωμάτων εἰς ὑμᾶς, ὑπέρ τι καὶ καθ' ὑπερβολὴν ὑπερευφραίνομαι ἐπὶ τοῖς μακαρίοις καὶ ἐνδόξοις ὑμῶν πνεύμασιν· οὕτως ἔμφυτον τῆς δωρεᾶς πνευματικῆς χάριν εἰλήφατε. 3. διὸ καὶ μᾶλλον συγχαίρω ἐμαυτῷ ἐλπίζων σωθῆναι, ὅτι ἀληθῶς βλέπω ἐν ὑμῖν ἐκκεχυμένον ἀπὸ τοῦ πλουσίου τῆς πηγῆς κυρίου πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς. οὕτω με ἐξέπληξεν ἐπὶ ὑμῶν ἡ ἐμοὶ ἐπιποθήτη ὄψις ὑμῶν. 4. πεπεισμένος οὖν τοῦτο καὶ συνειδὼς ἐμαυτῷ, ὅτι ἐν ὑμῖν λαλήσας πολλὰ ἐπίσταμαι, ὅτι ἐμοὶ συνώδευσεν ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης κύριος, καὶ πάντως ἀναγκάζομαι κἀγὼ εἰς τοῦτο, ἀγαπᾶν ὑμᾶς ὑπὲρ τὴν ψυχήν μου, ὅτι μεγάλη πίστις καὶ ἀγάπη ἐγκατοικεῖ ἐν ὑμῖν *ἐπ' ἐλπίδι* ζωῆς αὐτοῦ. 5. λογισάμενος οὖν τοῦτο, ὅτι ἐὰν μελήσῃ μοι περὶ ὑμῶν τοῦ μέρος τι μεταδοῦναι ἀφ' οὗ ἔλαβον, ὅτι ἔσται

H = codex Hierosolymitanus, S = Sinaiticus, S* prima correctoris manus, S** manus correctoris altera, V = Vaticanus, L = versio latina vetus.

5 *ὑμᾶς* SL : *ἡμᾶς* H | *ὑπερβολὴν* S : *ὑπεροχὴν* H | 6 *ὑμῶν* : *ἡμῶν* H | *οὕτως* L : *ουτο* S, *οὗ τὸ* H | *τῆς* > H | 9 *πηγῆς* HL : *ἀγάπης* S | 10 *ἐμοὶ* H : > S | 10 *ἐπιποθήτη* S cf. I Clem. 65, 1 : *ἐπιπόθητος* H | 13 *ἀναγκάζομαι κ. εἰς τοῦτο* S : *εἰς τ. κ. ἀναγκ.* H | 14 *ἐπ'* H : > S

I, 1. Fere eandem salutationem exhibent Canones apostolorum ecclesiastici. Cf. Doctrina duodecim apostolorum ed. Funk 1887 p. 50. — *υἱοὶ κ. θυγ.*] sc. auctoris. Cf. I Cor. 4, 14. 15. 17; Gal. 4, 19. Harnack respiciens 1, 8; 4, 6; II Cor. 6, 18 supplet *τοῦ θεοῦ*.

2. *μέν*] Non sequitur *δέ*. Sed cf. v. 5. — *δικαιωμάτων*] Haec vox, quae in S. Scriptura saepissime, e. g. in Ps. 118 octies et vicies, in epistula nostra octies legitur, modo significat mandatum vel praeceptum (cf. Ps. 104, 45; 118, 5. 8. 112. Barn. 10, 2. 11; 16, 9; 21, 1. 5), modo, ut hic et

[redacted]

EPISTULA BARNABAE.

I. Avete, filii et filiae, in nomine domini, qui dilexit nos, in pace.

2. Quoniam magnae et divites sunt iustitiae, quas deus fecit vobis, plus quam de ulla re ac supra modum gaudeo de spiritibus vestris beatis et praeclaris. Sic enim gratiam doni spiritualis insitam accepistis. 3. Propter quod magis mihimet ipsi gratulor, sperans me salvari, cum revera videam in vobis effusum ex abundantia fontis domini spiritum super vos. Ita me obstupefecit propter vos aspectus vester mihi desideratissimus. 4. Persuasum igitur mihi habens mihique conscius, inter vos loquentem me multa scire, quoniam dominus in via iustitiae me comitatus est, atque omnino ad hoc etiam ego cogor, ut vos diligam plus quam animam meam; magna enim fides et caritas inhabitat in vobis *per spem vitae* illius. 5. Considerans ergo hoc, quod, si propter vos mea intersit, eorum quae accepi

8/9 cf. Tit. 3, 5 sq. — 14 Tit. 1, 2; 3, 7.

2, 1; 4, 11, sensum ampliorem habet denotatque decretum spectans ad salutem hominum. Vulgata vertit plerumque *iustificatio* vel *iustitia*. — *πνεύμασιν*] sc. lectorum; cf. v. 5. — *ἔμφυτον*] Cf. 9, 9; Sap. 12, 10; Iac. 1, 21. Latinus vertit *naturalem*.

3. *συγχαίρω*] Cf. Philipp. 2, 17. 18. — *τ. πλουσίου*] = *τ. πλούτου*. Barnabas respicit Tit. 3, 5—6: *πνεύματος ἁγίου οὗ ἐξέχειεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ 'Ιησοῦ κτλ.*

4. *καὶ πάντως*] Rationem alteram, ob quam lectores diligit, auctor dicere incipit, sc. *ὅτι μεγάλη πίστις κτλ.* Prima est, quia ipse magnos fructus percepit verbum Dei inter eos praedicans. — *κἀγώ*] sc. sicut alii. — *ὑπὲρ τ. ψυχήν*] Cf. 4, 6; 19, 5; Doctr. 2, 7.

5. Clem. Al. Strom. II, 6, 31 p. 445 ed. Potter (*ἀφ' οὗ κτλ.*). — Auctor postquam de gratia Dei et de virtutibus lectorum locutus est, tandem addit, se de fide aliqua disserturum esse, ut et illis et sibimet ipsi prosit. Cf. Rom. 1, 11—12. — *ὅτι*] Par-

μοι τοιούτοις πνεύμασιν ὑπηρετήσαντι εἰς μισθόν, ἐσπούδασα κατὰ μικρὸν ὑμῖν πέμπειν, ἵνα μετὰ τῆς πίστεως ὑμῶν τελείαν ἔχητε τὴν γνῶσιν. 6. τρία οὖν δόγματά ἐστιν κυρίου· *ζωῆς ἐλπὶς* ἀρχὴ καὶ τέλος πίστεως ἡμῶν, καὶ δικαιοσύνη κρίσεως ἀρχὴ καὶ τέλος, ἀγάπη εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως ἔργων δικαιοσύνης μαρτυρία. 7. ἐγνώρισεν γὰρ ἡμῖν ὁ δεσπότης διὰ τῶν προφητῶν τὰ παρεληλυθότα καὶ τὰ ἐνεστῶτα, καὶ τῶν μελλόντων δοὺς ἀπαρχὰς ἡμῖν γεύσεως. ὧν τὰ καθ' ἕκαστα βλέποντες ἐνεργούμενα, καθὼς ἐλάλησεν, ὀφείλομεν πλουσιώτερον καὶ ὑψηλότερον προσάγειν τῷ φόβῳ αὐτοῦ. 8. ἐγὼ δὲ οὐχ ὡς διδάσκαλος, ἀλλ' ὡς εἷς ἐξ ὑμῶν ὑποδείξω ὀλίγα, δι' ὧν ἐν τοῖς παροῦσιν εὐφρανθήσεσθε.

II. Ἡμερῶν οὖν οὐσῶν πονηρῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐνεργοῦντος ἔχοντος τὴν ἐξουσίαν, ὀφείλομεν ἑαυτοῖς προσέχοντες ἐκζητεῖν τὰ δικαιώματα κυρίου. 2. τῆς οὖν πίστεως ἡμῶν εἰσὶν βοηθοὶ φόβος καὶ ὑπομονή, τὰ δὲ συμμαχοῦντα ἡμῖν μακροθυμία καὶ ἐγκράτεια· 3. τούτων οὖν μενόντων τὰ πρὸς κύριον ἁγνῶς, συνευφραίνονται αὐτοῖς σοφία, σύνεσις, ἐπιστήμη, γνῶσις. 4. πεφανέρωκεν γὰρ ἡμῖν διὰ πάντων τῶν προφητῶν, ὅτι οὔτε θυσιῶν οὔτε ὁλοκαυτωμάτων οὔτε προσφορῶν χρήζει, λέγων ὁτὲ μέν· 5. *Τί μοι πλη-*

3 *ζωῆς* HL : *ζωη* S | *ἐλπὶς ἀ. κ. τ. π. ἡμῶν* H : *πιστις ελπις· αρχη και τελος ημων* S | 5 *ευφροσυνη* S | *δικαιοσυνης* em : *δικαιοσύνη* H, *εν δικαιοσυναις* S | 6 *ἡμῖν* S : *ὑμῖν* H | 10 *φόβῳ* SH : *βωμῷ* L | 11 *εὐφρανθήσεσθε* SL : *-θησόμεθα* H | 12 *οὖν* SL : > H | 15 *καὶ* pr Clem L : > SH | 16 *οὖν* H Clem : > SL

ticula repetitur. — *τελείαν τ. γνῶσιν*] Cf. 13, 7; I Clem. 1, 2. *Γνῶσις* auctori est profundior cognitio oeconomiae et mandatorum veteris testamenti. Cf. 6, 9; 9, 8; 10, 1—12.

6. *τρία δόγματα*] Barnabas huic numero studet; quater eum repetit, sc. 9, 7; 10, 1. 9. 10, et dogmata appellat sententias vel praecepta, in quibus sensus aliquis arcanus inest; dogmata autem tria, quae profert, denotant: spe vitae homines ad fidem pervenire et in fide perseverare, iustitiam operantes in iudicio probari, opera in caritate cum hilaritate ac laetitia facientes habere testimonium iustitiae. Virtutes illas Barnabas iam 1, 4 commemoravit, ac deinde saepe de eis agit, ut index vocabulorum docet. — *ζωῆς ἐλπὶς κτλ.*] Ignatius Eph. 14, 1 fidem principium et caritatem finem vitae appellat. — *δικαιοσύνη κτλ.*] Cf. Ps. 7, 9; 9, 9; Prov. 10, 2; 11, 6; 16, 5: *ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς τὸ ποιεῖν τὰ δίκαια.* — *ἀγάπη κτλ.*] Rom. 13, 10: *πλήρωμα νόμου ἡ ἀγάπη*, Ies. 32, 17: *τὰ ἔργα τῆς δικαιοσύνης εἰρήνη.* — *εὐφρ. καὶ ἀγαλλιάσεως*] Hae voces in S. Scriptura saepissime una adbibentur, cf. Ps. 44, 16; 50, 10; 67, 4; 99, 2; Ies. 22, 13; 35, 10; 51, 11.

[redacted]

partem aliquam communicare vobis, mihi mercedi erit, quippe qui talibus spiritibus ministraverim, studui breviter vobis scribere, ut cum fide vestra perfectam habeatis cognitionem. 6. Tria igitur dogmata sunt domini: *vitae spes* initium et finis fidei nostrae; et iustitia iudicii initium et finis; caritas in hilaritate et laetitia operum iustitiae testimonium. 7. Cognita enim fecit nobis dominus per prophetas praeterita et praesentia, et futurorum primitias gustandi potestatem nobis dedit. Quae in suo quaeque ordine evenire videntes, sicut locutus est, divitiores et altiores accedere debemus ad eius timorem. 8. Ego autem non ut magister, sed ut unus ex vobis ostendam pauca, per quae in praesentibus hilares sitis.

II. Cum dies igitur mali sint et operans ipse potestatem habeat, nobismet ipsis animum attendentes disquirere debemus iustificationes domini. 2. Fidei nostrae ergo adiutores sunt timor et patientia; quae autem nobis opem ferunt, sunt longanimitas et continentia. 3. Quae dum in iis, quae ad dominum spectant, caste manent, una cum iis laetantur sapientia, intellectus, scientia, cognitio. 4. Adaperuit enim nobis per omnes prophetas, neque sacrificiis neque holocaustis neque oblationibus sibi opus esse, aliquando dicens: 5. *Quo mihi multitudinem*

3 Tit. 1, 2; 3, 7. — 19 Ies. 1, 11—13.

7. *τὰ παρεληλυθότα κτλ.*] Cf. 5, 3; 17, 2; Ies. 42, 9; Iust. Apol. I, 52; Theoph. Ad Autol. I, 14; II, 9. 33; Iren. Adv. haer. IV, 33, 1; Tert. Apol. 20; Hippol. De Chr. et Antichr. 2. — *πλουσιώτερον κ. ὑψηλ.*] Haec verba de ampliore et altiore cognitione intellegenda sunt, quam auctor lectoribus praebere vult. Cf. 1, 2. 3; 9, 7; 19, 2. — *προσάγειν*] Intransitive cf. 2, 9; Act. 27, 27; Ios. 3, 9.

8. *οὐχ ὡς κτλ.*] Cf. 4, 6. 9. Auctor non ut doctor loqui vult, quamquam doctor fuit. — *ἐν τ. παροῦσιν*] i. e. in rebus adhuc tam adversis. Cf. 2, 1; 8, 6. — *εὐφρανθήσεσθε*] Cf. Phil. 1, 25; 3, 1; 4, 4; I Ioann. 1, 4.

II, 1. *ἡμερῶν πονηρῶν*] Cf. Eph. 5, 16. — *κ. αὐτοῦ τ. ἐνεργοῦντος* (i. e. diabolus) *ἔχ. τ. ἐξ.*] Eadem verba leguntur Bab. Kam. 60a, ut vidit Güdemann, *Religionsgeschichtl. Studien* 1876 p. 128. Cf. Eph. 2, 2; II Thess. 2, 9. 11.

2—3. Clem. Al. Strom. II, 6, 31 p. 445.

3. *τὰ πρὸς κύριον*] potius cum Clemente Al. ad *μενόντων* quam ad *συνευφραίνονται* referenda sunt. Auctor illas quoque virtutes poscit, quia scientia sola inflat. Cf. I Cor. 8, 1; II Petr. 1, 5. 6.

4. Incipit disquisitio *τῶν δικαιωμάτων κυρίου*, cf. 2, 1.

5. Verba Iesaiae veteres saepe

θος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει κύριος. πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων, καὶ στέαρ ἀρνῶν καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησεν ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν μου τὴν αὐλὴν οὐ προσθήσεσθε. ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον· θυμίαμα βδέλυγμά μοί ἐστιν· τὰς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα οὐκ ἀνέχομαι. 6. ταῦτα οὖν κατήργησεν, ἵνα ὁ καινὸς νόμος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἄνευ ζυγοῦ ἀνάγκης ὤν, μὴ ἀνθρωποποίητον ἔχῃ τὴν προσφοράν. 7. λέγει δὲ πάλιν πρὸς αὐτούς· *Μὴ ἐγὼ ἐνετειλάμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν ἐκπορευομένοις ἐκ γῆς Αἰγύπτου, προσενέγκαι μοι ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας;* 8. *ἀλλ' ἢ τοῦτο ἐνετειλάμην αὐτοῖς· ἕκαστος ὑμῶν κατὰ τοῦ πλησίον ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτοῦ κακίαν μὴ μνησικακείτω, καὶ ὅρκον ψευδῆ μὴ ἀγαπᾶτε.* 9. αἰσθάνεσθαι οὖν ὀφείλομεν, μὴ ὄντες ἀσύνετοι, τὴν γνώμην τῆς ἀγαθωσύνης τοῦ πατρὸς ἡμῶν, ὅτι ἡμῖν λέγει, θέλων ἡμᾶς μὴ ὁμοίως πλανωμένους ἐκείνοις ζητεῖν, πῶς προσάγωμεν αὐτῷ. 10. ἡμῖν οὖν οὕτως λέγει· *Θυσία τῷ κυρίῳ καρδία συντετριμμένη, ὀσμὴ εὐωδίας τῷ κυρίῳ καρδία δοξάζουσα τὸν πεπλακότα αὐτήν.* ἀκριβεύεσθαι οὖν ὀφείλομεν, ἀδελφοί, περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ἵνα μὴ ὁ πονηρὸς παρείσδυσιν πλάνης ποιήσας ἐν ἡμῖν ἐκσφενδονήσῃ ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ζωῆς ἡμῶν.

III. Λέγει οὖν πάλιν περὶ τούτων πρὸς αὐτούς· *Ἱνατί μοι νηστεύετε, λέγει κύριος, ὡς σήμερον ἀκουσθῆναι ἐν κραυγῇ τὴν φωνὴν ὑμῶν; οὐ ταύτην τὴν νηστείαν ἐγὼ ἐξελεξάμην, λέγει κύριος, οὐκ ἄνθρωπον ταπεινοῦντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ,* 2. *οὐδ' ἂν κάμψητε ὡς κρίκον τὸν τράχηλον ὑμῶν καὶ σάκκον*

1 *ὁλοκαυτωμάτων* S : + *κριῶν* HL LXX | 5 *ἐὰν* HL : *ουδε εαν* S 8 *ἄνευ* S : *ἄτερ* H | 9 *προσφορὰν* SL : *συμφορὰν* H | 13 *ἑαυτοῦ* S : *αὐτοῦ* H LXX | 14 *οὖν* SL : > H | 17 *κυρίῳ* HL : *θω̅* S | 19 *οὖν* SL : > H | 23 *ἐν* HL : > S | 24 sq. *λέγει κύριος οὐκ ἄνθρ. ταπεινοῦντα* SL : *ἡμέραν ἄνθρωπον ταπεινοῦντα* H LXX | 25 *οὐδ' ἂν* S Iust. Dial. c. 15 Clem. Al. Paed. III, 12, 90 p. 305: *οὐδὲ ἐὰν* H

laudant, Iust. Apol. I, 37; Clem. Al. Paedag. III, 12, 90 p. 305; Tert. De idol. c. 14; Adv. Marc. I, 20. II, 18. 19. 22 etc.

6. *κατήργησεν*] Cf. Eph. 2, 15; Rom. 3, 31. — *ἄνευ ζ. ἀνάγκης*] Cf. Gal. 5, 1. Act. 15, 10, ubi veteri testamento hominibus iugum servitutis imponenti opponitur novum, quod Iacobus 1, 25 legem perfectam libertatis vocat. — *μὴ ἀνθρωποποίητον*] i. e. sacrificium ne in rebus exter-

sacrificiorum vestrorum? dicit dominus. Plenus sum holocaustis et adipem agnorum et sanguinem taurorum et hircorum nolo, nec si veniatis, ut a me videamini. Quis enim quaesivit haec de manibus vestris? Aulam meam ultra non calcabitis. Si obtuleritis similaginem, vanum; incensum abominatio mihi est; numenias vestras et sabbata non sustineo. 6. Haec igitur abrogavit, ut nova lex domini nostri Iesu Christi, quae sine iugo necessitatis est, oblationem habeat non factam ab hominibus. 7. Dicit autem illis iterum: *Numquid ego mandavi patribus vestris, cum exierunt e terra Aegypti, ut mihi offerant holocausta et sacrificia?* 8. *Sed hoc praecepi iis: Unusquisque vestri adversus proximum suum ne malum cogitet in corde suo, et iuramentum mendax ne diligatis.* 9. Intellegere ergo debemus, cum non insipientes simus, sensum bonitatis patris nostri; loquitur enim nobis, nolens nos similiter illis errantes quaerere, quomodo accedamus ad ipsum. 10. Nobis igitur sic dicit: *Sacrificium domino cor contritum, odor suavitatis domino cor glorificans eum, qui plasmavit ipsum.* Accurate ergo, fratres, inquirere debemus de salute nostra, ne seducturus nos nequam irrepat in nos et nos eiciat a vita nostra.

III. Dicit ergo illis iterum de his rebus: *Quo ieiunatis mihi, dicit dominus, ut hodie audiatur vox vestra in clamore? Non tale ieiunium ego elegi, dicit dominus, non hominem animam suam humiliantem,* 2. *neque si flexeritis quasi circulum collum vestrum et saccum indueritis et cinerem stra-*

9 Ier. 7, 22. 23. — 12 Zach. 8, 17. — 17 Ps. 50, 19. — 22 Ies. 58, 4. 5.

nis versetur nec manibus hominum paretur vel offeratur, sed spirituale sit et in virtutibus consistat, ut in versibus sequentibus exponitur.

9. πλανωμένους] i. e. praecepta Dei male intellegentes ac praesertim sacrificia offerentes. — ἐκείνοις] sc. Iudaeis, ut infra 3, 6; 4, 6; 8, 7; 9, 6 etc.

10. ὀσμὴ κτλ.] Haec verba in S. Scriptura desunt, laudantur autem etiam ab Irenaeo Adv. haer. IV, 17, 2 et a Clem. Al. Paed. III, 12, 90 p. 306; Strom. II, 18, 79 p. 470. Nota marginali codicis H verba referuntur ad Apocalypsin Adae, quae vero deperdita est. Irenaeus et Clemens fortasse Barnabae debent. Latinus verbis apocryphis suppressis versum psalmi totum proposuit. — ὀσμὴ εὐ.] Eph. 5, 2; Phil. 4, 18; Gen. 8, 21; Num. 29, 2. 8. 11. 13 etc. — ὁ πονηρός] i. e. Satanas.

ἐνδύσησθε καὶ σποδὸν ὑποστρώσητε, οὐδ' οὕτως καλέσετε νηστείαν δεκτήν. 3. πρὸς ἡμᾶς δὲ λέγει· *Ἰδοὺ αὕτη ἡ νηστεία, ἣν ἐγὼ ἐξελεξάμην, λέγει κύριος· λύε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει καὶ πᾶσαν ἄδικον συγγραφὴν διάσπα. διάθρυπτε πεινῶσιν τὸν ἄρτον σου, καὶ γυμνὸν ἐὰν ἴδῃς περίβαλε· ἀστέγους εἴσαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ἐὰν ἴδῃς ταπεινόν, οὐχ ὑπερόψῃ αὐτόν, οὐδὲ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου.* 4. *τότε ῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἱμάτιά σου ταχέως ἀνατελεῖ, καὶ προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ δόξα τοῦ θεοῦ περιστελεῖ σε.* 5. *τότε βοήσεις, καὶ ὁ θεὸς ἐπακούσεταί σου, ἔτι λαλοῦντός σου ἐρεῖ· Ἰδοὺ πάρειμι· ἐὰν ἀφέλῃς ἀπὸ σοῦ σύνδεσμον καὶ χειροτονίαν καὶ ῥῆμα γογγυσμοῦ, καὶ δῷς πεινῶντι τὸν ἄρτον σου ἐκ ψυχῆς σου καὶ ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐλεήσῃς.* 6. εἰς τοῦτο οὖν, ἀδελφοί, ὁ μακρόθυμος προβλέψας, ὡς ἐν ἀκεραιοσύνῃ πιστεύσει ὁ λαός, ὃν ἡτοίμασεν ἐν τῷ ἠγαπημένῳ αὐτοῦ, προεφανέρωσεν ἡμῖν περὶ πάντων, ἵνα μὴ προσρησσώμεθα ὡς ἐπήλυτοι τῷ ἐκείνων νόμῳ.

IV. Δεῖ οὖν ἡμᾶς περὶ τῶν ἐνεστώτων ἐπιπολὺ ἐρευνῶντας ἐκζητεῖν τὰ δυνάμενα ἡμᾶς σώζειν. φύγωμεν οὖν τελείως ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων τῆς ἀνομίας, μήποτε καταλάβῃ ἡμᾶς τὰ ἔργα τῆς ἀνομίας· καὶ μισήσωμεν τὴν πλάνην τοῦ νῦν καιροῦ, ἵνα εἰς τὸν μέλλοντα ἀγαπηθῶμεν. 2. μὴ δῶμεν τῇ ἑαυτῶν ψυχῇ ἄνεσιν, ὥστε ἔχειν αὐτὴν ἐξουσίαν μετὰ ἁμαρτωλῶν καὶ πονηρῶν συντρέχειν, μήποτε ὁμοιωθῶμεν αὐτοῖς. 3. τὸ τέλειον σκάνδαλον ἤγγι-

1 *ἐνδύσησθε* HL : > S LXX | *καὶ σποδὸν ὑποστρ.*> H | 3 *κύριος* H cf. L Clem. l. c. : + *ουκ ανθρωπον ταπεινουντα την ψυχην αυτου αλλα* S cf. III, 1 | *πάντα* H : *παν* S | 10 *ἱμάτια* SHL, Iust. Dial. c. 15, Tert. De resurr. c. 27, Cypr. Testim. III, 1, De op. et eleem. c. 4 etc.: *ἰάματα* LXX S** | *πορεύσεται* H | 11 *δικαιοσύνη* SL : + *σου* H LXX | 12 *βοήσεις* S : *βοήσῃ* H LXX | *ἐπακούσεται* S : *εἰσακ.* H LXX | 15 *ἐλεήσῃς* S (*ελαιησεις*) : *ἐμπλήσῃς* H LXX | 17 *ἐν* S : >HL | *προεφαν.* HL : + *γὰρ* S | 18 *ἐπήλυτοι* S (*επιλυτοι* cf. Epiph. H. 66 c. 7): *προσήλυτοι* HL | 20 *ἐπιπολὺ* S : *πολὺ* H | 25 *αὐτὴν* S : *τὴν* H

III, 5 *χειροτονίαν*] sc. ad dandum falsum testimonium vel ad irridendum et decipiendum.

6. *ἐν ἀκεραιοσύνῃ*] i. e. legis iudaicae opera non admiscendo (Harnack). Auctor de fide in cognitione

[redacted]

veritis, neque sic vocabitis ieiunium acceptum. 3. Nobis autem dicit: *Ecce hoc ieiunium, quod ego elegi, dicit dominus: solve omne vinculum iniustitiae, dissolve obligationes contractuum violentorum, dimitte fractos in remissione et omnem syngrapham iniquam discerpe. Frange esurientibus panem tuum et cum nudum videris, operi eum; eos, qui sine tecto sunt, induc in domum tuam et cum videris humilem, ne despexeris eum neque avertas te ab iis, qui ex tuo semine sunt.* 4. *Tunc erumpet matutinum lumen tuum, et vestimenta tua cito orientur, et praeibit ante te iustitia et gloria dei circumdabit te;* 5. *Tunc clamabis, et deus exaudiet te, adhuc te loquente dicet: Ecce adsum; si abstuleris a te colligationem et manuum porrectionem et verbum murmurationis, et dederis esurienti panem tuum ex animo tuo et animae humiliatae miserearis.* 6. Ad hoc igitur, fratres, deus longanimis providit, quomodo in simplicitate crediturus esset populus, quem paravit in dilecto suo, et nos de omnibus praemonuit, ne affligeremur tanquam advenientes ad illorum legem.

IV. Itaque oportet nos de praesentibus plurimum scrutantes exquirere, quae nos possint salvare. Fugiamus ergo plane ab omnibus operibus iniquitatis, ne opera iniquitatis nos deprehendant, et odio habeamus errorem huius temporis, ut in futuro diligamur. 2. Ne demus animae nostrae spatium, ut potestatem habeat discurrendi cum peccatoribus et improbis, ne quando illis similes fiamus. 3. Perfectum scandalum appro-

2 Ies. 58, 6—10.

perfecta loquitur et sensum allegoriae altiorem appellat simplicem. Cf. 6, 5; 8, 2; Müller ad h. l. — *ἠγαπημένῳ*] i. e. Christo. Cf. 4, 3. 8. Eph. 1, 6.

IV, 1. *ἐνεστώτων*] Cf. 1, 8; 2, 1. — *φύγωμεν κτλ.*] Cf. II Clem. 10, 1. — *ὁ νῦν καιρός*] ut sequens *ὁ μέλλων* indicat, idem significat, quod in N. T. *ὁ κόσμος οὗτος* (Ioann. 16, 11), *ὁ ἐνεστὼς αἰών* (Gal. 1, 4), *ὁ αἰὼν οὗτος* (I Cor. 2, 6. Eph. 1, 21), *ὁ αἰὼν τοῦ κόσμου τούτου* (Eph. 2, 2) etc. i. e. tempus, quo in hac carne ambulamus, vel tempus ab Adam usque ad reditum Christi. *Πλάνη τοῦ ν. κ.* est igitur idem ac opus iniquitatis, nequitia quaecunque. Cf. 18, 2. — *ἀγαπηθῶμεν*] i. e. salvi fiamus. Cf. 4, 14; 21, 6.

3. *τὸ τ. σκάνδαλον*] Verba quidem ipsa in libro Henochi desiderantur. Sed auctor fortasse respicit 89, 61—64 et 90, 17. Henochus enim Bar-

κεν, περὶ οὗ γέγραπται, ὡς Ἑνὼχ λέγει. εἰς τοῦτο γὰρ ὁ δεσπότης συντέτμηκεν τοὺς καιροὺς καὶ τὰς ἡμέρας, ἵνα ταχύνῃ ὁ ἠγαπημένος αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὴν κληρονομίαν ἥξῃ. 4. λέγει δὲ οὕτως καὶ ὁ προφήτης· *Βασιλεῖαι δέκα ἐπὶ τῆς γῆς βασιλεύσουσιν, καὶ ἐξαναστήσεται ὄπισθεν μικρὸς βασιλεύς, ὃς ταπεινώσει τρεῖς ὑφ' ἓν τῶν βασιλέων.* 5. ὁμοίως περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγει Δανιήλ· *Καὶ εἶδον τὸ τέταρτον θηρίον τὸ πονηρὸν καὶ ἰσχυρὸν καὶ χαλεπώτερον παρὰ πάντα τὰ θηρία τῆς θαλάσσης, καὶ ὡς ἐξ αὐτοῦ ἀνέτειλεν δέκα κέρατα, καὶ ἐξ αὐτῶν μικρὸν κέρας παραφυάδιον, καὶ ὡς ἐταπείνωσεν ὑφ' ἓν τρία τῶν μεγάλων κεράτων.* 6. συνιέναι οὖν ὀφείλετε. ἔτι δὲ καὶ τοῦτο ἐρωτῶ ὑμᾶς ὡς εἷς ἐξ ὑμῶν ὤν, ἰδίως δὲ καὶ πάντας ἀγαπῶν ὑπὲρ τὴν ψυχήν μου, προσέχειν νῦν ἑαυτοῖς καὶ μὴ ὁμοιοῦσθαί τισιν ἐπισωρεύοντας ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν λέγοντας, ὅτι ἡ διαθήκη ἐκείνων καὶ ἡμῶν. 7. ἡμῶν μέν· ἀλλ' ἐκεῖνοι οὕτως εἰς τέλος ἀπώλεσαν αὐτὴν λαβόντος ἤδη τοῦ Μωϋσέως. λέγει γὰρ ἡ γραφή· *Καὶ ἦν Μωϋσῆς ἐν τῷ ὄρει νηστεύων ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα καὶ ἔλαβεν τὴν διαθήκην ἀπὸ τοῦ κυρίου, πλάκας λιθίνας γεγραμμένας τῷ δακτύλῳ τῆς χειρὸς τοῦ κυρίου.* 8. ἀλλὰ ἐπιστραφέντες ἐπὶ τὰ εἴδωλα ἀπώλεσαν αὐτήν. λέγει γὰρ οὕτως κύριος· *Μωϋσῆ Μωϋσῆ, κατάβηθι τὸ τάχος, ὅτι ἠνόμησεν ὁ λαός σου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου.* καὶ συνῆκεν Μωϋσῆς καὶ ἔριψεν τὰς δύο πλάκας ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ· καὶ συνετρίβη αὐτῶν ἡ διαθήκη, ἵνα ἡ τοῦ ἠγαπημένου Ἰησοῦ ἐγκατασφραγισθῇ εἰς τὴν καρδίαν ἡμῶν ἐν

1 *Ἑνὼχ* SH : Daniel L | 4 *βασιλεῖαι* SL : *βασλεῖς* H LXX | 5 *ὄπισθεν* HL : + *αυτων* S LXX | 7 *εἶδον* SL : *εἶδε* H | *τὸ* sec> S | 8 *θαλάσσης* HL : *γης* S | 11 *δὲ* S : > HL | 13 *νῦν* S : > HL | 14 *επισωρευοντες* S | 14 sq. *ἐκείνων καὶ ἡμῶν. ἡμῶν μὲν* L (illorum et nostrum est; nostrum est autem): *ημων μεν* S, *ὑμῶν ὑμῖν μένει* H | 20 *τοῦ*> H | 23 *ἔρριψεν* H

nabae, ut recte dixit Hilgenfeld, non tam *τὸ τ. σκάνδαλον* adventurum ipsum quam *τὸ τ. σκ. περὶ οὗ γέγραπται*, vel scriptione caelesti notatum, testari videtur. — *εἰς τοῦτο κτλ.*] Cf. Dan. 9, 24. 27; Matth. 24, 6. 22; Marc. 13, 7. 20.

4. Auctor locum Danielis non accurate laudavit, sed aliquot prophetae verba omisit, alia adiecit, praesertim *ὑφ' ἕν*. Haud dubie demonstrare voluit, Danielis prophetiam suo tempore impletam esse, et parvum regem de imperatore Romanorum interpretatur, cui locum undecimum attribuit. Cf. Prolegomena c. 4.

pinquavit, de quo scriptum est, ut Henoch dicit. Ad hoc enim dominus abbreviavit tempora et dies, ut properaret dilectus suus et in hereditatem veniret. 4. Dicit autem sic et propheta: *Decem regna in terra regnabunt, et postea resurget rex parvus, qui tres simul regum humiliabit.* 5. Similiter de eadem re dicit Daniel: *Et vidi quartam bestiam, nequam et fortem et saeviorem quam omnes bestias maris, et quomodo ex ea exorta fuerint decem cornua et ex illis parvulum cornu subnatum et quomodo simul humiliaverit tria magnorum cornuum.* 6. Intellegere ergo debetis. Adhuc et hoc rogo vos tanquam unus ex vobis, singulari amore etiam omnes amans plus quam animam meam, ut nunc vobis attendatis neque similes fiatis quibusdam, peccata vestra accumulantes dicentes, quod testamentum illorum atque nostrum est. 7. Nostrum quidem; at illi sic in perpetuum perdiderunt testamentum a Mose iam acceptum. Dicit enim scriptura: *Et Moses fuit in monte ieiunans quadraginta dies ac quadraginta noctes et accepit testamentum a domino, tabulas lapideas scriptas digito manus domini.* 8. Sed ad idola se convertentes perdiderunt illud. Dicit enim sic dominus: *Moses Moses, descende celeriter, quoniam peccavit populus tuus, quem e terra Aegypti eduxisti.* Et intellexit Moses et proiecit duas tabulas de manibus suis, et confractum est testamentum eorum, ut testamentum dilecti

1 Henoch 89, 61—64; 90, 17. — 4 Dan. 7, 24. — 7 Dan. 7, 7. 8. — 17 Exod. 31, 18; 34, 28. — 21 Exod. 32, 7; Deut. 9, 12.

6. Auctor lectores monet, ne Iudaeorum (τισίν) instar nimiam fiduciam in testamento collocantes peccatum temere parvi ducant. Cf. Sirach 5, 4—6. Iudaeos enim addit v. 7 testamentum perdidisse. Simile quidquam etiam Christianis accidere posse, infra v. 9—14 exponitur. — ἐκείνων κτλ.] Testes inter se discedunt. Quae ab interprete latino traduntur, non quidem ea sunt, quae dubium non relinquant, cum Barnabas nusquam dicat vel alios dicere referat, testamentum duarum partium esse, ubique potius disserat, num testamentum Iudaeorum sit an Christianorum. Cum autem Latinus hoc loco ceteris saltem testibus praestet, eius lectionem recepi. Sententia ceteroquin non est dubia.

7. Auctor duos Scripturae versus quasi in unum contrahit.

8. συνῆκεν] sc. foedus, quod Dominus cum Iudaeis inierat, horum perfidia iam diremtum esse. — συνετρίβη κτλ.] Cf. Clem. Al. Paed. III, 12, 94 p. 307. — ἔριψεν] Cf. Exod. 32, 19.

ἐλπίδι τῆς πίστεως αὐτοῦ. 9. πολλὰ δὲ θέλων γράφειν, οὐχ ὡς διδάσκαλος, ἀλλ᾽ ὡς πρέπει ἀγαπῶντι ἀφ᾽ ὧν ἔχομεν μὴ ἐλλείπειν, γράφειν ἐσπούδασα, περίψημα ὑμῶν. διὸ προσέχωμεν ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις· οὐδὲν γὰρ ὠφελήσει ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος τῆς ζωῆς καὶ τῆς πίστεως ἡμῶν, ἐὰν μὴ νῦν ἐν τῷ ἀνόμῳ καιρῷ καὶ τοῖς μέλλουσιν σκανδάλοις, ὡς πρέπει υἱοῖς θεοῦ, ἀντιστῶμεν. 10. ἵνα οὖν μὴ σχῇ παρείσδυσιν ὁ μέλας, φύγωμεν ἀπὸ πάσης ματαιότητος, μισήσωμεν τελείως τὰ ἔργα τῆς πονηρᾶς ὁδοῦ. μὴ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἐνδύνοντες μονάζετε ὡς ἤδη δεδικαιωμένοι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνερχόμενοι συνζητεῖτε περὶ τοῦ κοινῇ συμφέροντος. 11. λέγει γὰρ ἡ γραφή· *Οὐαὶ οἱ σύνετοι ἑαυτοῖς καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες*. γενώμεθα πνευματικοί, γενώμεθα ναὸς τέλειος τῷ θεῷ. ἐφ᾽ ὅσον ἐστὶν ἐν ἡμῖν, *μελετῶμεν τὸν φόβον* τοῦ θεοῦ καὶ φυλάσσειν ἀγωνιζώμεθα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτοῦ εὐφρανθῶμεν. 12. ὁ κύριος *ἀπροσωπολήμπτως κρινεῖ* τὸν κόσμον. ἕκαστος καθὼς ἐποίησεν κομιεῖται. ἐὰν ᾖ ἀγαθός, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ προηγήσεται αὐτοῦ· ἐὰν ᾖ πονηρός, ὁ μισθὸς τῆς πονηρίας ἔμπροσθεν αὐτοῦ· 13. ἵνα μήποτε ἐπαναπαυόμενοι ὡς κλητοὶ ἐπικαθυπνώσωμεν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ὁ πονηρὸς ἄρχων λαβὼν τὴν καθ᾽ ἡμῶν ἐξουσίαν ἀπώσηται ἡμᾶς ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ κυρίου. 14. ἔτι δὲ κἀκεῖνο, ἀδελφοί μου, νοεῖτε· ὅταν βλέπετε μετὰ τηλικαῦτα σημεῖα καὶ τέρατα γεγονότα ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ οὕτως ἐγκαταλελεῖφθαι αὐτούς· προσέχωμεν, μήποτε, ὡς γέγραπται, *πολλοὶ κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ* εὑρεθῶμεν.

3 *διὸ* h. l. L : ante *περίψημα* SH | *προσέχωμεν* L : *προσεχομεν* SH | 4 *ἡμᾶς* HL : *ὑμας* S | 4 sq. *τῆς ζωῆς κ. τ. πίστεως ἡμῶν* : vitae nostrae et fidei L, *τ. ζωῆς ἡμῶν* H, *τ. πιστεως ὑμων* S | 7 *οὖν* H : > S | 8 *ἔργα* SL : *κακὰ ἔργα* H | 11 *ἑαυτοῖς* SL : *ἐν ἑαυτοῖς* H LXX | 14 *τοῦ θεοῦ* : *κυρίου* H | *καὶ* > S | 17 *ἡ* > H | 18 *ἵνα* SH : praem *προσέχωμεν* L | 22 *βλέπετε* S cf. Winer § 42, 5: *βλέπητε* H

9. *μὴ ἐλλείπειν*] etiam ad *γρ. ἐσπούδασα* referri potest. — *περίψημα ὑμῶν*] i. e. omnia pro vobis et facere et pati paratus. Cf. 6, 5; I Cor. 4, 13; Ign. Eph. 8, 1; 18, 1. Dionysius Alex. apud Eur. H. E. VII, 22, 7 dicit, verbum ad officiosam comitatem declarandam vulgo adhibitum esse. — *διό*] Haec particula respicit ad finem v. 8. Verba praecedentia pro parenthesi habenda sunt. — *οὐδὲν γὰρ κτλ.*] Cf. Doctr. 16, 2.

10. *ὁ μέλας*] i. e. diabolus, cf. 20

Iesu in corde nostro consignaretur in spe fidei ipsius. 9. Multa autem volens scribere, non ut doctor, sed ut decet diligentem nihil eorum quae habemus praeterire, scribere studui, peripsema vestri. Propterea adtendamus in novissimis diebus; nihil enim proderit nobis omne tempus vitae nostrae et fidei, nisi nunc in hoc tempore iniquo et scandalis futuris, ut decet filios dei, resistamus. 10. Itaque ne niger habeat introitum, fugiamus ab omni vanitate, perfecto odio habeamus opera viae iniquae. Ne in vobismet ipsis involuti vobis solis vivatis tanquam iam iustificati, sed in unum convenientes conquiratis id, quod omnibus prodest. 11. Dicit enim scriptura: *Vae, qui sunt prudentes sibi et coram se sapientes*. Efficiamur spirituales, efficiamur deo templum perfectum. Quantum in nobis est, *meditemur timorem* dei et custodire contendamus mandata eius, ut in eius iustificationibus laetemur. 12. Dominus *sine acceptione personarum iudicabit* mundum. Unusquisque secundum quae fecit accipiet: si fuerit bonus, iustitia ipsius praecedet ante eum; si fuerit nequam, merces nequitiae coram eo; 13. ne quando requiescentes tanquam vocati obdormiamus in peccatis nostris et princeps nequam potestate in nos accepta avellat nos a regno domini. 14. Adhuc autem et illud, fratres mei, intellegite: si post tanta signa ac prodigia, quae facta sunt in Israel, videritis, nihilominus illos derelictos esse: adtendamus, ne quando, sicut scriptum est, *multi vocati, pauci vero electi* inveniamur.

11 Ies. 5, 21. — 13 Ies. 33, 18. — 15 I Petr. 1, 17 cf. Rom. 2, 11; Gal. 2, 6. — 24 Matth. 20, 16; 22, 14.

1. Güdemann l. c. p. 128 contulit Kidd. 30 a: מגיול. Fortasse Macarius Aeg. locum ante oculos habuit scribens: *ὅπως μὴ παρείσδυσιν εὕρῃ τινὰ μηδὲ χώραν ἐπιβουλῆς ὁ ἀντίδικος κτλ.* (PG 34, 430). — *φύγωμεν κτλ.*] Cf. I Clem. 9, 1; Polyc. Phil. 2, 1; 7, 2. — *μισήσωμεν κτλ.*] Cf. Ps. 118, 128. Opera viae iniquae enumerantur c. 20. — *μονάζετε*] Cf. Herm. Sim. IX, 26, 3. Ut e sequentibus patet, auctor lectores monet, ne a fratribus se separent schisma facientes. — *ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνερχ.*] Cf. I Cor. 11, 20; Ign. Eph. 5, 3; I Clem. 34, 7.

11. Clem. Al. Strom. II, 7, 35 p. 447. — *πνευματικοί*] Cf. Gal. 6, 1. — *ναός*] Cf. I Cor. 3, 16. 17. — *φυλ. τ. ἐντολάς*] Cf. Deut. 5, 29; 6, 2; Ps. 118, 60. 63. 134 etc.

12. *ἕκαστος κτλ.*] Cf. I Cor. 3, 8; Ps. 61, 13. — *δικαιοσύνη κτλ.*] Cf. Ies. 58, 8. — *μισθὸς τ. πον.*] Cf. II Petr. 2, 13. — *ἔμπροσθεν αὐτοῦ*] Cf. Ies. 40, 10; 62, 11; Apoc. 22, 12.

V. Εἰς τοῦτο γὰρ ὑπέμεινεν ὁ κύριος παραδοῦναι τὴν σάρκα εἰς καταφθοράν, ἵνα τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν ἁγνισθῶμεν, ὅ ἐστιν ἐν τῷ ῥαντίσματι αὐτοῦ τοῦ αἵματος. 2. γέγραπται γὰρ περὶ αὐτοῦ ἃ μὲν πρὸς τὸν Ἰσραήλ, ἃ δὲ πρὸς ἡμᾶς. λέγει δὲ οὕτως· *Ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν· ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη καὶ ὡς ἀμνὸς ἄφωνος ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτόν.* 3. οὐκοῦν ὑπερευχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ κυρίῳ, ὅτι καὶ τὰ παρεληλυθότα ἡμῖν ἐγνώρισεν καὶ ἐν τοῖς ἐνεστῶσιν ἡμᾶς ἐσόφισεν, καὶ εἰς τὰ μέλλοντα οὐκ ἐσμὲν ἀσύνετοι. 4. λέγει δὲ ἡ γραφή· *Οὐκ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς.* τοῦτο λέγει, ὅτι δικαίως ἀπολεῖται ἄνθρωπος, ὃς ἔχων ὁδοῦ δικαιοσύνης γνῶσιν ἑαυτὸν εἰς ὁδὸν σκότους ἀποσυνέχει. 5. ἔτι δὲ καὶ τοῦτο, ἀδελφοί μου· εἰ ὁ κύριος ὑπέμεινεν παθεῖν περὶ τῆς ψυχῆς ἡμῶν, ὢν παντὸς τοῦ κόσμου κύριος, ᾧ εἶπεν ὁ θεὸς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν·* πῶς οὖν ὑπέμεινεν ὑπὸ χειρὸς ἀνθρώπων παθεῖν; μάθετε. 6. οἱ προφῆται, ἀπ' αὐτοῦ ἔχοντες τὴν χάριν, εἰς αὐτὸν ἐπροφήτευσαν· αὐτὸς δέ, ἵνα καταργήσῃ τὸν θάνατον καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν δείξῃ, ὅτι ἐν σαρκὶ ἔδει αὐτὸν φανερωθῆναι, ὑπέμεινεν, 7. ἵνα τοῖς πατράσιν τὴν ἐπαγγελίαν ἀποδῷ καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ τὸν λαὸν τὸν καινὸν ἑτοιμάζων ἐπιδείξῃ ἐπὶ τῆς γῆς ὤν, ὅτι τὴν ἀνάστασιν αὐτὸς ποιήσας κρινεῖ. 8. πέρας γέ τοι διδάσκων τὸν Ἰσραὴλ καὶ τηλικαῦτα τέρατα καὶ σημεῖα ποιῶν ἐκήρυσσεν, καὶ ὑπερηγάπησεν αὐτόν. 9. ὅτε δὲ τοὺς ἰδίους ἀποστόλους τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ ἐξ-

2 *καταφθορὰν* S : *φθορὰν* H | 3 *ῥαντ. αὐτοῦ τ. αἵματος* HL cf. I Petr. 1, 2: *αιματι του ραντισματος αυτου* S cf. Hebr. 12, 24 | 12 *ὃς* H : *ὁ* SL | 14 *κύριος* SL : + *ἡμῶν* H | *περὶ* S : *ὑπὲρ* HL | 15 *ᾧ .. ὁ θεὸς* SL : *ὡς .. ὁ κύριος* H | 19 *ἐπροφήτευσαν* S et V. T. quod fere ubique hanc formam habet : *προεφήτευσαν* H et N. T. | 21 *τοῖς* HL : *και τοις* S | 22 *τὸν λαόν* : incipit V | *κενὸν* V | 25 *ποιῶν* SV : + *οὐχ ὅτι* H, non L | *ἐκήρυσσεν* SH : *ἐκήρυξε* V, crediderunt L | *ὑπερηγάπησεν* V : *-ησαν* SHL

V, 2. *ἃ μὲν — ἃ δέ*] Verba prophetae et Iudaeis et Christianis dicta sunt; sed Christiani soli recte ea percipiunt. Cf. v. 3.

3. *ἐσόφισεν*] Cf. II Tim. 3, 15; II Petr. 1, 16; Ign. Smyrn. 1, 1. *Praeterita* intellegenda esse videntur de morte Christi expiatoria, *praesentia*

[redacted]

V. Propter hoc enim dominus sustinuit carnem tradere in perniciem, ut remissione peccatorum sanctificaremur, quod est in aspersione sanguinis eius. 2. Scriptum est enim de eo tum ad Israel, tum ad nos. Dicit autem sic: *Vulneratus est propter iniquitates nostras et tribulatus est propter peccata nostra; livore eius nos sanati sumus. Tanquam ovis ad occisionem ductus est et sicut agnus mutus fuit coram tondente se.* 3. Maximas igitur gratias agere debemus domino, quod et praeterita nobis ostendit et in praesentibus nos erudivit, et de futuris non sumus sine intellectu. 4. Dicit autem scriptura: *Non iniuste tenduntur retia avibus.* Hoc dicit, iuste perire hominem, qui cognitionem habens viae iustitiae sese convertat in viam tenebrarum. 5. Adhuc autem et hoc, fratres mei: si dominus sustinuit pati pro anima nostra, cum sit totius mundi dominus, cui dixit deus in constitutione mundi: *Faciamus hominem ad imaginem et ad similitudinem nostram;* quomodo igitur per manum hominum pati sustinuit? Discite. 6. Prophetae ab eo gratiam habentes de eo prophetaverunt; ipse autem, quia in carne oportebat eum apparere, ut mortem destrueret et resurrectionem a mortuis ostenderet, sustinuit, 7. ut patribus promissum redderet, et ipse populum novum sibi parans, cum in terra esset, ostenderet, resurrectione facta se ipsum iudicaturum esse. 8. Porro docens Israël ac tam magna prodigia et signa faciens praedicabat, et valde diligebat eum. 9. Cum autem apostolos suos ipsius evangelium praedicaturos eligeret,

5 Ies. 53, 5. 7. — 11 Prov. 1, 17. — 16 Gen. 1, 26.

de doctrina eius vivificante, *futura* de iudicio venturo, quod mandata eius servantes effugiemus.

4. *εἰς ὁδὸν σκ. ἀπ.*] i. e. caerimonias iudaicas retinet, quas vanas et inanes esse intellexit. Cf. v. 2.

5. *ποιήσωμεν*] In plurali auctor sicut fere omnes patres, e. g. Iust. Dial. c. 62; Theoph. Ad Autol. II, 18; Tertull. Adv. Prax. c. 12; Orig. C. Cels. II, 9, allocutionem videt, quam fecit Deus pater ad Deum filium. Locum laudat Serapion Thmuensis in sacramentario n. 31 p. 21 (*Texte und Untersuchungen*, *N. F.* II, 3[b]).

6. *ἵνα — φανερωθῆναι*] parenthesis est. — *ὑπέμεινεν*] Subintellegas: et prophetiam implevit.

7. *ἀνάστασιν*] sc. mortuorum, non ipsius, ut contextus (*κρινεῖ*) docet.

9. Orig. C. Cels. I, 63. Hieron. Adv. Pelag. III, 2 (— *ἀνομωτέρους*). — *ἀποστόλους κτλ.*] Cf 8, 3.

ελέξατο, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους, ἵνα δείξῃ, ὅτι *οὐκ ἦλθεν καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς*, τότε ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν εἶναι υἱὸν θεοῦ. 10. εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν ἐν σαρκί, πῶς ἂν ἐσώθησαν οἱ ἄνθρωποι βλέποντες αὐτόν, ὅτε τὸν μέλλοντα μὴ εἶναι ἥλιον, ἔργον τῶν χειρῶν αὐτοῦ ὑπάρχοντα, ἐμβλέποντες οὐκ ἰσχύουσιν εἰς τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ ἀντοφθαλμῆσαι. 11. οὐκοῦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ εἰς τοῦτο ἦλθεν ἐν σαρκί, ἵνα τὸ τέλειον τῶν ἁμαρτιῶν ἀνακεφαλαιώσῃ τοῖς διώξασιν ἐν θανάτῳ τοὺς προφήτας αὐτοῦ. 12. οὐκοῦν εἰς τοῦτο ὑπέμεινεν. λέγει γὰρ ὁ θεὸς τὴν πληγὴν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ὅτι ἐξ αὐτῶν· *Ὅταν πατάξωσιν τὸν ποιμένα ἑαυτῶν, τότε ἀπολεῖται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης*. 13. αὐτὸς δὲ ἠθέλησεν οὕτω παθεῖν· ἔδει γάρ, ἵνα ἐπὶ ξύλου πάθῃ. λέγει γὰρ ὁ προφητεύων ἐπ' αὐτῷ· *Φεῖσαί μου τῆς ψυχῆς ἀπὸ ῥομφαίας*, καί· *Καθήλωσόν μου τὰς σάρκας, ὅτι πονηρευομένων συναγωγαὶ ἐπανέστησάν μοι*. 14. καὶ πάλιν λέγει· *Ἰδού, τέθεικά μου τὸν νῶτον εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας εἰς ῥαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπόν μου ἔθηκα ὡς στερεὰν πέτραν.*

VI. Ὅτε οὖν ἐποίησεν τὴν ἐντολήν, τί λέγει; *Τίς ὁ κρινόμενός μοι; ἀντιστήτω μοι· ἢ τίς ὁ δικαιούμενός μοι; ἐγγισάτω τῷ παιδὶ κυρίου.* 2. *οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθε, καὶ σὴς καταφάγεται ὑμᾶς.* καὶ πάλιν λέγει ὁ προφήτης, ἐπεὶ ὡς λίθος ἰσχυρὸς ἐτέθη εἰς συντριβήν· *Ἰδού, ἐμβαλῶ εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτόν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον.* 3. εἶτα τί λέγει; *Καὶ ὁ πιστεύων εἰς*

2 *ἁμαρτωλοὺς* SHL : + *εἰς μετάνοιαν* V | 3 *εἶναι* : post *θεοῦ* V, > H | 4 *πῶς ἂν* VL : *ουδ αν πως* S, *οὐκ ἂν* H | *βλέποντες* SV : *ἐμβλ.* H | *ὅτε* SHL : *ὅτι* V | 5 *τῶν* > V | *ἐμβλέποντες* SHL : *βλέποντες* V | 6 *ἰσχύσουσιν* V | 7 *εἰς τοῦτο* > S | 8 *ἁμαρτημάτων* H | *ἀνακεφ.* SH : *κεφαλαιώσει* V | 10 *ὅτι* VS** : >S*H | *πατάξωσιν* SH : *πατάξω* VL | 11 *ἑαυτῶν* > V | *ἀπολεῖται* H : *απολιπεται* S, *σκορπισθήσεται* VL | 12 *δὲ* > V | 14 *καὶ* > V | 14 sq. *πον. συναγωγαὶ* VL : *συναγωγὴ πον.* SH LXX | 15 *ἐπαν. μοι* SVL : *περιέσχον με* H LXX | 16 *τὰς δὲ* SH : *καὶ τὰς* VL | *σιαγόνας* VH : + *μου* SL | 18 *τὴν* > V | *τί* > H | 19 *δικαιούμενος* SH : *δικαζόμενος* V | *μοι* > H | 20 *τῷ* > H | 20 sq. *πάντες ὑμεῖς παλ. ὡς ἱμάτιον* V | 24 *τί* > H | *ὁ πιστ. εἰς* SHL : *ὃς ἐλπίσει ἐπ'* V

10. Respicit ad v. 5 et 6. Eadem similitudine multi patres utuntur, ut Deum a nobis videri non posse demonstrent. Cf. Theoph. Ad Aut. I, 5; Minuc. Fel. Octav. c. 32; Orac. Sibyll. prooem. v. 10—14.

11. Profert aliam causam adventus Christi, ut consummarentur peccata Iudaeorum addita Christi morte. Cf. 14, 5; Matth. 23, 31. 32; Luc. 11,

[redacted]

homines omni peccato iniquiores, ut ostenderet, se *non venisse vocare iustos, sed peccatores*, tunc palam fecit, se esse filium dei. 10. Si enim non venisset in carne, quomodo servati fuissent homines videntes eum, cum adspicientes solem, qui aliquando non erit et opus est manuum eius, non valeant in radios illius obtueri. 11. Itaque filius dei ideo in carne venit, ut summam peccatorum expleret iis, qui ad mortem persecuti sunt prophetas ipsius. 12. Ob hoc igitur passus est. Dicit enim deus, plagam carnis eius ab illis esse: *Cum percusserint pastorem suum, tunc oves gregis peribunt.* 13. Ipse autem sic pati voluit; oportuit enim ut in ligno pateretur. Dicit enim, qui de illo prophetavit: *Parce animae meae a gladio*, et: *Clavis confige carnes meas, quia concilia malignantium insurrexerunt in me.* 14. Et rursus ait: *Ecce posui dorsum meum ad flagella, genas ad alapas; faciem autem meam posui sicut solidam petram.*

VI. Cum autem fecerit mandatum, quid ait? *Quis est, qui litiget mecum? Resistat mihi. Vel quis est, qui iudicium ineat adversum me? Adpropinquet puero domini.* 2. *Vae vobis, quia vos omnes quasi vestimentum veterascetis, et tinea devorabit vos!* Et iterum dicit propheta, cum sicut lapis fortis positus esset in contritionem: *Ecce, immitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, angularem, honorabilem.* 3. Deinde quid loquitur? *Et qui crediderit in illum, vivet in*

2 Matth. 9, 13. — 10 Zach. 13, 6, 7 cf. Matth. 26, 31. — 13 Ps. 21, 21. — 14 Ps. 118, 120; 21, 17. — 16 Ies. 50, 6. 7. — 18 Ies. 50, 8. 9. — 23 Ies. 28, 16 cf. Rom. 9, 33; I Petr. 2, 6. — 24 Ies. 28, 16.

50; Evang. Petri 17. — διώξασιν κτλ.] Cf. Luc. 11, 49.

12. Sensus: dicit enim Deus, corpori Christi ab illis plagam inflictam fuisse, per prophetam enuntians: Cum ferierint pastorem suum, tunc ipsi peribunt.

13. οὕτω] sc. in cruce. — ἔδει] sc. παθεῖν.

14. πέτραν] i. e. faciem meam non avertens.

VI, 1. ὅτε κτλ.] Sensus: de tempore, quo patris mandatum exsecutus erit, ipse (Christus) dicit. Cf. Hebr. 1, 6. — τ. ἐντολήν] sc. ut in carne pateretur. Vocabulum absolute positum est, pro ἐντ. θεοῦ, ut 7, 3; Prov. 19, 16; Eccles. 8, 5; Sirach 1, 26; 10, 19; 15, 15; Ign. Magn. 4; Doctr. ap. 1, 5; 13, 5. 7. — παῖς κ.] i. e. Christus. Cf. 9, 2; Matth. 12, 18; Act. 3, 13. 26; 4, 27. 30; Doctr. ap. 9, 2. 3; 10, 2. 3; I Clem. 59, 2. 3. 4; Mart. Polyc. 14, 1; 20, 2; Diognet. 8, 9. 11 etc.

2. ἐπεὶ κτλ.] Barnabas hic Ies. 8,

αὐτὸν ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. ἐπὶ λίθον οὖν ἡμῶν ἡ ἐλπίς; μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἐπεὶ ἐν ἰσχύϊ τέθεικεν τὴν σάρκα αὐτοῦ ὁ κύριος. λέγει γάρ· *Καὶ ἔθηκέ με ὡς στερεὰν πέτραν.* 4. λέγει δὲ πάλιν ὁ προφήτης· *Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.* καὶ πάλιν λέγει· *Αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη καὶ θαυμαστή, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος.* 5. ἁπλούστερον ὑμῖν γράφω, ἵνα συνιῆτε· ἐγὼ περίψημα τῆς ἀγάπης ὑμῶν. 6. τί οὖν λέγει πάλιν ὁ προφήτης; *Περιέσχεν με συναγωγὴ πονηρευομένων, ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον,* καί· *Ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.* 7. ἐν σαρκὶ οὖν αὐτοῦ μέλλοντος φανεροῦσθαι καὶ πάσχειν, προεφανερώθη τὸ πάθος. λέγει γὰρ ὁ προφήτης ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ· *Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, ὅτι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες· Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστίν.* 8. τί λέγει ὁ ἄλλος προφήτης Μωϋσῆς αὐτοῖς; *Ἰδού, τάδε λέγει κύριος ὁ θεός· Εἰσέλθατε εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν, ἣν ὤμοσεν κύριος τῷ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, καὶ κατακληρονομήσατε αὐτήν, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι.* 9. τί δὲ λέγει ἡ γνῶσις, μάθετε. ἐλπίσατε, φησίν, ἐπὶ τὸν ἐν σαρκὶ μέλλοντα φανεροῦσθαι ὑμῖν Ἰησοῦν. ἄνθρωπος γὰρ γῆ ἐστὶν πάσχουσα· ἀπὸ προσώπου γὰρ τῆς γῆς ἡ πλάσις τοῦ Ἀδὰμ ἐγένετο. 10. τί οὖν λέγει· *Εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι;* εὐλογητὸς ὁ κύριος ἡμῶν, ἀδελφοί, ὁ σοφίαν καὶ νοῦν θέμενος ἐν ἡμῖν τῶν κρυφίων αὐτοῦ. λέγει γὰρ ὁ προφήτης παραβολὴν κυρίου· τίς νοήσει, εἰ μὴ σοφὸς καὶ ἐπιστήμων καὶ ἀγαπῶν τὸν κύριον αὐτοῦ; 11. ἐπεὶ οὖν ἀνακαινίσας ἡμᾶς ἐν τῇ ἀφέσει

2 *τέθεικεν* SH : *ἔθηκε* V | *ὁ*> S | 7 *συνιῆτε* : *συνιεῖτε* V, *συνῆτε* H, *συνετε* S | 8 *περιέσχον* H | 11 *προεφαν.* SH : *προεφανεροῦτο* V | 15 *τί* (> H) *λέγει — προφήτης* SH Clem : *λέγει δὲ καὶ* VL | *Μωσῆς* V semper | 18 *δὲ* SH : > VL Clem | 19 *φησὶν*> V | 20 *γὰρ*> V | 22 *εἰς*> V | *γῆν ῥ.* SH : *τὴν ῥ.* VL Clem | 23 *ἀδελφοὶ*> V | 26 *ἀνακαινίσαι* V

14 iuxta textum hebraicum respexisse videtur.

3. *ἰσχύϊ*] *Σὰρξ* Christi propter *ἰσχὺν* a propheta *λίθος* vocatur.

5. Clem. Al. Strom. V, 10, 64 p. 683 (— *συνιῆτε*). — *περίψημα*] Cf. 4, 9.

6. *ἱματισμὸν κτλ.*] Cf. Ioann. 19, 24; Iust. Apol. I, 38.

7. *ἐν σ. φανεροῦσθαι*] Cf. I Tim. 3, 16.

8—10. Clem. Al. Strom. V, 10, 64 p. 683 sq.

9. *γνῶσις*] Cf. 1, 5 not. — *γῆ π.*] est homo, quia Deus terram, e qua

[redacted]

aeternum. In lapide ergo spes nostra? Absit; sed quia dominus in fortitudine posuit corpus suum. Ait enim: *Et posuit me sicut solidam petram.* 4. Adhuc autem dicit propheta: *Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli.* Et rursus ait: *Haec est dies magna et mirabilis, quam fecit dominus.* 5. Simplicius vobis scribo, ut intellegatis, ego peripsema caritatis vestrae. 6. Quid vero porro dicit propheta? *Obsedit me concilium malignantium, circumdederunt me sicut apes favum,* et: *Super vestem meam miserunt sortem.* 7. Cum igitur in carne esset appariturus et passurus, praemonstrata est ipsius passio. Namque in Israël dicit propheta: *Vae animae eorum, qui consilium malum inierunt adversus semetipsos, dicentes: Alligemus iustum, quoniam molestus nobis est.* 8. Quid dicit illis alius propheta Moses? *Ecce, ista ait dominus deus: Intrate in terram bonam, quam iuramento promisit dominus Abrahae et Isaac et Iacob, et ut hereditatem possidete eam, terram fluentem lacte et melle.* 9. Quid autem dicat cognitio, discite, Sperate, inquit, in Iesum, qui in carne manifestandus est vobis. Homo enim est terra, quae patitur; ex substantia enim terrae formatus est Adam. 10. Quid ergo dicit: *In terram bonam, terram lacte ac melle fluentem?* Benedictus sit dominus noster, fratres, qui sapientiam et intellegentiam occultorum suorum posuit in nobis. Dicit enim propheta parabolam domini; quis intelleget, nisi sapiens et peritus et diligens dominum suum? 11. Ubi igitur

3 Ies. 50, 7. — 4 Ps. 117, 22. 24. — 8 Ps. 21, 17; 117, 12. — 10 Ps. 21, 19. — 12 Ies. 3. 9. 10 cf. Sap. 2, 12. — 15 Exod. 33, 1. 3; Lev. 20, 24. — 22 Exod. 33, 1. 3.

eum exstruxit, *formavit*: γῇ πάσχουσα = γῇ πλᾶσιν πάσχουσα, ut contextus docet; de industria vero auctor hoc vocabulum sibi elegit, ut Christi significaret passionem (Harnack).

10. Clem. Al. Strom. VI, 8, 65 p. 777 (παραβολὴν κτλ.) — Hic incipit secunda loci biblici Exod. 33, 1. 3 interpretatio allegorica seu gnostica. Terra illa (πάσχουσα, ῥέουσα γ. κ. μ.) 1) primum humanam Christi naturam denotabat; nunc 2) Christianos per salvatorem renatos = pueros Dei innuit (Hefele). — λέγει γὰρ κτλ.] i. e. Moses Exod. 33, 1. 3 parabolam locutus est neque nisi sapientes et periti eam intellegunt.

11. ἀνακαινίσας] Participium pro verbo finito. Cf. 19, 1.

τῶν ἁμαρτιῶν, ἐποίησεν ἡμᾶς ἄλλον τύπον, ὡς παιδίων ἔχειν τὴν ψυχήν, ὡς ἂν δὴ ἀναπλάσσοντος αὐτοῦ ἡμᾶς. 12. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ περὶ ἡμῶν, ὡς λέγει τῷ υἱῷ· *Ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμῶν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων τῆς γῆς καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης.* καὶ εἶπεν κύριος, ἰδὼν τὸ καλὸν πλάσμα ἡμῶν· *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν.* ταῦτα πρὸς τὸν υἱόν. 13. πάλιν σοι ἐπιδείξω, πῶς πρὸς ἡμᾶς λέγει. δευτέραν πλάσιν ἐπ' ἐσχάτων ἐποίησεν. λέγει δὲ κύριος· *Ἰδού, ποιῶ τὰ ἔσχατα ὡς τὰ πρῶτα.* εἰς τοῦτο οὖν ἐκήρυξεν ὁ προφήτης· *Εἰσέλθατε εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς.* 14. ἴδε οὖν, ἡμεῖς ἀναπεπλάσμεθα, καθὼς πάλιν ἐν ἑτέρῳ προφήτῃ λέγει· *Ἰδού, λέγει κύριος, ἐξελῶ τούτων*, τουτέστιν ὧν προέβλεπεν τὸ πνεῦμα κυρίου, *τὰς λιθίνας καρδίας καὶ ἐμβαλῶ σαρκίνας*· ὅτι αὐτὸς ἐν σαρκὶ ἔμελλεν φανεροῦσθαι καὶ ἐν ἡμῖν κατοικεῖν. 15. ναὸς γὰρ ἅγιος, ἀδελφοί μου, τῷ κυρίῳ τὸ κατοικητήριον ἡμῶν τῆς καρδίας. 16. λέγει γὰρ κύριος πάλιν· *Καὶ ἐν τίνι ὀφθήσομαι τῷ κυρίῳ τῷ θεῷ μου καὶ δοξασθήσομαι;* λέγει· *Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἐκκλησίᾳ ἀδελφῶν μου, καὶ ψαλῶ σοι ἀναμέσον ἐκκλησίας ἁγίων.* οὐκοῦν ἡμεῖς ἐσμέν, οὓς εἰσήγαγεν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν. 17. τί οὖν τὸ γάλα καὶ τὸ μέλι; ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται· οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς τῇ πίστει τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῷ λόγῳ ζωοποιούμενοι ζήσομεν κατακυριεύοντες τῆς γῆς. 18. προείρηκε δὲ ἐπάνω· *Καὶ αὐξανέσθωσαν καὶ πληθυνέσθω-*

1 *παιδίων* S : *παιδίον* HV | 2 *δὴ ἀναπλ. αὐτοῦ* SH : *δὲ ἀναπλασσομένους αὐτοὺς* V | 6 *ἡμῶν* SHL : *ἄνθρωπον* V | 7 sq. *ταῦτα — υἱὸν* SV : > HL | 8 *πρὸς* > H | *λέγει* HL : + *κσ̄* S, > V | 9 *πλάσιν* : + *πρὸς ἡμᾶς* V | *δὲ* S : + *ὁ* H, > VL | 10 *ποιήσω* V | 15 *ἐμβαλῶ* SH : *βαλῶ* V | *ὅτι αὐτὸς* SHL : *αὐτοῖς ὅτι* V | *ἤμελλεν* (sic semper) *ἐν σαρκὶ* V | 18 *πάλιν κύριος* V | *τῷ* pr > H | *τῷ* sec > V | 19 *λέγει* > S | 19 sq. *ἐκκλησίᾳ* SHL : + *ἐν μέσῳ* V | 22 *τὸ* sec > V | 23 *οὖν* > V | 24 *ζήσωμεν* HV | 25 *προείρηκε* HV : *προειρήκαμεν* S | 25 sq. *καὶ . . καὶ πληθυν.* SH : *ὅτι* V

13. *ἰδοὺ κτλ.*] Item Didascalia apostolorum ed. Hauler p. 75 dictum 8. Scripturae profert: Ecce facio prima sicut novissima et novissima sicut prima; Hippolytus In Dan. IV, 37 ed. Bonwetsch I (1897), 284: *ἔσονται γὰρ τὰ ἔσχατα ὡς τὰ πρῶτα*, et locum fortasse Barnabae debent. In S. Scriptura verba ipsa non leguntur. Barnabas autem in S. Scriptura adhibenda liberior locum e verbis Domini Matth. 19, 30; 20, 16:

nos renovavit per remissionem peccatorum, effecit, ut aliam formam haberemus, animam nempe puerorum instar, utpote qui nos reformavit. 12. Nam de nobis scriptura dicit, loquente patre ad filium: ***Faciamus hominem ad imaginem et ad similitudinem nostram, et praesint bestiis terrae et volatilibus caeli et piscibus maris.*** Et dixit dominus videns pulcrum figmentum nostrum: ***Crescite et multiplicamini et replete terram.*** Haec ad filium. 13. Iterum autem tibi ostendam, quomodo ad nos loquatur. Secundam creationem ultimis temporibus peregit. Dicit autem dominus: ***Ecce, facio novissima tamquam priora.*** Hoc respiciens praedicavit propheta: ***Intrate in terram lacte et melle fluentem et dominamini ei.*** 14. Ecce igitur, nos denuo formati sumus, quemadmodum rursus in alio propheta dicit: ***Ecce, inquit dominus, auferam ab iis,*** hoc est ab iis, quos spiritus domini praevidebat, ***corda lapidea, et immittam corda carnea.*** Ipse enim in carne voluit apparere et habitare in nobis. 15. Templum enim sanctum, fratres mei, domino est habitatio cordis nostri. 16. Etenim iterum dominus ait: ***In quo apparebo coram domino deo meo et glorificabor?*** Ait: ***Confitebor tibi in ecclesia fratrum meorum, et cantabo tibi in medio ecclesiae sanctorum.*** Itaque nos sumus, quos introduxit in terram bonam. 17. Sed quare lac et mel? Quoniam infans primum melle, tunc lacte viviscit; ita igitur et nos fide, quam habemus promissis dei, et verbo praedicationis vivificati vivemus terram possidentes. 18. Superius vero praedixit:

3 Gen. 1, 26. — 7 Gen. 1, 28. — 9 Matth. 19, 30; 20, 16? — 11 Exod. 33, 3. — 13 Ezech. 11, 19; 36, 26. — 18 Ps. 41, 3. — 19 Ps. 21, 23. — 25 Gen. 1, 26. 28.

ἔσονται πρῶτοι ἔσχατοι καὶ ἔσχατοι πρῶτοι, formare potuit. Cf. Ies. 43, 18. 19; II Cor. 5, 17; Apoc. 21, 5. Resch, Agrapha 1889 p. 261 locum dictum Domini agraphum esse censet; contradicit Ropes, *Die Sprüche Jesu* 1896 p. 43 (*Texte und Untersuchungen* XIV, 2). — *εἰς τοῦτο*] i. e. respectu secundae huius creationis (regenerationis christianae) praedicavit propheta: Intrate etc. i. e. renascimini (Hef.).

14. *τουτέστιν ὧν κτλ.*] i. e. Christianorum, in quibus prophetae verba impleta sunt. — *κατοικεῖν*] Cf. Eph. 3, 17.

16. Notes, hisce verbis tertiam loci illius biblici explicationem allegoricam seu gnosticam incipere, quae terram illam de ecclesia christiana interpretatur. Cf. 6, 9. 10 (Hefele).

17. Lac et mel = *πίστις καὶ κήρυγμα*, quibus ecclesia nos nutrit.

σαν καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων. τίς οὖν ὁ δυνάμενος νῦν ἄρχειν θηρίων ἢ ἰχθύων ἢ πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ; αἰσθάνεσθαι γὰρ ὀφείλομεν, ὅτι τὸ ἄρχειν ἐξουσίας ἐστίν, ἵνα τις ἐπιτάξας κυριεύσῃ. 19. εἰ οὖν οὐ γίνεται τοῦτο νῦν, ἄρα ἡμῖν εἴρηκεν, πότε· ὅταν καὶ αὐτοὶ τελειωθῶμεν κληρονόμοι τῆς διαθήκης κυρίου γενέσθαι.

VII. Οὐκοῦν νοεῖτε, τέκνα εὐφροσύνης, ὅτι πάντα ὁ καλὸς κύριος προεφανέρωσεν ἡμῖν, ἵνα γνῶμεν, ᾧ κατὰ πάντα εὐχαριστοῦντες ὀφείλομεν αἰνεῖν. 2. εἰ οὖν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὢν κύριος καὶ *μέλλων κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς*, ἔπαθεν, ἵνα ἡ πληγὴ αὐτοῦ ζωοποιήσῃ ἡμᾶς· πιστεύσωμεν, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ οὐκ ἠδύνατο παθεῖν εἰ μὴ δι' ἡμᾶς. 3. ἀλλὰ καὶ σταυρωθεὶς *ἐποτίζετο ὄξει καὶ χολῇ.* ἀκούσατε, πῶς περὶ τούτου πεφανέρωκαν οἱ ἱερεῖς τοῦ ναοῦ. γεγραμμένης ἐντολῆς· *Ὃς ἂν μὴ νηστεύσῃ τὴν νηστείαν, θανάτῳ ἐξολεθρευθήσεται*, ἐνετείλατο κύριος, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἔμελλεν τὸ σκεῦος τοῦ πνεύματος προσφέρειν θυσίαν, ἵνα καὶ ὁ τύπος ὁ γενόμενος ἐπὶ Ἰσαὰκ τοῦ προσενεχθέντος ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τελεσθῇ. 4. τί οὖν λέγει ἐν τῷ προφήτῃ; *Καὶ φαγέτωσαν ἐκ τοῦ τράγου τοῦ προσφερομένου τῇ νηστείᾳ ὑπὲρ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν.* προσέχετε ἀκριβῶς· *Καὶ φαγέτωσαν οἱ ἱερεῖς μόνοι πάντες τὸ ἔντερον ἄπλυτον μετὰ ὄξους.* 5. πρὸς τί; Ἐπειδὴ ἐμὲ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν μέλλοντα τοῦ λαοῦ μου τοῦ καινοῦ προσφέρειν τὴν σάρκα

1 *ἰχθύων* : *θηρίων* H | *νῦν*> S | 2 *πετεινῶν* SV : praem *περὶ* H | 3 *ἐξουσία* V | 4 *οὐ* SV : > H | *πότε* SV : *τότε* H | 7 *νοῆτε* V | 9 *κύριος* HVL : + *προεφανερωσεν ϊνα γνωμεν ω κατα παντα ευχαριστουντες* S ex v. 1 | 13 *πῶς* h. l. VL : post *περὶ τούτου* H, > S | 14 *λαοῦ* V | *ἐντολῆς* : + *αὐτοῦ* V | 15 *τὴν*> H | 18 *θυσ. τελεσθῇ* HV : *θυσιαν τελεσθηναι* S | 19 *ἐκ* SV : *ἀπὸ* H | 22 *ἐμὲ* + *εἶδον* V | *ὑπέρ* : *περὶ* H | 23 *μου*> V

19. Sensus: in praesenti quidem imperium illud in volucres etc. non tenemus, sed promissam hanc dominationem aliquando recuperabimus (Hefele).

VII, 2. *μέλλων κρίνειν κτλ.*] Cf. II Clem. 1, 1; Polyc. Phil. 2, 1.

3. *πεφανέρωκαν*] pro *πεφανερώκασιν*, ut saepius in N. T. Cf. Ioann. 17, 7; Apoc. 19, 3. — *σκεῦος τ. πν.*] i. e. corpus suum. Sensus: mandato de ieiunio Dominus typum passionis suae praebere voluit (Hefele).

4. *καὶ φαγ. κτλ.*] Verba ipsa desunt in S. Scriptura. Res autem legitur Num. 29, 11 et in Mischna Menach. 11, 7; Joma 7, 3, et Barnabas verba ad eam conformata Mosi prophetae attribuisse videtur. Cf. 12, 7. Praeter duos enim illos hircos, qui in festo

[redacted]

Et crescant et multiplicentur et praesint piscibus. Quis potest nunc praeesse bestiis vel piscibus vel caeli volucribus? Scire enim debemus, quod praeesse potestatis est, ut quis imperando dominetur. 19. Quod si nunc non contingit, ergo nobis dixit, quando; cum et ipsi adeo perfecti erimus, ut heredes simus testamenti domini.

VII. Intellegite ergo, filii laetitiae, bonum dominum omnia nobis praemonstravisse, ut cognosceremus, cui in omnibus gratias agere ac laudes offerre debeamus. 2. Si ergo dei filius, qui est dominus et *iudicaturus est vivos ac mortuos*, passus est, ut plaga ipsius vividos nos redderet; credamus, non potuisse filium dei pati nisi propter nos. 3. Cruci vero affixus *aceto ac felle potabatur.* Audite, quomodo de hac re indicia dederint sacerdotes templi. Scripto praecepto: *Qui ieiunium non ieiunat, morte exterminabitur*, praecepit dominus, quia et ipse pro peccatis nostris vas spiritus oblaturus erat in hostiam, ut et impleretur figura facta in Isaac, qui super altare fuit oblatus. 4. Quid igitur dicit apud prophetam? *Et manducent de hirco, qui in die ieiunii offertur pro omnibus peccatis.* Attendite diligenter: *Et manducent soli omnes sacerdotes exta non lota cum aceto.* 5. Ad quid? Quoniam me, pro novi populi delictis oblaturum carnem meam, *potaturi estis felle cum*

10 II Tim. 4, 1 (I Petr. 4, 5). — 12 Matth. 27, 34. 48. — 14 Lev. 23, 29. — 19 ? — 21 ?

expiatorio ad expiandum populum offerebantur et quorum alter peccatis populi onustus in desertum emittebatur, alter totus concremabatur (Lev. 16 sq.), tertius hircus offerebatur (cf. Ioseph. Flav. Antiq. III, 10, 3) atque a sacerdotibus comedebatur. Tertullianus, qui Barnabam legisse videtur, errat dicens Adv. Marc. III c. 7, alterum hircum sacerdotibus templi in pabulum datum esse. Cf. Krüger in *Theol. Quartalschrift* 1852 p. 615 sq. Braunsberger, *Der Ap. Barnabas* 1876 p. 253—260. Güdemann, *Religionsgeschichtliche Studien* 1876 p. 104 sqq. — *κ. φαγ. οἱ ἱερεῖς κτλ.*] Barnabas prophetae adhuc alia verba attribuit, ut typum Christi accuratius explicet. Respicientes quae in Mischna Menach. 11, 7 leguntur: sacerdotes Babylonici vel potius Alexandrini, ut Talmud Menach. 100 a emendat, hircum comedebant crudum, Barnabae verba non tanquam falsa repudiare possumus. *Τὸ ἔντερον* non de intestino, sed de extis intellegendum est.

5. *ἐμέ*] Dominus loquitur. — *λαοῦ τ. κ.*] Christianorum, non Iudaeorum.

μου μέλλετε *ποτίζειν χολὴν μετὰ ὄξους*, φάγετε ὑμεῖς μόνοι, τοῦ λαοῦ νηστεύοντος καὶ κοπτομένου ἐπὶ σάκκου καὶ σποδοῦ, ἵνα δείξῃ, ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν ὑπ' αὐτῶν. 6. ἃ ἐνετείλατο, προσέχετε· *Λάβετε δύο τράγους καλοὺς καὶ ὁμοίους καὶ προσενέγκατε, καὶ λαβέτω ὁ ἱερεὺς τὸν ἕνα εἰς ὁλοκαύτωμα ὑπὲρ ἁμαρτιῶν.* 7. τὸν δὲ ἕνα τί ποιήσουσιν; *Ἐπικατάρατος*, φησίν, ὁ *εἷς*. προσέχετε, πῶς ὁ τύπος τοῦ Ἰησοῦ φανεροῦται· 8. *Καὶ ἐμπτύσατε πάντες καὶ κατακεντήσατε καὶ περίθετε τὸ ἔριον τὸ κόκκινον περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ οὕτως εἰς ἔρημον βληθήτω.* καὶ ὅταν γένηται οὕτως, ἄγει ὁ βαστάζων τὸν τράγον εἰς τὴν ἔρημον καὶ ἀφαιρεῖ τὸ ἔριον καὶ ἐπιτίθησιν αὐτὸ ἐπὶ φρύγανον τὸ λεγόμενον ῥαχή, οὗ καὶ τοὺς βλαστοὺς εἰώθαμεν τρώγειν ἐν τῇ χώρᾳ εὑρίσκοντες· οὕτω μόνης τῆς ῥαχῆς οἱ καρποὶ γλυκεῖς εἰσίν. 9. τί οὖν τοῦτό ἐστιν; προσέχετε· *Τὸν μὲν ἕνα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, τὸν δὲ ἕνα ἐπικατάρατον*, καὶ ὅτι τὸν ἐπικατάρατον ἐστεφανωμένον; ἐπειδὴ ὄψονται αὐτὸν τότε τῇ ἡμέρᾳ τὸν ποδήρη ἔχοντα τὸν κόκκινον περὶ τὴν σάρκα καὶ ἐροῦσιν· Οὐχ οὗτός ἐστιν, ὅν ποτε ἡμεῖς ἐσταυρώσαμεν ἐξουθενήσαντες καὶ κατακεντήσαντες καὶ ἐμπτύσαντες; ἀληθῶς οὗτος ἦν, ὁ τότε λέγων, ἑαυτὸν υἱὸν θεοῦ εἶναι. 10. πῶς γὰρ ὅμοιος ἐκείνῳ; εἰς τοῦτο *ὁμοίους τοὺς τράγους, καλούς, ἴσους*, ἵνα, ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν τότε ἐρχόμενον, ἐκπλαγῶσιν ἐπὶ τῇ ὁμοιότητι τοῦ τράγου. οὐκοῦν ἴδε τὸν τύπον τοῦ μέλλοντος πάσχειν Ἰησοῦ. 11. τί δέ, ὅτι τὸ ἔριον εἰς μέσον τῶν ἀκανθῶν τιθέασιν; τύπος ἐστὶν τοῦ Ἰησοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ κείμενος, ὅτι

2 *σποδῷ* V | 3 *αὐτὸν* + *πολλα* S | *ὑπὲρ* V | *ἃ* SH : *πῶς οὖν* V | 5 *ὁλοκ.* + *τον ενα* S | 6 *ποιησωσιν* S | 11 *ἐπιτίθησιν* SV : *τίθησιν* H | *αὐτὸ* > V | 12 *ῥαχὴ* H : *ραχηλ* S, *ῥαχὶλ* V, rubus L | *βλαστοὺς* SV : *καρποὺς* H | *τρώγειν* : *ἐσθίειν* H | 13 *οὕτω* SHV (*οὕτως*) : *ταύτης* L | *ῥαχῆς* H : *ραχους* SV | 14 *τοῦτό ἐστιν* SH : *καὶ τοῦτο* V | *ἐπί* : *εἰς* H | 15 *καὶ ὅτι τὸν ἐπικ.* > H | 16 *ἐπειδὴ* etiam V | 17 *ποτε* SV : *τότε* H | 18 *καὶ κατακεντ.* > S | 18 sq. *ἐμπτύσαντες* SHL : *ἐμπαίξαντες* V | 19 *θεοῦ* HV : *του θυ* S | 20 *ὅμ. ἐκείνῳ* SH : *ὁμοίως* V | 21 *ἵν'* V | *ἐκπλαγίσονται* V | 22 *τοῦ τρ.* : *αὐτοῦ* H | *ἴδε* + *τὸν τράγον* S | 23 *εἰς* V : + *τὸ* H, > S | 24 *κείμενος* HVL : *θεμενος* S | *ὅτι* SL : *ἵνα* V, > H

— *π. χ. μ. ὄξους*] Evang. Petri 16: *καί τις αὐτῶν εἶπεν· ποτίσατε αὐτὸν χολὴν μετὰ ὄξους.* — *δείξῃ*] sc. populus.

6. Verba *καλοὺς κ. ὁμοίους* desunt in S. Scriptura; *parium* autem *et consimilium* hircorum mentio fit in Mischna Joma 6, 1 et a Iust. Dial. c. 40 ac Tertull. Adv. Marc. III, 7. Cf. Bähr, *Symbolik des Mos. Cult.* II, 679.

7. *ἐπικατάρατος*] = לַעֲזָאזֵל. LXX: *ἀποπομπαῖος*. Cf. Bähr l. c. p. 668.

8. *καὶ ἐμπτύσατε κτλ.*] In Mischna

aceto, comedite vos soli, dum populus ieiunat et plangit in sacco et cinere, ut ostendat, quod oporteat eum pati per illos. 6. Quae praecepit, attendite: *Sumite duos hircos pulcros et similes et offerte, et accipiat sacerdos unum in holocaustum pro peccatis.* 7. De altero vero quid facient? *Maledictus,* inquit, *unus.* Attendite, quo pacto figura Iesu manifestetur. 8. *Et conspuite illum omnes ac lancinate et imponite lanam coccineam circa caput eius, et sic in desertum emittatur.* Et cum ita factum fuerit, qui portat hircum, abducit eum in eremum et aufert ab illo lanam et ponit eam super fruticem, qui vocatur rubus, cuius germina in agris reperta solemus manducare; sic solius rubi fructus dulces sunt. 9. Quid igitur hoc est? Attendite: *Unum quidem super altare, alterum vero maledictum,* et quare, qui maledictus est, coronatur? Quia videbunt eum illa die habentem circa carnem talarem coccineam et dicent: Nonne hic est, quem nos aliquando despectum, compunctum et consputum crucifiximus? Vere ille est, qui tunc se dicebat esse filium dei. 10. Quantopere enim similis illi? Ideo *similes hircos, pulcros, aequales* postulavit, ut, cum viderint eum tunc venientem, percellantur de hirci similitudine. Vide igitur figuram Iesu passuri. 11. Quam ob rem vero lanam in medio spinarum ponunt? Id est figura Iesu ecclesiae

1 Matth. 27, 34. 48. — 4 Lev. 16, 7. 9. — 6 Lev. 16, 8. 10. — 7 ? — 14 Lev. 16, 8. — 20 Lev. 16, 7.

Ioma 6, 4—6 legimus: Babylonii vel Alexandrini, ut Talmud Ioma 66 b emendat, hirco crines vellicabant clamantes: Sume (peccata nostra) et exi. Nonnulli ex principibus Hierosolymae deducebant eum usque ad proximam casam. Erant autem decem casae usque ad Zuck (vel montem arduum), quo ducebatur. Qui in casa erant, deducebant eum ad proximam quamque casam. Ab ultima autem casa usque ad montem arduum nemo eum deducebat; sed procul stabant spectantes, quid faceret. Baiulus vero hirci, cum eum ad montem Zuck perduxisset, dividebat linguam (sic enim appellabatur lana, quae hirci emissarii capiti appensa erat) coccineam; dimidium ad rupem (nimirum in spinam illuc crescentem), dimidium inter cornua hirci alligabat et deiciebat eum. Cf. Iust. Dial. c. 40; Tert. Adv. Marc. III, 7; Adv. Iud. c. 14. — *βλαστούς*] i. e. germina in sensu ampliori = fructus.

9. *ὅτι*] = cur. Cf. 8, 5; 10, 1. — *ἐστεφ.*] Cf. Matth. 27, 29. — *τῇ ἡμέρᾳ*] sc. iudicii. — *ποδήρη κτλ.*] Cf. Matth. 27, 28. 30. — *ἐροῦσιν κτλ.*] Cf. II Clem. 17, 5; Sap. 5, 3—5.

ὃς ἐὰν θέλῃ τὸ ἔριον ἆραι τὸ κόκκινον, δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν διὰ τὸ εἶναι φοβερὰν τὴν ἄκανθαν, καὶ θλιβέντα κυριεῦσαι αὐτοῦ. οὕτω, φησίν, οἱ θέλοντές με ἰδεῖν καὶ ἅψασθαί μου τῆς βασιλείας, ὀφείλουσιν θλιβέντες καὶ παθόντες λαβεῖν με.

VIII. Τίνα δὲ δοκεῖτε τύπον εἶναι, ὅτι ἐντέταλται τῷ Ἰσραὴλ προσφέρειν δάμαλιν τοὺς ἄνδρας, ἐν οἷς εἰσὶν ἁμαρτίαι τέλειαι, καὶ σφάξαντας κατακαίειν, καὶ αἴρειν τότε τὴν σποδὸν παιδία καὶ βάλλειν εἰς ἄγγη καὶ περιτιθέναι τὸ ἔριον τὸ κόκκινον ἐπὶ ξύλον (ἴδε πάλιν ὁ τύπος ὁ τοῦ σταυροῦ καὶ τὸ ἔριον τὸ κόκκινον) καὶ τὸ ὕσσωπον, καὶ οὕτως ῥαντίζειν τὰ παιδία καθ' ἕνα τὸν λαόν, ἵνα ἁγνίζωνται ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν; 2. νοεῖτε, πῶς ἐν ἁπλότητι λέγει ὑμῖν. ὁ μόσχος ὁ Ἰησοῦς ἐστίν, οἱ προσφέροντες ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ οἱ προσενέγκαντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν σφαγήν. εἶτα οὐκέτι ἄνδρες, οὐκέτι ἁμαρτωλῶν ἡ δόξα. 3. οἱ ῥαντίζοντες παῖδες οἱ εὐαγγελισάμενοι ἡμῖν τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τὸν ἁγνισμὸν τῆς καρδίας, οἷς ἔδωκεν τοῦ εὐαγγελίου τὴν ἐξουσίαν, οὖσιν δεκαδύο εἰς μαρτύριον τῶν φυλῶν (ὅτι δεκαδύο φυλαὶ τοῦ Ἰσραήλ), εἰς τὸ κηρύσσειν. 4. διὰ τί δὲ τρεῖς παῖδες οἱ ῥαντίζοντες; εἰς μαρτύριον Ἀβραάμ, Ἰσαάκ, Ἰακώβ, ὅτι οὗτοι μεγάλοι τῷ θεῷ. 5. ὅτι δὲ τὸ ἔριον ἐπὶ τὸ ξύλον; ὅτι ἡ βασιλεία Ἰησοῦ ἐπὶ ξύλῳ, καὶ ὅτι οἱ ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτὸν ζήσονται εἰς τὸν αἰῶνα. 6. διὰ

1 ὃς (ως S) *ἐὰν* SV : *ὅστις ἂν* H | *δεῖ* : *εδει* S | 2 *αὐτοῦ*> V | 5 *ἐντέταλται* : *ἐντέλλεται* V | 6 *εἰσὶν*> V | 7 *τὴν σπ. π.* (*παιδεία* V) HVL : *τὰ π. σποδὸν* S | 9 *ὁ τύπος*> V | *ὁ*> H | *καὶ* pr> V | 10 *τὸν ὕσσ.* V | 11 *ἀπὸ* SH : *ὑπὸ* V | *ἐν*> V | 12 *λεγεται* S | *μόσχος* + *οὖν* V | *ὁ Ἰησοῦς ἐστίν* : *ἐστὶ ὁ Ἰ.* V, *Ἰησοῦς* H | 13 *τὴν*> V | 14 *οἱ* pr + *δὲ* S** V | *οἱ* sec> V | 15 *εὐαγγελισάμενοι* SL : *-ζόμενοι* HV | 16 *τῆς καρδίας*> H | 16 sq. *δεκαδύο* V : *δώδεκα* H, *ιβ* S | 17 *φυλαί* : *αἱ φ.* V | 19 *Ἰσαὰκ* + *καὶ* V | 20 *ξύλῳ* HV : *ξυλον* S | 21 *καὶ ὅτι* SH : *διότι* V

11. Barnabas postquam v. 9 et 10 allegorico modo demonstravit, lanam coccineam significare Christum chlamide purpurea indutum ad iudicium redeuntem, nunc exponit, lanam inter spinas positam typum esse afflictionum, quibus, qui ad Dei regnum pervenire velint, afficiantur. — *κυρ. αὐτοῦ*] i. e. occupare lanam. — *φησίν*] sc. Iesus. Nonnulli putaverunt, certam aliquam Christi sententiam seu scriptam (Matth. 16, 24; 20. 22) seu non scriptam vel locum libri alicuius apocryphi (IV Esra 7, 14) hic proferri. Revera sententia praecedens recapitulatur. Cf. Ropes, *Die Sprüche Jesu* 1896 p. 17.

VIII, 1. *ἐντέταλται*] Cf. Mischna Para 3, 1—11. Krüger l. c. p. 621—627. Braunsberger l. c. p. 268—278.

proposita, quia, qui voluerit lanam coccineam auferre, cum spina formidabilis sit, multa patiatur oportet et afflictatus potiatur illius. Sic, inquit, qui volunt me videre et ad regnum meum pervenire, debent per afflictiones et tormenta possidere me.

VIII. Quam autem figuram putatis esse, quod praeceptum est Israël, ut homines, in quibus peccata abundant, iuvencam offerant et eam mactatam comburant, utque tunc pueri tollant cinerem et in vasa mittant et ligno alligent lanam coccineam (ecce iterum figura crucis et lana coccinea) et hyssopum et sic populum singulatim pueri aspergant, ut a peccatis purgentur? 2. Aspicite, quomodo in simplicitate vobis loquatur dominus. Vitulus Iesus est; homines nequam, qui offerunt, sunt ii, qui dominum ad necem obtulerunt. Deinde non amplius viri nec amplius peccatorum honor. 3. Pueri aspergentes sunt ii, qui nuntiaverunt nobis remissionem peccatorum et purificationem cordis, quibus dedit evangelii praedicandi potestatem, quique sunt duodecim in testimonium tribuum, quia apud Israëlitas duodecim erant tribus. 4. At cur tres pueri aspergentes? Nempe in testimonium Abrahae, Isaac, Iacob, quod hi magni fuerunt coram deo. 5. Cur vero lana in ligno? Quia dominium Iesus in ligno est et quia, qui in illum sperant, vivent in aeternum.

5 Num. 19.

Güdemann l. c. p. 212—216. — ἐν οἷς κτλ.] Mischna Para 3, 1 narrat, sacerdotem septem dies ante vaccae combustionem purificatum esse, et S. Scriptura Num. 19, 7. 8 docet, eum vaccam mactando ac comburendo una cum illis, qui eum adiuvabant, impurum evasisse. Si Barnabam audieris, illi viri iam antea impuri fuisse videntur. Sed de industria verba sua elegit; voluit enim non solum de levitica impuritate loqui, sed etiam de peccatis, sc. eorum, quorum typum illos viros habuit, interfectorum Iesu. — ῥαντίζειν τ. π.] Barnabas non loquitur de aspersione sanguinis vaccae rubrae, quae a sacerdote solo fiebat (Num. 19, 4), sed de aspersione aquae cinere permistae, quae a mundo quoque (Num. 19, 19) fieri potuit. Cf. Mischna Para 3, 3. 4. — καθ' ἕνα τ. λ.] i. e. singulos, qui immundi facti purificandi erant.

2. λέγει] sc. Dominus, qui sensum Scripturae absconditum nobis reclusit. — μόσχος] Hieronymus In Ezech. 43, 19 hoc Barnabae dictum laudat. — εἶτα κτλ.] Sensus esse videtur: relinquamus viros istos, quorum honor erat vaccae oblatio, et transeamus ad pueros, qui Christi praecones repraesentant (Hilgenfeld).

5. ἡ βασιλεία κτλ.] Iust. Dial. c. 73

τί δὲ ἅμα τὸ ἔριον καὶ τὸ ὕσσωπον; ὅτι ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ἡμέραι ἔσονται πονηραὶ καὶ ῥυπαραί, ἐν αἷς ἡμεῖς σωθησόμεθα· ὅτι καὶ ὁ ἀλγῶν σάρκα διὰ τοῦ ῥύπου τοῦ ὑσσώπου ἰᾶται. 7. καὶ διὰ τοῦτο οὕτως γενόμενα ἡμῖν μέν ἐστιν φανερά, ἐκείνοις δὲ σκοτεινά, ὅτι οὐκ ἤκουσαν φωνῆς κυρίου.

IX. Λέγει γὰρ πάλιν περὶ τῶν ὠτίων, πῶς περιέτεμεν ἡμῶν τὴν καρδίαν. λέγει κύριος ἐν τῷ προφήτῃ· *Εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσάν μου.* καὶ πάλιν λέγει· *Ἀκοῇ ἀκούσονται οἱ πόρρωθεν, ἃ ἐποίησα γνώσονται.* καί· *Περιτμήθητε*, λέγει κύριος, *τὰς καρδίας ὑμῶν.* 2. καὶ πάλιν λέγει· *Ἄκουε Ἰσραήλ, ὅτι τάδε λέγει κύριος ὁ θεός σου.* καὶ πάλιν τὸ πνεῦμα κυρίου προφητεύει· *Τίς ἐστιν ὁ θέλων ζῆσαι εἰς τὸν αἰῶνα; Ἀκοῇ ἀκουσάτω τῆς φωνῆς τοῦ παιδός μου.* 3. καὶ πάλιν λέγει· *Ἄκουε οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου γῆ, ὅτι κύριος ἐλάλησεν ταῦτα εἰς μαρτύριον.* καὶ πάλιν λέγει· *Ἀκούσατε λόγον κυρίου, ἄρχοντες τοῦ λαοῦ τούτου.* καὶ πάλιν λέγει· *Ἀκούσατε, τέκνα, φωνῆς βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ.* οὐκοῦν περιέτεμεν ἡμῶν τὰς ἀκοάς, ἵνα ἀκούσαντες λόγον πιστεύσωμεν ἡμεῖς. 4. ἀλλὰ καὶ ἡ περιτομή, ἐφ' ᾗ πεποίθασιν, κατήργηται. περιτομὴν γὰρ εἴρηκεν οὐ σαρκὸς γενηθῆναι· ἀλλὰ παρέβησαν, ὅτι ἄγγελος πονηρὸς ἐσόφιζεν αὐτούς. 5. λέγει πρὸς αὐτούς· *Τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν* (ὧδε εὑρίσκω ἐντολήν)· *Μὴ σπείρητε ἐπ' ἀκάνθαις, περιτμήθητε τῷ κυρίῳ ὑμῶν.* καὶ τί λέγει; *Περιτμήθητε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, καὶ τὸν τράχηλον ὑμῶν οὐ σκληρυνεῖτε.* λάβε πάλιν· *Ἰδού, λέγει κύριος, πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα ἀκροβυστίᾳ, ὁ δὲ λαὸς οὗτος ἀπερίτμητος καρδίᾳ.* 6. ἀλλ' ἐρεῖς· Καὶ μὴν

3 *καὶ*> S | *ὁ*> V | 7 *τήν*: *καὶ τὴν* V | *κύριος*: *ὁ κ.* V | 9 *περιτμηθήσεται* V | 11 sq. *καὶ — προφητεύει* VL: > SH | 12 *τίς* + *δὲ* H | *τοὺς αἰῶνας* H | 16 *φωνῆς*: *τῆς φ.* V | 17 *ἔτεμεν* H | 18 *ἀκ. λόγον* HVL: *ακουσωμεν λ. και μη μονον* S | *ἡμεῖς*> V | *ἀλλὰ καὶ ἡ* SH: *εἰ γὰρ* V | 19 *ᾗ* HV: *ης* S | *ἐπεπείθεισαν* H | 21 *λέγει* + *δὲ* HL | *ἡμῶν* H | 22 *σπειρετε* S | *ἐπὶ ἀκάνθαις* V | 23 *κυρίῳ*: *θεω* S | *περιτμήθητε*: *καὶ π.* V, *περιτμηται* S | *τὴν σκλ.* SH: *τὸ σκληρὸν τῆς καρδίας* V | 24 *σκληρυνεῖτε* SH (+ *ἔτι* H): *μὴ σκληρύνητε* V | *λάβε*> V | 25 *ἀπερίτμητα*> S | *ἀκροβυστίᾳ* H: *-στίαν* S (LXX), *-στα* V | 26 *καρδίας* S LXX

laudat Ps. 95, 10 hoc modo: . . . *ὁ κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου.* Cf. Tert. Adv. Marc. III, 19; Adv. Iud. c. 10.

6. *ῥύπου*] respondet vocabulo *ῥυπαραί*, et B. de *sorde hyssopi* ob ci-

6. Quare autem simul lana et hyssopum? Quoniam in regno illius erunt dies mali ac sordidi, in quibus nos servabimur: quandoquidem, qui corpore aegrotat, per sordes hyssopi curatur. 7. Et propter hoc, quae ita se habent, nobis manifesta sunt, illis autem obscura, quia non audierunt vocem domini.

IX. Loquitur enim iterum de auribus, quomodo cor nostrum circumciderit. Ait dominus apud prophetam: *In auditu auris oboedierunt mihi.* Et iterum dicit: *Auditu audient qui longe absunt; quae feci, scient;* et: *Circumcidite corda vestra*, ait dominus. 2. Et rursus ait: *Audi Israel, haec dicit dominus deus tuus.* Iterumque spiritus domini prophetat: *Quis est, qui vult vivere in perpetuum? Auditione audiat vocem filii mei.* 3. Et iterum dicit: *Audi caelum, et auribus percipe terra, quia dominus locutus est haec in testimonium.* Rursusque ait: *Audite verbum domini, principes populi huius.* Et adhuc dicit: *Audite, filii, vocem clamantis in deserto.* Ergo circumcidit aures nostras, ut audito verbo credamus. 4. Sed et circumcisio, in qua illi confidebant, abrogata est. Dixit enim dominus, circumcisionem non carnis esse faciendam; illi autem praeceptum transgressi sunt, quia malus angelus decipiebat eos. 5. Ait ad eos: *Haec dicit dominus deus vester* (hic invenio mandatum): *Nolite serere super spinas, circumcidimini domino vestro.* Et quid dicit? *Circumcidite duritiam cordis vestri, et cervicem vestram ne indurate.* Accipe iterum: *Ecce, dicit dominus, omnes gentes incircumcisae sunt in praeputio, iste vero populus in corde est incircumcisus.* 6. At inquies:

7 Ps. 17, 45. — 8 Ies. 33, 13. — 9 Ier. 4, 4. — 10 Ier. 7, 2. 3. — 12 Ps. 33, 13; Exod. 15, 26. — 13 Ies. 1, 2. — 15 Ies. 1, 10. — 16 Ies. 40, 3. — 21 Ier. 4, 3. 4. — 23 Deut. 10, 16. — 25 Ier. 9, 25. 26.

nerem aquae admistum (v. 1) loqui videtur.

IX, 1. Cf. Altercatio Simonis et Theophili V, 21 (*Texte und Untersuchungen* I, 3 p. 28).

2. Verba ἀκοῇ κτλ. in Ps. 33 desunt; Barnabas forsan Exod. 15, 26 vel Deut. 15, 5 respexit.

4. παρέβησαν] i. e. Iudaei prophetarum verba male intellegentes carnis circumcisionem instituerunt, quam Dominus prohibuerat.

5. ἐντολήν] sc. ne carnem circumcidant. Cf. Lact. Instit. div. IV, 17, 8—17.

περιτέτμηται ὁ λαὸς εἰς σφραγῖδα. ἀλλὰ καὶ πᾶς Σύρος καὶ Ἄραψ καὶ πάντες οἱ ἱερεῖς τῶν εἰδώλων. ἄρα οὖν κἀκεῖνοι ἐκ τῆς διαθήκης αὐτῶν εἰσίν. ἀλλὰ καὶ οἱ Αἰγύπτιοι ἐν περιτομῇ εἰσίν. 7. μάθετε οὖν, τέκνα ἀγάπης, περὶ πάντων πλουσίως, ὅτι Ἀβραάμ, πρῶτος περιτομὴν δούς, ἐν πνεύματι προβλέψας εἰς τὸν Ἰησοῦν περιέτεμεν, λαβὼν τριῶν γραμμάτων δόγματα. 8. λέγει γάρ· *Καὶ περιέτεμεν Ἀβραὰμ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἄνδρας δεκαοκτὼ καὶ τριακοσίους.* τίς οὖν ἡ δοθεῖσα αὐτῷ γνῶσις; μάθετε, ὅτι τοὺς δεκαοκτὼ πρώτους, καὶ διάστημα ποιήσας λέγει τριακοσίους. τὸ δεκαοκτὼ ἰῶτα δέκα, ἦτα ὀκτώ· ἔχεις Ἰησοῦν. ὅτι δὲ ὁ σταυρὸς ἐν τῷ ταῦ ἤμελλεν ἔχειν τὴν χάριν, λέγει καὶ τοὺς τριακοσίους. δηλοῖ οὖν τὸν μὲν Ἰησοῦν ἐν τοῖς δυσὶν γράμμασιν, καὶ ἐν τῷ ἑνὶ τὸν σταυρόν. 9. οἶδεν ὁ τὴν ἔμφυτον δωρεὰν τῆς διδαχῆς αὐτοῦ θέμενος ἐν ἡμῖν. οὐδεὶς γνησιώτερον ἔμαθεν ἀπ' ἐμοῦ λόγον· ἀλλὰ οἶδα, ὅτι ἄξιοί ἐστε ὑμεῖς.

X. Ὅτι δὲ Μωϋσῆς εἶπεν· *Οὐ φάγεσθε χοῖρον οὔτε ἀετὸν οὔτε ὀξύπτερον οὔτε κόρακα οὔτε πάντα ἰχθύν, ὃς οὐκ ἔχει λεπίδα ἐν ἑαυτῷ,* τρία ἔλαβεν ἐν τῇ συνέσει δόγματα. 2. πέρας γέ τοι λέγει αὐτοῖς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ· *Καὶ διαθήσομαι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον τὰ δικαιώματά μου.* ἄρα οὖν οὐκ ἔστιν ἐντολὴ θεοῦ τὸ μὴ τρώγειν, Μωϋσῆς δὲ ἐν πνεύματι ἐλάλησεν. 3. τὸ οὖν χοιρίον πρὸς τοῦτο εἶπεν· οὐ κολληθήσῃ, φησίν, ἀνθρώποις

1 *περιτέμνεται* V | *ἀλλὰ*> H | 2 sq. *τῶν διαθηκῶν* V | 3 *ἐν περ.* SV : *ἐμπερίτομοι* H | 4 *ἀγάπης*> V | 5 *πρῶτος* : *ὁ πρ.* V | 7 *ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ*> H | *δέκα καὶ ὀκτὼ* V | 8 *αὐτῷ* SH : *τοῦτο* V | *ὅτι*> V | 9 *καὶ διάστημα π. λέγει* SHL : *εἶτα τοὺς* V | *τὸ* + *δὲ* V | 10 *ἰῶτα δέκα, ἦτα* (*εἶτα* V) *ὀκτὼ* HV : > S, Hilgenfeld posuit I pro *ἰῶτα* et H pro *ἦτα*, nolo codices relinquere | *ὅτι* : *ἔτι* V | 11 *τῷ ταῦ* HV : *τω τριακοστω* S*, *τουτω* S** | *καὶ τοὺς* V : *και* S, *τοὺς* H | 12 *Ἰησοῦν* SV : *ὀκτωκαίδεκα* H | *τῷ*> V | 13 *ὁ* : *οτι* S | *διδαχῆς* VL : *διαθηκης* SH | 15 *ἀλλ'* V, sic fere semper ante vocales | *οἶδα*> S | 16 *Μωϋσῆς* : *ἀετὸς* H | *εἴρηκεν* V | 16 sq. *οὔτε* ter SH : *οὐδὲ* V | 17 *οὔτε* post *κόρακα* SV : *οὐδὲ* H | *πάντα* H : *πᾶν* V, > S | *ὃς* : *ὃ* V | 18 *αὐτῷ* V | *ἐν τῇ* : *τῇ* H | *συνέσει* SV : *συνειδήσει* HL | 19 *γε*> H | 20 *οὖν*> V | 22 *εἴρηκεν* V | *οὐ* SH Clem : *οὐ μὴ* V

6. *εἰς σφραγῖδα*] Cf. Rom. 4, 11. — *πᾶς Σύρος κτλ.*] Cf. Ier. 9, 25. 26; Iust. Dial. c. 28; Clem. Rom. Recogn. VIII, 53; Epiph. H. 30 c. 33; Herod. II, 104; Ioseph. Antiq. VIII, 10, 3. Prolegom. c. 2. — *ἄρα κτλ.*] i. e. si Iudaei per circumcisionem populus Dei essent, testamentum etiam ad gentiles circumcisos pertineret. Cf. 10, 2; Altercatio Sim.

Et vero ille populus in signum foederis circumcisus est. Verum et omnis Syrus et Arabs et omnes sacerdotes idolorum. Ergo pertinent illi quoque ad domini testamentum. Sed et Aegyptii circumcisionem usurpant. 7. Discite igitur, filii dilectionis, de omnibus abunde, quod Abraham, qui primus dedit circumcisionem, in spiritu prospiciens in Iesum circumcidit accepta trium litterarum doctrina. 8. Narrat enim scriptura: *Et circumcidit Abraham e domo sua decem et octo et trecentos viros.* Quae ergo illi in hoc data est cognitio? Discite, quod primo decem et octo et distinctione facta dicit trecentos. Decem et octo sunt ιη'; habes Iesum. Quia vero crux in littera T gratiam erat signatura, ait etiam trecentos. Ostendit itaque Iesum in duabus litteris et crucem in tertia. 9. Scit hoc, qui insitum donum doctrinae suae posuit in nobis. Nemo magis germanum a me accepit sermonem; sed scio, vos dignos esse.

X. Quodsi autem Moses dixit: *Non manducabitis suem neque aquilam neque accipitrem neque corvum nec ullum piscem, qui non habeat squamam,* tria dogmata in intellectu comprehendit. 2. Porro ait illis in Deuteronomio: *Et disponam ad populum hunc praecepta mea.* Non est ergo mandatum dei, ne manducent, sed Moses in spiritu locutus est. 3. Suem ergo in hoc sensu dixit: non adhaerebis, inquit, hominibus ta-

6 Gen. 17, 23. 27; 14, 14. — 16 Lev. 11; Deut. 14. — 19 Deut. 4, 1. 5.

et Theoph. V, 18.

7. τριῶν γραμμάτων] scilicet litterarum ι, η et τ, ut ex versu 8 apparet. Cf. etiam 1, 6; 10, 1. 9. 10.

8. καὶ περιέτεμεν κτλ.] Barnabas diversos S. Scripturae versus, sc. Gen. 17, 23. 27; 14, 14 in unum contraxisse videtur. CCCXVIII servos Abrahae similiter interpretantur Clemens Al. Strom. VI, 11, 84 p. 782 et Prudentius Clem. Psychom. praef. v. 57 sq., literam *T* speciem crucis declarat Tertull. Adv. Marc. III, 22. Utrumque numerum eodem modo eodemque ordine explicat Ps.-Cypr. De pascha comp. c. 10. 18. 20. 22 ed. Hartel p. 257. 265. 267 sq. Cf. Hefele, *Das Sendschreiben* p. 83 sq.

9. ἔμφυτον] Cf. 1, 2.

X. Clem. Al. Strom. II, 15, 67 p. 464; V, 8, 52. 53 p. 677. Cf. Paed. II, 10, 83 p. 220; III, 11, 75 p. 297; Strom. VII, 18, 119 p. 900 sq. Orig. C. Cels. IV, 93.

1. Leges Mosaicas Barnabas more Alexandrinorum allegorice interpretatur. Cf. Hefele, *Sendschreiben* p. 84—91.

2. ἐν πνεύματι] Praecepta de cibis iam Ps.-Aristeas c. 33—39 (cf. Euseb. Praepar. ev. VIII, 9), ut vidit Hilgenfeld, allegorice vel spiritualiter exposuit.

τοιούτοις, οἵτινές εἰσιν ὅμοιοι χοίροις· τουτέστιν ὅταν σπαταλῶσιν, ἐπιλανθάνονται τοῦ κυρίου, ὅταν δὲ ὑστεροῦνται, ἐπιγινώσκουσιν τὸν κύριον, ὡς καὶ ὁ χοῖρος, ὅταν τρώγει, τὸν κύριον οὐκ οἶδεν, ὅταν δὲ πεινᾷ, κραυγάζει καὶ λαβὼν πάλιν σιωπᾷ. 4. *Οὐδὲ φάγῃ τὸν ἀετὸν οὐδὲ τὸν ὀξύπτερον οὐδὲ τὸν ἰκτῖνα οὐδὲ τὸν κόρακα*· οὐ μή, φησίν, κολληθήσῃ οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ ἀνθρώποις τοιούτοις, οἵτινες οὐκ οἴδασιν διὰ κόπου καὶ ἱδρῶτος πορίζειν ἑαυτοῖς τὴν τροφὴν, ἀλλὰ ἁρπάζουσιν τὰ ἀλλότρια ἐν ἀνομίᾳ αὐτῶν καὶ ἐπιτηροῦσιν ὡς ἐν ἀκεραιοσύνῃ περιπατοῦντες καὶ περιβλέπονται, τίνα ἐκδύσωσιν διὰ τὴν πλεονεξίαν, ὡς καὶ τὰ ὄρνεα ταῦτα μόνα ἑαυτοῖς οὐ πορίζει τὴν τροφήν, ἀλλὰ ἀργὰ καθήμενα ἐκζητεῖ, πῶς ἀλλοτρίας σάρκας καταφάγῃ, ὄντα λοιμὰ τῇ πονηρίᾳ αὐτῶν. 5. *Καὶ οὐ φάγῃ*, φησίν, *σμύραιναν οὐδὲ πολύποδα οὐδὲ σηπίαν*· οὐ μή, φησίν, ὁμοιωθήσῃ κολλώμενος ἀνθρώποις τοιούτοις, οἵτινες εἰς τέλος εἰσὶν ἀσεβεῖς καὶ κεκριμένοι ἤδη τῷ θανάτῳ, ὡς καὶ ταῦτα τὰ ἰχθύδια μόνα ἐπικατάρατα ἐν τῷ βυθῷ νήχεται, μὴ κολυμβῶντα ὡς τὰ λοιπά, ἀλλ' ἐν τῇ γῇ κάτω τοῦ βυθοῦ κατοικεῖ. 6. ἀλλὰ καὶ *τὸν δασύποδα οὐ φάγῃ*. πρὸς τί; οὐ μὴ γένῃ, φησίν, παιδοφθόρος οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις, ὅτι ὁ λαγωὸς κατ' ἐνιαυτὸν πλεονεκτεῖ τὴν ἀφόδευσιν· ὅσα γὰρ ἔτη ζῇ, τοσαύτας ἔχει τρύπας. 7. ἀλλὰ *οὐδὲ τὴν ὕαιναν φάγῃ*· οὐ μή, φησίν, γένῃ μοιχὸς οὐδὲ φθορεὺς οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις. πρὸς τί; ὅτι τὸ ζῶον τοῦτο παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλάσσει τὴν φύσιν καὶ

1 *ὅμοιοι εἰσὶ* V | *χοίρων* S | *τουτέστιν ὅταν* SH : *ὅταν γὰρ* V | 2 *κυρίου* SH : + *ἑαυτῶν* VL | *ὑστεροῦνται* S cf. Winer § 42, 5 : *-ῶνται* H, *-ηθῶσιν* V | 3 *ὡς* > V | *οὐκ οἶδε τὸν κύριον* V | 4 *πεινάσῃ* V | *φάγῃ* SH : *μὴ φάγῃς, φησὶν* V | 6 *οὐδὲ* (*ἢ* H) *ὁμοιωθήσῃ* > V | 9 *περιτηρουσιν* S | *ὡς* VL : > SH | 9 sq. *περιβλέπονται* (*-βλέπουσι* H) — *ἐκζητεῖ* SH : *καθήμενα ἀργὰ ταῦτα ἐκζητεῖ* V | 10 *μόνα* SHL : + *διὰ κόπου* S** | 12 *φαγη* S | 13 *φάγῃ* : *μὴ φάγῃς* V | *σμυρναν* S | *πωλυπαν* S | *σηπίαν* + *ου μη φαγωσιν* S | 14 *κολλώμενος* VL : > SH | 15 *ἤδη* > V | 16 *ἐν* : *τα εν* S | 17 *ὡς* + *και* S | 18 *φάγῃ* H : *μη φ.* S, *φ. φησὶν* V | 19 *γένηται* V | *φησὶν* HL : > SV | *ὁμοιωθήσῃ* + *φησὶ* H | 20 *τῇ ἀφοδεύσει* H | 21 *ἀλλ'* V | *μή* : *μὴν* V | 22 *ὁμοιωθήσῃ* + *φησὶ* H | 23 *ὅτι τ. ζ. τ.* SH : *τοῦτο γὰρ τ. ζ.* V

3. Cf. Lact. Instit. div. IV, 17, 18—21; Opus imperf. in Matth. 7, 6 hom. 17; Altercatio Sim. et Theoph. VII, 28.

4. Cf. Theoph. Ad Autol. II, 16. 17.

5. S. Scriptura Lev. 11, 10 in universum decernit, pisces pinnulas et squamas non habentes vitandos esse; Barnabas autem aliquot huius generis pisces nominat. Sepiae men-

[redacted]

libus, qui similes sunt porcis; scilicet qui, cum in deliciis vivunt, domini obliviscuntur, cum autem destituuntur necessariis, dominum agnoscunt, sicut et porcus, quando comedit, dominum non novit, quando autem esurit, clamat et accepta esca iterum tacet. 4. *Nec manducabis aquilam neque accipitrem neque milvum neque corvum;* non adhaerebis, dicit, nec similis eris iis hominibus, qui nesciunt sibi labore ac sudore parare victum, sed aliena rapiunt in iniquitate sua et quasi in simplicitate ambulantes speculantur et circumspiciunt quem ob avaritiam despolient, sicut et hae aves solae pastum sibi non comparant, sed otiosae sedentes quaerunt, quomodo alienas carnes devorent, suntque in malitia sua pestiferae. 5. *Nec manducabis,* inquit, *muraenam neque polypum neque sepiam;* non, inquit, adhaerebis nec similis eris huiusmodi hominibus, qui in perpetuum impii sunt et iam ad mortem adiudicati, quemadmodum et isti pisciculi, soli maledicti, in profundo volutantur nec ut reliqui pisces emergunt, sed in terra, quae in profundo maris est, degunt. 6. Sed et *leporem non comedes.* Quamobrem? Non eris puerorum corruptor nec similem te talibus efficies, quoniam lepus annis singulis anum multiplicat; quot enim annos vivit, tot habet foramina. 7. Sed *nec hyaenam manducabis;* non eris, inquit, adulter neque corruptor puerorum neque talibus assimilaberis. Quare? Quia istud animal annuatim sexum mu-

4 Lev. 11, 13—16. — 13 Lev. 11, 10. — 18 Lev. 11, 5. — 21 ?

tionem faciunt Tertullianus Adv. Marc. II, 20, Ps.-Athanasius Synopsis S. Script. lib. III, sepiae et muraenae Hieronymus Ep. 121 c. 10 (PL. 22, 1033).

6. παιδοφθόρος] Müller hanc vocem de abortione intellegi vult, cf. 19, 5; Clem. Al. Paedag. II, 10, 81. 83 p. 221. 223 de amore puerorum vel paederastia loquitur. — κ. ἐν. πλεονεκτεῖ κτλ.] Similia narrant Aelian. Hist. nat. anim. II, 12; XIII, 12; Varro De re rust. III, 12; Plin. Hist. nat. VIII, 55 al. 81; Clem. Al. l. c. Clem. Rom. Recogn. VIII, 25; Novat. De cib. iud. c. 3.

1 *τε* > S | 3 *ἧς* : *οισ* S | 4 *ἀπὸ* S : *ἀπ'* HV | 5 *τοῦ νῦν* > V | 6 *αὕτη* : *τοιαυτη* S | 7 *σπεύσει* V | 8 *αὐτῇ* : *ταυτη* S | 9 *ποιήσαντά σε* S Doctr.: *σε π.* HV | *φοβ. τόν σε πλάσ.* > V | 11 *τῶν* > S | 11 sq. *πορ. ἐν* SV : *πονηρευομένων* H | 12 *ἔστιν* > V | 14 *κατὰ πάντα* > V | 15 *λήμψῃ* S : *λήψῃ* H, *λήψει* V | 16 *οὐ δώσεις τ. ψ. σ. θράσος* : ante *οὐκ ἀρεῖς* l. 14 H | *σου* > V | 17 *λόγος* + *ὁ* V | 18 *λήψῃ* H | 20 *μνησικ.* : *μὴ μνησικακήσῃς* V | *μὴ* > H | 21 *οὐ μὴ λάβῃς — κυρίου* : ante *οὐ μνησικ.* l. 20 H | *τὸ* > V | 23 *τέκνον* + *σου* H | *ἀποκτενεῖς* S Const. ap. Can. eccl. *ἀνελεῖς* HV

ea, quae Barnabas cum Doctrina communia habet, litteris adhibitis diversis indicavi, de eis, quae transposuit, in adnotationis rationem reddidi. Hic versibus Barnabae singulis versus Doctrinae (D) adscribo, signum = praemittens, ubi scripturae prorsus vel maximam partem inter se consentiunt vel Barnabas nihil vel pauca verba tantum adiecit. Commentarium nonnisi ad ea verba exhibeo, quae Barnabae sunt.

XVIII, 1 Cf. D 1, 1. Orig. De princip. III, 2, 4 ed. Bened. I, 140 (*ὁδοὶ δύο κτλ.*). Cf. Orig. In Luc. hom. 35 t. III, 973; In ep. ad Rom. I, 18

[redacted]

que doctrinam. Duae sunt viae doctrinae ac voluntatis: altera lucis, altera tenebrarum. Differentia vero multa duarum viarum. Uni siquidem praepositi sunt angeli dei lucem praeferentes, alteri vero angeli satanae. 2. Ac ille quidem dominus est a saeculis et in saecula; hic autem princeps temporis praesentis iniqui.

XIX. Via igitur lucis haec est: si quis cupit pervenire ad definitum locum, studeat operibus eius. Cognitio itaque nobis data in hac via ambulandi eiusmodi est. 2. Diliges eum, qui te creavit, veneraberis eum, qui te formavit, gloria afficies eum, qui redemit te a morte; eris corde simplex et spiritu dives; non adhaerebis iis, qui incedunt in via mortis; odio habebis, quodcumque deo displicet; odio habebis omnem simulationem; ne derelinquas mandata domini. 3. Te ipsum non exaltabis, eris autem humilis in omnibus; non assumes tibi gloriam. Non capies malum consilium adversus proximum tuum; non dabis animae tuae insolentiam. 4. Non fornicaberis, non adulterium facies, pueros non corrumpes. Non ex te verbum dei in quorundam impuritate exeat. Non accipies personam in arguendo cuiuspiam lapsu. Eris mansuetus, eris quietus. Contremisces ad verba, quae audivisti. Fratri tuo ignosces. 5. Non ambigas, utrum futurum sit necne. ***Ne assumas in vanum nomen domini.*** Diliges proximum tuum plus quam animam tuam. Non interficies foetum in abortione, nec etiam interimes post nati-

21 Deut. 5, 11.

t. IV, 473. — *ἑτέραν γνῶσιν*] sc. moralem. — *ὁδὸς φωτὸς . . σκότους*]. Cf. Prov. 4, 18. 19 (11, 20; 12, 28; Ps. 138, 24; I Ioann. 1, 5—7; II Petr. 2, 15). — *φωταγωγοὶ κτλ.*] Cf. II Cor. 11. 14; 12. 7.

2. *καιροῦ κτλ.*] Similiter 4, 1. 9; 15, 5.

XIX, 1 Cf. D 1, 2. — *θέλων*] Participium pro verbo finito ut 6, 11.

2. Cf. D 1, 2; 4, 12. 13. — *πλάσαντα*] Cf. Ies. 27, 11; 44, 21; 49, 5. — *οὐ κολληθήσῃ*] Hoc verbum Barnabas adhibet 10, 3. 4. 5. 8. 11.

3. Cf. D 3, 9; 2, 6 — *ταπεινόφρων*] Cf. I Petr. 3, 8; 5, 5.

4. Cf. D 2, 2; 4, 3; 3, 7. 8; 2, 3. — *οὐ μή*] Doctrina haec vocabula nonnisi 4, 13 (Barn. 19, 2) coniungit; reliquis locis aut *οὐ* aut *μὴ* exhibet. Barnabas illud dicendi genus non solum in hoc capite v. 4—7 sed etiam supra 10, 4—8 prae se fert. — *ἐν ἀκαθαρσίᾳ*] Cf. 10, 8.

5. Cf. D 4, 4; 2, 7; 2, 2; 4, 9.

τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου ἢ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου, ἀλλὰ ἀπὸ νεότητος διδάξεις φόβον θεοῦ. 6. οὐ μὴ γένῃ ἐπιθυμῶν τὰ τοῦ πλησίον σου, οὐ μὴ γένῃ πλεονέκτης. οὐδὲ κολληθήσῃ ἐκ ψυχῆς σου μετὰ ὑψηλῶν, ἀλλὰ μετὰ ταπεινῶν καὶ δικαίων ἀναστραφήσῃ. τὰ συμβαίνοντά σοι ἐνεργήματα ὡς ἀγαθὰ προσδέξῃ, εἰδώς, ὅτι ἄνευ θεοῦ οὐδὲν γίνεται. 7. οὐκ ἔσῃ διγνώμων οὐδὲ δίγλωσσος· παγὶς γὰρ θανάτου ἐστὶν ἡ διγλωσσία. ὑποταγήσῃ κυρίοις ὡς τύπῳ θεοῦ ἐν αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ· οὐ μὴ ἐπιτάξῃς δούλῳ σου ἢ παιδίσκῃ ἐν πικρίᾳ, τοῖς ἐπὶ τὸν αὐτὸν θεὸν ἐλπίζουσιν, μή ποτε οὐ μὴ φοβηθήσονται τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις θεόν· ὅτι οὐκ ἦλθεν κατὰ πρόσωπον καλέσαι, ἀλλ' ἐφ' οὓς τὸ πνεῦμα ἡτοίμασεν. 8. κοινωνήσεις ἐν πᾶσιν τῷ πλησίον σου καὶ οὐκ ἐρεῖς ἴδια εἶναι· εἰ γὰρ ἐν τῷ ἀφθάρτῳ κοινωνοί ἐστε, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς φθαρτοῖς; οὐκ ἔσῃ πρόγλωσσος· παγὶς γὰρ τὸ στόμα θανάτου. ὅσον δύνασαι, ὑπὲρ τῆς ψυχῆς σου ἁγνεύσεις. 9. μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν. ἀγαπήσεις ὡς *κόρην τοῦ ὀφθαλμοῦ* σου πάντα τὸν λαλοῦντά σοι τὸν λόγον κυρίου. 10. μνησθήσῃ ἡμέραν κρίσεως νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ ἐκζητήσεις καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων, ἢ διὰ λόγου κοπιῶν καὶ πορευόμενος εἰς τὸ παρακαλέσαι καὶ μελετῶν εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ, ἢ διὰ τῶν χειρῶν σου ἐργάσῃ εἰς λύτρωσιν ἁμαρτιῶν σου. 11. οὐ διστάσεις δοῦναι οὐδὲ διδοὺς γογγύσεις· γνώσῃ δέ, τίς ὁ τοῦ μισθοῦ καλὸς ἀνταποδότης. *φυλάξεις, ἃ παρέλαβες, μήτε προστιθεὶς μήτε ἀφαιρῶν.* εἰς τέλος μισήσεις τὸ πονηρόν. *κρινεῖς δικαίως.* 12. οὐ ποιήσεις σχίσμα,

2 *ἀπὸ* + *τῆς* H | *θεοῦ* S Doctr. : *κυρίου* HV | 3 *οὐ* : *οὐδ' οὐ* V | 4 *δικαίων καὶ ταπεινῶν* V | *καὶ δικαίων* > H | 4 sq. *ἀναστρ.* : *ἀναγραφήσῃ* H | 5 *ὡς* > H | *πρόσδεξαι* V | 6 *εἰδὼς — γίνεται* > V | *δίγνωμος* V | 7 *δίγλ.* : *γλωσσωδησ* S | *παγὶς — διγλωσσία* V Doctr. : > SH | *ὑποταγήσῃ* + *κυρίῳ* V | 8 *ἐν* > S | 8 sq. *παιδ. ἢ δ. σου* V | 9 *παιδίσκῃ* + *σου* H | *θεὸν* > V | 10 *μὴ φοβηθήσονται* S Doctr. : *φοβηθῶσι* H, *φοβηθήσῃ* V | 10 sq. *οὐκ ἦλθεν* S cf. Doctr. : *ἦλθεν οὐ* HV | 12 *καὶ* > V | *εἶναι* > V | 13 *τῷ ἀφθ.* : *τοῖς ἀφθάρτοις* V | 14 *τὸ* S : > HV | 15 *τῆς ψ.* SH : *τὴν ψυχὴν* V | 17 *τοῦ* > V | 18 *λόγον* + *τοῦ* H | *ἡμέραν* : *ἡμέρας* V | *ἡμέρας καὶ νυκτὸς* H | 19 *καὶ* > V | 19 *τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων* > SH | 22 *λύτρωσιν* V Doctr. : *λυτρον* SH | *οὐ* : *καὶ οὐ* H | 23 *γογγύσεις* SH : + *παντὶ τῷ* (*τῷ* > V) *αἰτοῦντί σε δίδου* (ex Luc. 6, 30) VS** | 24 *προσθισ* S | 25 *τὸ* HV : > S | *κρινεῖς* : *και κρ.* S

[redacted]

vitatem. Ne auferas manum tuam a filio tuo vel a filia tua, sed a pueritia docebis eos timorem dei. 6. Bona proximi tui non concupisces, nec eris avarus; neque ex anima tua adhaerebis superbis, sed humilibus atque iustis uteris. Quidquid tibi accidit, tamquam bonum accipies, conscius, sine deo nihil fieri. 7. Non eris inconstans nec bilinguis; laqueus enim mortis est lingua duplex. Subicieris dominis ut dei imagini in verecundia et timore. Ne in amaritudine imperes servo tuo aut ancillae, qui in eundem deum sperant, ne forte non timeant deum, qui super utrumque est, quoniam non venit vocare secundum personam, sed ad eos, quos spiritus praeparavit. 8. Communicabis in omnibus cum proximo tuo nec quidquam dices proprium; si enim in incorrupto consortes estis, quanto magis in iis, quae corrumpuntur? Non eris lingua praeceps; os enim laqueus est mortis. Quantum potes, propter animam tuam castus eris. 9. Noli porrigere manus tuas ad accipiendum, ad dandum vero contrahere. Diliges *ut pupillam oculi* tui omnem, qui tibi loquetur verbum domini. 10. In memoriam tuam nocte ac die revocabis iudicii diem, et exquires cotidie vultus sanctorum, sive sermone contendens et ad exhortandum incedens et meditans, quomodo animam verbo tuo servare possis, sive manibus tuis operaberis ad redemptionem peccatorum tuorum. 11. Non dubitabis dare neque murmurabis, cum das; cognosces autem, quis sit bonus mercedis retributor. *Servabis*, quae accepisti, *nec addens nec demens*. Malum oderis in perpetuum. *Iuste iudicabis*. 12. Non facies dissidium, sed pacem conciliabis con-

17 Deut. 32, 10; Ps. 16, 8 cf. Prov. 7, 2. — 23 Deut. 12, 32. — 25 Deut. 1, 16; Prov. 31, 9.

6 = D 2, 2. 6; 3, 9. 10.

7 = D 2, 4; 4, 10. 11.

8. Cf. D 2, 8. — *πρόγλωσσος κτλ.*] Prov. 18, 21: *θάνατος καὶ ζωὴ ἐν χειρὶ γλώσσης.* — *ὑπὲρ τῆς ψυχῆς*] i. e. in salutem animae tuae. Cf. II Cor. 12, 15.

9. Cf. D 4, 1. 5.

10. Cf. D 4, 1. 2. 6. — *ἡμέραν κρίσεως*] Cf. II Petr. 2, 9; 3, 7; I Ioann. 4, 17 — *διὰ λόγων κοπιῶν*] Cf. I Tim. 5, 17; I Thess. 5, 12. Sensus: memor esto iudicii etc., sive ministerium verbi divini imples, sive necessitatibus cotidianis occuparis.

11. Cf. D 4, 7. 13. 3. — *μισήσεις τὸ π.*] Barnabas aliis verbis profert, quod iam v. 2 dixit.

12 = D 4, 3. 14.

εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους συναγαγών. ἐξομολογήσῃ ἐπὶ ἁμαρτίαις σου. οὐ προσήξεις ἐπὶ προσευχὴν ἐν συνειδήσει πονηρᾷ. αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τοῦ φωτός.

XX. Ἡ δὲ τοῦ μέλανος ὁδός ἐστιν σκολιὰ καὶ κατάρας μεστή. ὁδὸς γάρ ἐστιν θανάτου αἰωνίου μετὰ τιμωρίας, ἐν ᾗ ἐστὶν τὰ ἀπολλύντα τὴν ψυχὴν αὐτῶν· εἰδωλολατρεία, θρασύτης, ὕψος δυνάμεως, ὑπόκρισις, διπλοκαρδία, μοιχεία, φόνος, ἁρπαγή, ὑπερηφανία, παράβασις, δόλος, κακία, αὐθάδεια, φαρμακεία, μαγεία, πλεονεξία, ἀφοβία θεοῦ· 2. διῶκται τῶν ἀγαθῶν, μισοῦντες ἀλήθειαν, ἀγαπῶντες ψεῦδος, οὐ γινώσκοντες μισθὸν δικαιοσύνης, οὐ ***κολλώμενοι ἀγαθῷ***, οὐ κρίσει δικαίᾳ, χήρᾳ καὶ ὀρφανῷ οὐ προσέχοντες, ἀγρυπνοῦντες οὐκ εἰς φόβον θεοῦ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πονηρόν, ὧν μακρὰν καὶ πόρρω πραΰτης καὶ ὑπομονή, ***ἀγαπῶντες μάταια, διώκοντες ἀνταπόδομα***, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχόν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ καταπονουμένῳ, εὐχερεῖς ἐν καταλαλιᾷ, οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτούς, ***φονεῖς τέκνων***, φθορεῖς πλάσματος θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες τὸν θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ἄνομοι κριταί, πανθαμάρτητοι.

XXI. Καλὸν οὖν ἐστίν, μαθόντα τὰ δικαιώματα τοῦ κυρίου, ὅσα γέγραπται, ἐν τούτοις περιπατεῖν. ὁ γὰρ ταῦτα ποιῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ δοξασθήσεται· ὁ ἐκεῖνα ἐκλεγόμενος μετὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ συναπολεῖται. διὰ τοῦτο ἀνάστασις, διὰ τοῦτο ἀνταπόδομα. 2. ἐρωτῶ τοὺς ὑπερέχοντας, εἴ τινά μου γνώμης ἀγαθῆς λαμβάνετε συμβουλίαν· ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν εἰς οὓς ἐργάσεσθε τὸ καλόν· μὴ ἐλλείπητε. 3. ἐγγὺς ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ συναπολεῖται πάντα τῷ πονηρῷ· ***ἐγγὺς ὁ κύριος καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ***. 4. ἔτι καὶ

1 *δὲ* > S | *συνάγων* V | *ἐπὶ* : *εν* S | *ἁμαρτίᾳ* H | 2 *οὐ* — *προσευχήν* : *οὐκ ἥξεις ἐν προσευχῇ σου* V | 2 sq. *αὕτη* — *φωτός* VS** : > SH | 4 *σκολιά ἐστι* H | *σκολιασ* S | 5 *ἔστι γὰρ ὁδὸς* V | *αιωνια* S | 8 *παραβασεισ* S | 8 sq. *μαγεία* (*μαγία* V, similiter saepius) *πλεονεξία* > S | 10 *ψεῦδος* H Doctr. : *ψευδη* S, > V | 11 *καὶ* > H | *οὐ* > V | 13 *ματαιοτητα* S | 15 *ἐν* : *ἐπὶ* H | 17 *καταπονοῦντες* : *και κ.* S | 18 *πανταμαρτητοι* SV | 19 *οὖν* > S | *μανθάνοντα* H | *τοῦ* > V | 20 *προγέγραπται* V | 22 sq. *ἀνταπόδοσις* V | *μου* > H | 24 *μεθ' ἑαυτῶν* post *ἐργάσ.* V | *ἐργάσεσθε* H : *-σησθε* S, *-σασθε* V | 24 sq. *τὸ καλὸν* > V | 25 *ἐλλείπητε* em cf. v. 8 : *ἐλλίπητε* H, *ενλιπηται* S (item v. 8), *ἐγκαταλείπητε* V | *ἐγγὺς* + *γὰρ* V | *πάντα* : *τὰ π.* H | 26 *μισθὸς* + *ὁ* H

XX, 1. Cf. D, 5, 1. — *μέλανος*] | Cf. 4, 10.

tendentes associans. Confiteberis peccata tua. Non accedes ad orationem in conscientia mala. Haec est via lucis.

XX. Via autem tenebrarum obliqua est plenaque maledictionis. Est enim via mortis aeternae cum supplicio, in qua sunt, quae perdunt animam hominum: idololatria, temeritas, elatio ob potentiam, simulatio, cor duplex, adulterium, homicidium, rapina, superbia, transgressio, dolus, malitia, arrogantia, veneficium, magia, avaritia, nullus dei timor; 2. bonorum persecutores, osores veritatis, amatores mendacii, non cognoscentes mercedem iustitiae, non *adiuncti ad bonum* nec ad iustum iudicium, viduae et pupillo non attendentes, vigilantes non ad timorem dei, sed ad malitiam, a quibus longe ac procul sunt mansuetudo et patientia, *qui diligunt vana, consectantur remunerationem,* non miserentur inopis, non laborant in gratiam labore et aerumnis confecti, ad obtrectationem prompti, non cognoscentes creatorem suum, *liberorum interemptores,* in abortione corrumpentes dei creaturam, aversantes egenum, opprimentes afflictum, divitum advocati, pauperum iniqui iudices, per omnia peccatores.

XXI. Aequum igitur est, ut homo edoctus mandata domini, quotquot scripta sunt, in iis ambulet. Qui enim ea perficit, in regno dei gloria cumulabitur; qui vero illa elegerit, simul cum suis operibus peribit. Propterea resurrectio, propterea retributio. 2. Rogo vos, proceres, si bonae voluntatis meae consilium accipere velitis: habetis vobiscum, quibus faciatis bonum; ne defeceritis. 3. Prope est dies, in qua omnia cum malo peribunt; *prope est dominus et merces eius.* 4. Etiam

11 Rom. 12, 9. — 13 Ps. 4, 3. — 14 Ies. 1, 13. — 16 Sap. 5, 12. — 26 Ies. 40, 10.

2 = D 5, 2. — *χήρᾳ κ. ὀ. οὐ προσέχοντες*] Cf. Iac. 1, 27. Cum viduis ac pupillis maxime opus est, ut defendantur et iuste iudicentur, Barnabas sermone de iusto vel iniusto iudicio praecedente motus esse videtur, ut haec verba Doctrinae adderet.

XXI, 1. *ἐκεῖνα*] i. e. quae divinae voluntati sunt contraria, de quibus c. 20 fuerat sermo.

2—4. Hanc particulam nonnullis verbis omissis Canones apost. ecclesiastici c. 14 Doctrinae 1—4, 8 adiungunt.

2. *ἔχετε κτλ.*] Cf. Ioann. 12, 8. — *ἐργάσεσθε κτλ.*] Cf. Gal. 6, 9; II Thess. 3, 13.

3. *ἐγγύς*] Cf. Phil. 4, 5; Iac. 5, 9; Apoc. 1, 3; 22, 10. — *κύριος κ. ὁ μισθός*] Cf. I Clem. 34, 3.

ἔτι ἐρωτῶ ὑμᾶς· ἑαυτῶν γίνεσθε νομοθέται ἀγαθοί, ἑαυτῶν μένετε σύμβουλοι πιστοί, ἄρατε ἐξ ὑμῶν πᾶσαν ὑπόκρισιν. 5. ὁ δὲ θεός, ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κυριεύων, δώῃ ὑμῖν σοφίαν, σύνεσιν, ἐπιστήμην, γνῶσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ, ὑπομονήν. 6. γίνεσθε δὲ θεοδίδακτοι, ἐκζητοῦντες, τί ζητεῖ κύριος ἀφ' ὑμῶν, καὶ ποιεῖτε, ἵνα εὑρεθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. 7. εἰ δὲ τίς ἐστιν ἀγαθοῦ μνεία, μνημονεύετέ μου μελετῶντες ταῦτα, ἵνα καὶ ἡ ἐπιθυμία καὶ ἡ ἀγρυπνία εἴς τι ἀγαθὸν χωρήσῃ. ἐρωτῶ ὑμᾶς, χάριν αἰτούμενος. 8. ἕως ἔτι τὸ καλὸν σκεῦός ἐστιν μεθ' ὑμῶν, μὴ ἐλλείπητε μηδενὶ ἑαυτῶν, ἀλλὰ συνεχῶς ἐκζητεῖτε ταῦτα καὶ ἀναπληροῦτε πᾶσαν ἐντολήν· ἔστιν γὰρ ἄξια. 9. διὸ μᾶλλον ἐσπούδασα γράψαι ἀφ' ὧν ἠδυνήθην, εἰς τὸ εὐφρᾶναι ὑμᾶς. σώζεσθε, ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης. ὁ κύριος τῆς δόξης καὶ πάσης χάριτος μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν.

Ἐπιστολὴ Βαρνάβα.

1 *αγαθων* S | 3 *τοῦ παντὸς* S Clem : *παντὸς τοῦ* V, *σύμπαντος τοῦ* H | 3 sq. *ἐπιστήμην σύνεσιν* V | 4 *ἐν ὑπομονῇ* V | 5 *δὲ* > H | *θεοδίδακτοι* > S | 6 *εὑρεθῆτε* S : *εὕρητε* H, *σωθῆτε* V | *τίς* : *τι* S | 9 *ἕως* : *ὡς* V | 10 *αὑτῶν* V | 11 *γὰρ* + *ταῦτα* V | 12 sq. *εἰς τὸ — εἰρήνης* > H | 14 *ὑμῶν* + *ἀμὴν* V 15 *'Επ. Βαρνάβα* S : + *τοῦ ἀποστόλου συνεκδήμου Παύλου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου* V, > H

5—6. Clem. Al. Strom. II, 18, 84 p. 472.

6. *θεοδίδακτοι*] Cf. Ies. 54, 13; I Thess. 4, 9; Ioann. 6, 45. Tat. Or. c. 29; Athen. Leg. c. 11. 32; Clem. Al. Paedag. I, 6, 37 p. 120; Strom. I, 20, 98 p. 376. — *εὑρεθῆτε*] Cf. 4, 14; Ign. Trall. 2, 2.

atque etiam rogo vos: estote vobis boni legislatores, vobis manete consiliarii fideles, tollite ex vobis omnem hypocrisin. 5. Deus autem, qui universo mundo dominatur, det vobis sapientiam, intellegentiam, scientiam, cognitionem mandatorum suorum, perseverantiam. 6. Efficiamini autem docti a deo, exquirentes, quid a vobis requirat dominus, et efficite, ut inveniamini in die iudicii. 7. Si qua vero est in vobis boni recordatio, mementote mei haec verba mea meditantes, ut et desiderium et vigilantia mea in aliquod bonum evadat. Rogo vos, gratiam postulans. 8. Usquedum in hoc pulcro vase estis, in nullo horum mandatorum deficite, sed indesinenter haec exquirite et adimplete omne mandatum; namque digna sunt. 9. Quare potissimum id operam dedi, ut scriberem quantum in me fuit, quo exhilararem vos. Salvete, filii dilectionis et pacis. Dominus gloriae et omnis gratiae sit cum spiritu vestro!

Epistula Barnabae.

8. *σκεῦος*] i. e. corpus. Cf. 7, 3; 11, 9.

9. Clem. Al. Strom. II, 18, 84 p. 472 (*ἀγάπης — εἰρήνης*). — *μετὰ τ. πνεύματος*] Cf. Gal. 6, 18; Phil. 4, 23; II Tim. 4, 22; Philem. 25.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ Α̅.

Ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ ἡ παροικοῦσα Ῥώμην τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ παροικούσῃ Κόρινθον, κλητοῖς ἡγιασμένοις ἐν θελήματι θεοῦ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντοκράτορος θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη.

I. Διὰ τὰς αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους γενομένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ περιπτώσεις, ἀδελφοί, βράδιον νομίζομεν ἐπιστροφὴν πεποιῆσθαι περὶ τῶν ἐπιζητουμένων παρ' ὑμῖν πραγμάτων, ἀγαπητοί, τῆς τε ἀλλοτρίας καὶ ξένης τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ θεοῦ, μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου στάσεως, ἣν ὀλίγα πρόσωπα προπετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, ὥστε τὸ σεμνὸν καὶ περιβόητον καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιαγάπητον ὄνομα ὑμῶν μεγάλως βλασφημηθῆναι. 2. τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίστιν οὐκ ἐδοκίμασεν; τήν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆ γνῶσιν οὐκ ἐμακάρισεν; 3. ἀπροσωπολήμπτως γὰρ

A = codex Alexandrinus, H = Hierosolymitanus, L = versio latina, S = versio syriaca.

1 *Κλ. π. Κορ.* α̅ H, ... *Σ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ* A, Incipit Epistola Clementis ad Corinthios L, Epistula catholica Clementis discipuli Petri apostoli ad ecclesiam Corinthiorum S | 5 *ἀπὸ* + *τοῦ* H | 6 *ἡμῖν* : *καθ' ἡμῶν* H | 7 *περιπτώσεις* AS : *περιστάσεις* H, impedimenta L | *ἀδελφοί* A, dilecti S : > HL | 8 *ἀγαπητοί* > S | 13 *βλασφημεῖσθαι* H, *βλαφθῆναι* LS | 17 *ἀπροσωπολήπτως* H et similiter semper

Inscriptionem imitati sunt Polycarpus ad Philippenses et auctores Martyrii Polycarpi ac Constitutionum apostolicarum. Verbum *παροικεῖν* domicilium transiens vel ad tempus durans denotat, *κατοικεῖν* permanens,

CLEMENTIS AD CORINTHIOS I.

Ecclesia dei, quae Romae peregrinatur, ecclesiae dei, quae Corinthi peregrinatur, vocatis sanctificatis voluntate divina per dominum nostrum Iesum Christum. Gratia vobis et pax ab omnipotente deo per Iesum Christum multiplicetur.

I. Propter subitas ac sibi invicem succedentes calamitates et casus adversos, qui nobis acciderunt, tardius, fratres, nosmet ipsos convertisse existimamus ad res, quae desiderantur apud vos, dilecti, et ad seditionem impiam ac detestandam, dei electis peregrinam et alienam, quam pauci homines temerarii et audaces in tantum insolentiae accenderunt, ut honorificum et illustre nomen vestrum et ab omnibus amari dignum vehementer blasphemaretur. 2. Quis enim, apud vos deversatus, omni virtute plenam firmamque ac stabilem fidem vestram non probavit, sobriamque et moderatam in Christo pietatem non est admiratus, et splendidos ac liberales hospitalitatis vestrae mores non praedicavit, et perfectam certamque cognitionem vestram non beatam existimavit? 3. Omnia enim sine personarum intuitu a

vox *πάροικος* inquilinum vel eum, qui non est civis. Cf. I Petr. 1, 17; 2, 11; II Clem. 5, 1. 5; Diognet. 5, 5; Eus. H. E. IV, 23, 5; V, 1, 3.

I, 1. *αἰφνιδίους κτλ.*] Clemens Domitiani persecutionem respicit. Cf. Prolegom. c. 2. — *παρ' ὑμῖν*] non *παρ' ὑμῶν*, et erraverunt, qui interpretati sunt, fratres Corinthios Romanos fratres per litteras adiisse auxilium implorantes. Clemens 47, 6. 7 scribit, seditionem, quae inter illos exstitit, per famam divulgatam esse, et fortasse Fortunatus ille infra c. 65 memoratus Romanos de dissidiis certiores fecit. — *στάσεως*] Cf. Eus. H. E. III, 16. — *ὀλίγα πρόσ.*] Cf. 47, 7. — *σεμνὸν κ. π.*] Cf. 47, 6.

2—3. Clem. Al. Strom. IV, 17, 107 p. 610 ed. Potter (— *ἐπορεύεσθε*). — *πίστιν . . φιλοξενίας*] Cf. 10, 7; 12, 1; Eus. H. E. IV, 22, 2; 23, 9. 10.

πάντα ἐποιεῖτε καὶ ἐν τοῖς νομίμοις τοῦ θεοῦ ἐπορεύεσθε, ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ τιμὴν τὴν καθήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῖν πρεσβυτέροις· νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε· γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει πάντα ἐπιτελεῖν παρηγγέλλετε, στεργούσας καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν· ἔν τε τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας τὰ κατὰ τὸν οἶκον σεμνῶς οἰκουργεῖν ἐδιδάσκετε, πάνυ σωφρονούσας.

II. Πάντες τε ἐταπεινοφρονεῖτε μηδὲν ἀλαζονευόμενοι, ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες, ἥδιον διδόντες ἢ λαμβάνοντες· τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Χριστοῦ ἀρκούμενοι καὶ προσέχοντες, τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐνεστερνισμένοι ἦτε τοῖς σπλάγχνοις, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. 2. οὕτως εἰρήνη βαθεῖα καὶ λιπαρὰ ἐδέδοτο πᾶσιν καὶ ἀκόρεστος πόθος εἰς ἀγαθοποιΐαν, καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγίνετο· 3. μεστοί τε ὁσίας βουλῆς, ἐν ἀγαθῇ προθυμίᾳ μετ' εὐσεβοῦς πεποιθήσεως ἐξετείνετε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν παντοκράτορα θεόν, ἱκετεύοντες αὐτὸν ἵλεων γενέσθαι, εἴ τι ἄκοντες ἡμάρτετε. 4. ἀγὼν ἦν ὑμῖν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὑπὲρ πάσης τῆς ἀδελφότητος, εἰς τὸ σώζεσθαι μετ' ἐλέους καὶ συνειδήσεως τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ. 5. εἰλικρινεῖς καὶ ἀκέραιοι ἦτε καὶ ἀμνησίκακοι εἰς ἀλλήλους. 6. πᾶσα στάσις καὶ πᾶν σχίσμα βδελυκτὸν ἦν ὑμῖν. ἐπὶ τοῖς παραπτώμασιν τῶν πλησίον ἐπενθεῖτε· τὰ

1 *ἐν* HLS Clem cf. 3, 4 : > A | *νομίμοις* L Clem : *νόμοις* AH | 2 *ὑμῶν* > H | 3 *ἡμῖν* H | 4 *καὶ σεμνῇ* > LS | 11 *Χριστοῦ* HLS : *θῦ* A | 12 *εστερνισμενοι* A | 16 *ὁσίας* : *θείας* H | 17 *εξετεινατε* A | 18 *ϊλεωσ* A | *ἄκοντες* : *ἑκόντες* S, ignorantes L | 20 *μετ' ἐλέους* : *μετὰ δέους* H | 23 *ἦν* > A | *τῶν πλ.* : *τοισ πλ.* A

3. *ἐν τοῖς νομίμοις ἐπορεύεσθε*] Cf. Ier. 33, 4; Ezech. 5, 6. 7; 20, 18; at locutio *τοῖς νομίμοις πορεύεσθαι* Lev. 18, 3; 20, 23; I Macc. 6, 59 legitur. — *ὑπατασσόμενοι κτλ.*] Cf. I Petr. 5, 5. Vox *ἡγούμενοι* designat praepositos et quidem ecclesiasticos, non magistratus civiles, ut nonnulli censuerunt. Idem vox *πρεσβύτεροι* 44, 5; 47, 6; 54, 2; 55, 4; 57, 1 denotat, hoc autem loco et 3, 3; 21, 6, ut ex voce *νέοι* sequente apparet, aetatem vel seniores. Cum presbyteri iidem seniores fuerint, Clemens hac voce etiam illos quidem comprehendit, re vera autem non solum de iis, sed de omnibus aetate provectis loquitur. — *στεργούσας κτλ.*] Cf. Eph. 5, 22—24; Tit. 2, 4; Polyc. Phil. 4, 2. — *κανόνι*] Cf. 7, 2; 41, 1; Gal. 6, 16; II Cor. 10, 13. 15. 16.

II, 1. *ὑποτασσόμενοι κτλ.*] Cf. Eph.

vobis facta sunt, et in dei legitimis ambulastis, praepositis vestris subditi et seniores, qui sunt inter vos, debito honore prosequentes; iuvenibus, ut moderata et honesta sectarentur, mandastis; mulieres in inculpabili, honesta et casta conscientia omnia peragere iussistis, diligentes maritos suos, prout officium postulat, et in oboedientiae canone se continentes res domesticas cum gravitate administrare docuistis, omnino honeste se gerentes.

II. Omnes humili animo eratis, in nulla re inani gloriatione dediti, aliis subiecti potius quam alios vobis subicientes, libentius dantes quam accipientes; Christi viatico contenti eique animum adtendentes verba ipsius diligenter ac cum amore complexi eratis, et passiones eius vobis prae oculis obversabantur. 2. Sic alta et abundans pax cum inexplebili benefaciendi desiderio omnibus data fuit; plena etiam super omnes spiritus sancti effusio facta est; 3. sanctaque voluntate pleni, sincera animi alacritate, cum pia confidentia, manus vestras ad deum omnipotentem extendistis, supplicantes ei, ut esset erga vos animo propitio, si quid inviti peccassetis. 4. Diu noctuque solliciti eratis pro universa fraternitate, ut numerus electorum dei cum misericordia et conscientia salutem consequeretur. 5. Sinceri et simplices eratis atque iniuriarum invicem immemores. 6. Seditio omnis et scissura vobis abominationi erat; proximo-

5, 21. — *διδόντες κτλ.*] Cf. Act. 20, 35. — *τὰ ἐφόδια τοῦ Χριστοῦ*] sunt dona, quibus in militia nostra christiana opus est. Si Clemens *θεοῦ* (A) pro *Χριστοῦ* scripserit, de donis loquitur, quae ad corpus sustentandum pertinent, vel de sumptibus ad vitam necessariis. Equidem illam lectionem non solum testes, sed etiam contextum respiciens praefero. Clemens dicere videtur, Corinthios bona terrena malle dare quam accipere, cum a Christo bona caelestia acceperint iisque contenti sint. — *προσέχοντες*] Verbum a nonnullis cum particula sequente coniungitur, et profecto nonnunquam cum accusativo construitur, cf. Exod. 24, 11; Ies. 1, 10. Si lectio *Χριστοῦ* recipitur, verbum potius cum praecedentibus coniungendum est. — *παθήματα αὐτοῦ*] sc. *τοῦ Χριστοῦ*. Cf. II Cor. 1, 5; I Petr. 4, 13; 5, 1.

4. *ἀδελφότητος*] Cf. I Petr. 2, 17; 5, 9; Polyc. Phil. 10, 1. — *μετ' ἐλέους*] i. e. misericordia, quam fratres inter sese adhibent. Similiter vox *συνείδησις* de conscientia fratrum seu de cognitione intellegenda esse videtur, quam alii de aliorum infirmitate et imbecillitate habent id agentes, ut ipsos corroborent. — *ἀριθμὸν τ. ἐκλ.*] Cf. 58, 2; 59, 2; Apoc. 7, 4; Const. ap. V, 15; VIII, 22.

ὑστερήματα αὐτῶν ἴδια ἐκρίνετε. 7. ἀμεταμέλητοι ἦτε ἐπὶ πάσῃ ἀγαθοποιΐᾳ, *ἕτοιμοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν*. 8. τῇ παναρέτῳ καὶ σεβασμίῳ πολιτείᾳ κεκοσμημένοι πάντα ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ ἐπετελεῖτε· τὰ προστάγματα καὶ τὰ δικαιώματα τοῦ κυρίου ἐπὶ τὰ πλάτη τῆς καρδίας ὑμῶν ἐγέγραπτο.

III. Πᾶσα δόξα καὶ πλατυσμὸς ἐδόθη ὑμῖν καὶ ἐπετελέσθη τὸ γεγραμμένον· *Ἔφαγεν καὶ ἔπιεν, καὶ ἐπλατύνθη καὶ ἐπαχύνθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος*. 2. Ἐκ τούτου ζῆλος καὶ φθόνος, ἔρις καὶ στάσις, διωγμὸς καὶ ἀκαταστασία, πόλεμος καὶ αἰχμαλωσία. 3. οὕτως ἐπηγέρθησαν *οἱ ἄτιμοι ἐπὶ τοὺς ἐντίμους*, οἱ ἄδοξοι ἐπὶ τοὺς ἐνδόξους, οἱ ἄφρονες ἐπὶ τοὺς φρονίμους, οἱ νέοι ἐπὶ τοὺς πρεσβυτέρους. 4. διὰ τοῦτο πόρρω ἄπεστιν ἡ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη, ἐν τῷ ἀπολιπεῖν ἕκαστον τὸν φόβον τοῦ θεοῦ καὶ ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ ἀμβλυωπῆσαι, μηδὲ ἐν τοῖς νομίμοις τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ πορεύεσθαι μηδὲ πολιτεύεσθαι κατὰ τὸ καθῆκον τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ ἕκαστον βαδίζειν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς καρδίας αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, ζῆλον ἄδικον καὶ ἀσεβῆ ἀνειληφότας, δι' οὗ καὶ *θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον*.

IV. Γέγραπται γὰρ οὕτως· *Καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας, ἤνεγκεν Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ θεῷ, καὶ Ἄβελ ἤνεγκεν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν*. 2. *καὶ ἐπεῖδεν ὁ θεὸς ἐπὶ Ἄβελ καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ, ἐπὶ δὲ Κάϊν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχεν*. 3. *καὶ ἐλυπήθη Κάϊν λίαν καὶ συνέπεσεν τῷ προσώπῳ αὐτοῦ*. 4. *καὶ εἶπεν ὁ θεὸς πρὸς Κάϊν· Ἱνατί περίλυπος ἐγένου, καὶ ἱνατί συνέπεσεν τὸ πρόσωπόν σου; οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες;*

1 sq. *ἀμεταμ. — ἀγαθοποιΐᾳ* > L | 3 *σεβασμιωτάτῃ* H | 9 *φθόνος* + *καὶ* AL; L autem etiam post *στάσις* et *ἀκαταστασία* | 12 *ἀπέστη* H | 17 *τῆς καρδίας* > A | 19 *οὕτως* > H | 20 *θεῷ* AS : *κυρίῳ* HL LXX | 25 *τῷ προσώπῳ* A LXX : *τὸ πρόσωπον* H LS cf. v. 4 | 27 *ἐὰν* A : *ἂν* H hic et alias

8. *πλάτη τ. κ.*] Cf. Prov. 7, 3.
III, 1. *πλατυσμός*] II Reg. 22, 20; Ps. 117, 5 *τῇ θλίψει* opponitur et designat libertatem, ubertatem, laetum animum. Cf. Ps. 17, 5; 118, 45.
2. Cf. Iac. 4, 1. — *ἀκαταστασία*] Cf. I Cor. 14, 33. II Cor. 6, 5; 12. 20. Iac. 3, 16.
3. Cf. Ies. 3, 5.
4. *πολιτεύεσθαι κτλ.*] Similiter Phil. 1, 27: *ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε*. Si Clementis

rum delicta lugebatis; illorum defectus vestros censebatis. 7. Benefacti nullius paenitebat vos; *ad omne bonum opus parati.* 8. Ornati virtutum plena et veneranda vitae ratione omnia in timore eius peragebatis; mandata et praecepta domini in latitudine cordis vestri scripta erant.

III. Omnis honor et dilatatio vobis data erat, et scriptum illud impletum est: *Edit, bibit, dilatatus et incrassatus est, et recalcitravit dilectus.* 2. Ab hoc fonte zelus et invidia, contentio et factiones, persecutio et seditio, bellum et captivitas manarunt. 3. Sic *viles contra honoratos,* inglorii contra gloriosos, insipientes contra sapientes, iuvenes contra seniores insurrexerunt. 4. Hanc ob causam procul absunt iustitia et pax, cum unusquisque dei timorem deseruerit et in fide eius caecutiat, neque in institutis praeceptorum eius ambulet aut vitam Christo dignam degat, sed secundum concupiscentias cordis sui pravi unusquisque incedat, iniquam et impiam invidiam resumendo, per quam etiam *mors in mundum intravit.*

IV. Sic enim scriptum est: *Et factum est post dies, obtulit Cain ex fructibus terrae sacrificium domino; Abel autem obtulit et ipse de primogenitis ovium suarum et de adipibus earum. 2. Et respexit deus super Abel et super munera eius, super Cain autem et super sacrificia eius non advertit.* 3. *Et contristatus est Cain valde et concidit vultu suo.* 4. *Et dixit deus ad Cain: Quare tristis factus es, et quare concidit vultus tuus? Nonne, si recte offeras, non autem recte di-*

2 Tit. 3, 1. — 7 Deut. 32, 15. — 10 Ies. 3, 5. — 18 Sap. 2, 24. — 19 Gen. 4, 3—8.

locutio ad hanc referenda est, τὸ καθῆκον τῷ Χριστῷ interpretari possumus: quod Christo placet vel Christo dignum est. Si Clemens verbum καθῆκον sensu stricto adhibuit, voce Χριστοῦ metonymice Christanos appellavit, similiter ac Aug. De civ. Dei XVII, 4, 9. — ἀνειληφότας] Pluralis ob nomen collectivum ἕκαστος.

IV, 4. οὐκ ἐὰν κτλ.] Cf. Iren. Adv. haer. IV, 18, 3 (III, 23, 4), ubi verba S. Scripturae (i. e. LXX; textus hebraicus enim alia exhibet) hoc modo explicantur: Si quis solummodo secundum quod videtur, munde et recte et legitime offerre tentaverit, secundum autem suam animam non recte dividat eam quae est ad proximum communionem (si cum zelo, ut auctor paulo ante dicit, et malitia divisionem habet in corde), . . seducit Deum.

5. *ἡσύχασον· πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ.* 6. *καὶ εἶπεν Κάϊν πρὸς Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ, ἀνέστη Κάϊν ἐπὶ Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν.* 7. ὁρᾶτε, ἀδελφοί, ζῆλος καὶ φθόνος ἀδελφοκτονίαν κατειργάσατο. 8. διὰ ζῆλος ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰακὼβ ἀπέδρα ἀπὸ προσώπου Ἠσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. 9. ζῆλος ἐποίησεν Ἰωσὴφ μέχρι θανάτου διωχθῆναι καὶ μέχρι δουλείας εἰσελθεῖν. 10. ζῆλος φυγεῖν ἠνάγκασεν Μωϋσῆν ἀπὸ προσώπου Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου ἐν τῷ ἀκοῦσαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὁμοφύλου· *Τίς σε κατέστησεν κριτὴν ἢ δικαστὴν ἐφ᾽ ἡμῶν; μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες ἐχθὲς τὸν Αἰγύπτιον;* 11. διὰ ζῆλος Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ ἔξω τῆς παρεμβολῆς ηὐλίσθησαν. 12. ζῆλος Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν ζῶντας κατήγαγεν εἰς ᾅδου διὰ τὸ στασιάσαι αὐτοὺς πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ θεοῦ Μωϋσῆν. 13. διὰ ζῆλος Δαυὶδ φθόνον ἔσχεν οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Σαοὺλ βασιλέως Ἰσραὴλ ἐδιώχθη.

V. Ἀλλ᾽ ἵνα τῶν ἀρχαίων ὑποδειγμάτων παυσώμεθα, ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα γενομένους ἀθλητάς· λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα. 2. διὰ ζῆλον καὶ φθόνον οἱ μέγιστοι καὶ δικαιότατοι στύλοι ἐδιώχθησαν καὶ ἕως θανάτου ἤθλησαν. 3. λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλους· 4. Πέτρον, ὃς διὰ ζῆλον ἄδικον οὐχ ἕνα οὐδὲ δύο, ἀλλὰ πλείονας ὑπήνεγκεν πόνους καὶ οὕτω μαρτυρήσας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης. 5. διὰ ζῆλον καὶ ἔριν Παῦλος ὑπομονῆς

6 *κατειργάσαντο* H | *ζῆλον* H, similiter postea | 8 *εἰσελθεῖν* A : *ἐλθεῖν* HS (?), devenire L | 11 *κριτὴν* A : *ἄρχοντα* HLS LXX | *ἢ* AL : *καὶ* HS | 12 *χθὲς* H | *διὰ* > A | 13 *ζῆλος* LS : *διὰ ζ.* AH | 16 *ὑπὸ* bis A : *ἀπὸ* H | *ὑπὸ* sec + *τοῦ* H | 17 *βασιλέως Ἰσρ.* > H | 23 *Πέτρον ὃς* HL : . . . . *οσ* A, Petrus S

5. *πρὸς σὲ κτλ.*] i. e. a me non recipitur donum tuum.

8. *ὁ πατὴρ ἡμῶν*] Cf. 31, 2. Hoc modo Christiani non solum ex Iudaeis, sed etiam e gentilibus loquebantur, de cognatione potius spirituali quam carnali dicentes. Cf. Iust. Dial. c. 134; Theophilus Ad Autol. III, 24. 25. 28.

10. *κριτὴν ἢ δικ.*] Cf. Luc. 12, 14.

12. *θεράποντα τοῦ θεοῦ*] Cf. Barn. 14, 4.

V, 1. *ἔγγιστα . . γενεᾶς*] Cum Clemens ab exemplis V. T. ad exempla N. T. progrediatur, haec vocabula de temporis spatio non nimis parvo

[redacted]

vidas, peccasti? 5. *Quiesce; ad te revertetur donum tuum, et tuae iterum erit potestatis.* 6. *Et dixit Cain ad Abel fratrem suum: Transeamus in campum. Et factum est, dum essent in campo, surrexit Cain super Abel fratrem suum et occidit eum.* 7. Videtis, fratres, propter zelum et invidiam fratricidium commissum. 8. Propter zelum pater noster Iacob a facie fratris sui Esau aufugit. 9. Zelus effecit, ut Ioseph ad mortem usque exagitaretur et usque ad servitutem perveniret. 10. Zelus Mosem a facie Pharaonis regis Aegypti fugere compulit, cum popularem suum dicentem audiret: *Quis te constituit arbitrum aut iudicem super nos? Numquid tu vis me occidere, quemadmodum occidisti heri Aegyptium?* 11. Propter zelum Aaron et Mariam extra castra stabulati sunt. 12. Zelus Dathan et Abiron vivos ad inferos detrusit, quod cum Mose dei famulo seditiose contenderunt. 13. Propter zelum David non tantum alienigenarum invidiam sustinuit, sed regem etiam Saul persecutorem expertus est.

V. Sed ut vetera exempla relinquamus, ad proximos athletas veniamus; saeculi nostri generosa exempla proponamus. 2. Propter zelum et invidiam, qui maximae et iustissimae columnae erant, persecutionem passi sunt et usque ad mortem certaverunt. 3. Ponamus nobis ante oculos bonos apostolos: 4. Petrum, qui propter zelum iniquum non unum aut alterum, sed plures labores sustulit atque ita testimonio perhibito in debitum gloriae locum discessit. 5. Propter zelum et conten-

6 Gen. 27, 41 sqq. — 7 Gen. 37. — 10 Exod. 2, 14. — 12 Num. 12. — 13 Num. 16. — I Reg. 18 sqq.

intellegi possunt. — γενναῖα] Vox in martyribus laudandis sollemnis. Cf. 5, 6; 6, 2; Mart. Ign. 2, 2; 7, 3; Mart. Polyc. 2, 1; 3, 1; Eus. H. E. V, 1, 7. 17. 19. 20. 36. 54; Orig. Exhort. mart. c. 1. 23; Chrysost. Hom. in s. Ign. c. 1 (ter). 5.

2. στῦλοι] Cf. Gal. 2, 9. Petri et Pauli martyria ut a Clemente Rom. sic simul commemorantur a Dionysio Cor. (Eus. H. E. II, 25, 8), Caio Rom. (ibid.), Tertulliano Scorp. c. 15, De praescript. c. 36, Petro Alex. De paenit. can. 9 (PG 18, 483). Cf. Ign. Rom. 4, 3; Iren. Adv. haer. III, 3, 2. Macarius Magnes Apocrit. IV, 14 (ed. Blondel p. 181) locum Clementis ante oculos habuisse videtur.

4. μαρτυρήσας] Contextus (cf. v. 2: ἕως θανάτου) docet, μαρτυρεῖν hic non solum *evangelium praedicare*, sed etiam magis *martyrium pati* significare. — ὀφειλ. τόπον] Cf. Polyc. Phil. 9, 2. Petrum Romae mortuum

βραβεῖον ἔδειξεν, 6. ἑπτάκις δεσμὰ φορέσας, φυγαδευθείς, λιθασθείς, κήρυξ γενόμενος ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν τῇ δύσει, τὸ γενναῖον τῆς πίστεως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν, 7. δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη, ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός.

VI. Τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ὁσίως πολιτευσαμένοις συνηθροίσθη πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν, οἵτινες πολλαῖς αἰκίαις καὶ βασάνοις διὰ ζῆλος παθόντες ὑπόδειγμα κάλλιστον ἐγένοντο ἐν ἡμῖν. 2. διὰ ζῆλος διωχθεῖσαι γυναῖκες Δαναΐδες καὶ Δίρκαι, αἰκίσματα δεινὰ

6 *ἐπορεύθη* AH : *ἐπήρθη* LS | 9 *πολλαῖς αἰκίαις κ. β.* AHS : *πολλὰς αἰκίας καὶ βασάνους* L Knopf | 11 *Δαναΐδες καὶ Δίρκαι* (*δειρ καὶ* H) AHLS : *νεανίδες παιδίσκαι* con Wordsworth

esse Clemens hic non expressis quidem, sed satis perspicuis verbis dicit. Duo praesertim consideranda sunt. Cum Paulus, altera ecclesiae columna, ut nemo negat, Romae mortem subierit, verisimile est, Petrum a Clemente Romano ideo simul cum eo nominatum esse, quia ipse quoque in illa urbe martyrium passus est. Accedit, quod auctor c. 6 de Christianorum persecutione per Neronem Romae facta satis aperte loquitur, et cum hoc capitulum artissime cum antecedente cohaereat, etiam Petrus Romae decessisse putandus est. Quae ita esse et theologi protestantes plerique agnoscunt. Harnack ad h. l. dicit: Lis sub iudice adhuc non esset, nisi critici fabulis illis Pseudoclementis vel iudaizantium Christianorum plus quam par est auctoritatis tribuerent. Cf. *Theolog. Quartalschrift* 1877 p. 659—665.

5. *βραβεῖον*] Cf. I Cor. 9, 24; Phil. 3, 14; Mart. Polyc. 17, 1.

6. *ἑπτάκις κτλ.*] Septies se vincula tulisse nec Paulus ipse in II Cor. 11, 22 sqq. narrat nec Lucas in Actis. Fortasse Clemens vocem *ἑπτάκις* sensu vocis *πολλάκις* usurpavit. Cf. Nestle, Philologica sacra 1896 p. 24; *Zeitschrift für neutest. Wissenschaft und die Kunde des Urchristentums* ed. Preuschen I (1900), 179. — *φυγαδευθείς*] Cf. Act. 9, 25. 30; 13, 50; 14, 6 etc.; II Cor. 11, 33. — *λιθασθείς*] Cf. Act. 14, 5. 19. II Cor. 11, 25. — *κήρυξ*] Cf. I Tim. 2, 7; II Tim. 1, 11.

7. *ὅλον τὸν κόσμον κτλ.*] Hunc locum auctor epistulae Clementis ad Iacobum Homiliis Clementis praefixae respicere videtur. — *τέρμα τῆς δύσεως*] Vocabulum *τέρμα* ad significandum finem vel terminum adhibent Herodotus VII, 54, Philostratus Vit. Apoll. V, 4 (ed. Westermann 1849), Eusebius Vit. Constant. I, 8, Cyrillus Hieros. Catech. VI, 2. 3; Epiphanius H. 66 c. 1; 70 c. 4. Occidentem autem terminare cum Hispania tum Iberia vel Britannia a veteribus putabantur. Cf. Philostrat. l. c.; Strabo II, 1. 4; III, 2 (ed. Ca-

[redacted]

tionem Paulus patientiae praemium exhibuit, 6. septies in vincula coniectus, fugatus, lapidatus, in oriente ac occidente verbi praeco factus, illustrem fidei suae famam sortitus est, 7. qui postquam mundum universum iustitiam docuit et ad occidentis terminos venit et coram praefectis testimonium perhibuit, sic e mundo migravit et in locum sanctum abiit, summum patientiae exemplar exsistens.

VI. Viris istis sancte vitam instituentibus magna electorum multitudo aggregata est, qui suppliciis multis et tormentis, propter zelum passi, exemplar optimum inter nos exstiterunt. 2. Propter zelum persecutionem passae mulieres Danaidae et

saubon. p. 67. 106. 136). Clemens ergo, si has insulas omittis, Paulum usque in Hispaniam venisse dicit. Male nonnulli viri docti τὸ τέρμα τ. δ. de Roma intellexerunt interpretantes locum occidentis, quo apostolus contendisset aut quo vitae cursum finiisset. Verba enim illa vix aliter ac terminus occidentis verti possunt, et terra occidentis ultima, in quam Paulus pervenire voluit, fuit Hispania (Rom. 15, 28). Cf. Gams, *Kirchengeschichte von Spanien* I (1862), 11—16; Spitta, *Zur Geschichte und Litteratur des Urchristentums* I (1893), 49—60. — ἡγουμένων] Haec vox in epistula saepius occurrit et ad significandos praepositos ecclesiae (1, 3) vel principes Israel (32, 2) vel praefectos militum (37, 2. 3; 51, 5) et civitatis (55, 1; 61, 1) adhibetur. Cum autem ubique sensus generalis ei attribuatur, erraverunt, qui eam hoc loco de Tigellino et Nymphidio, praefectis praetorio anni 67 (Windischmann, Vindiciae Petrinae 1836 p. 64) vel de Helio et Polycleto interpretati sunt, qui Nerone in Graecia degente a. 67 omnia gubernarunt (Dio Cass. LXIII, 12. 19). Vox de summis Romanorum magistratibus in universum intellegenda est; cum Clemens in praecedenti Paulum in universo mundo iustitiam docuisse dicat, vox etiam de aliis magistratibus explicari potest. In Actis Pauli et Theclae c. 42 (Acta apostolorum apocrypha edd. Lipsius et Bonnet I, 268) Christus appellatur βοηθὸς ἐπὶ ἡγεμόνων.

VI, 1. ἀνδράσιν] i. e. Petro et Paulo. — πολὺ πλῆθος] Cf. Tacit. Annal. XV, 44. — ἐν ἡμῖν i. e. inter nos *Romanos*. Cf. 55, 2.

2. Δαναΐδες καὶ Δίρκαι] In his verbis explicandis multi viri docti sudarunt et alii alia opinati sunt. Interpretatio, quam proposuit Dr. Aberle († 1875), magister ac collega meus carissimus, sola digna est, quae audiatur. Censuit vir doctissimus, Nerone Christianos persequente complures feminas christianas coactas esse, ut vel personam Dirces, quam cornibus tauri rabidi alligatam fuisse fabulae tradunt, induerent sicque mortem crudelissimam paterentur (cf. Act. Perpet. et Felic. c. 18—20; Act. Pauli et Thecl. c. 35;

καὶ ἀνόσια παθοῦσαι, ἐπὶ τὸν τῆς πίστεως βέβαιον δρόμον κατήντησαν καὶ ἔλαβον γέρας γενναῖον αἱ ἀσθενεῖς τῷ σώματι. 3. ζῆλος ἀπηλλοτρίωσεν γαμετὰς ἀνδρῶν καὶ ἠλλοίωσεν τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀδάμ· *Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου.* 4. ζῆλος καὶ ἔρις πόλεις μεγάλας κατέστρεψεν καὶ ἔθνη μεγάλα ἐξερίζωσεν.

VII. Ταῦτα, ἀγαπητοί, οὐ μόνον ὑμᾶς νουθετοῦντες ἐπιστέλλομεν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς ὑπομιμνήσκοντες· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἐσμὲν σκάμματι, καὶ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀγὼν ἐπίκειται. 2. διὸ ἀπολίπωμεν τὰς κενὰς καὶ ματαίας φροντίδας, καὶ ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν τῆς παραδόσεως ἡμῶν κανόνα, 3. καὶ ἴδωμεν, τί καλὸν καὶ τί τερπνὸν καὶ τί προσδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. 4. ἀτενίσωμεν εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ καὶ γνῶμεν, ὡς ἔστιν τίμιον τῷ θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ, ὅτι διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκχυθὲν παντὶ τῷ κόσμῳ μετανοίας χάριν ὑπήνεγκεν. 5. διέλθωμεν εἰς τὰς γενεὰς πάσας καὶ καταμάθωμεν, ὅτι ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ *μετανοίας τόπον ἔδωκεν* ὁ δεσπότης τοῖς βουλομένοις ἐπιστραφῆναι ἐπ' αὐτόν. 6. Νῶε ἐκήρυξεν μετάνοιαν, καὶ οἱ ὑπακούσαντες ἐσώθησαν. 7. Ἰωνᾶς Νινευΐταις καταστροφὴν ἐκήρυξεν· οἱ δὲ μετανοήσαντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν ἐξιλάσαντο τὸν θεὸν ἱκετεύσαντες καὶ ἔλαβον σωτηρίαν, καίπερ ἀλλότριοι τοῦ θεοῦ ὄντες.

VIII. Οἱ λειτουργοὶ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ διὰ πνεύματος ἁγίου περὶ μετανοίας ἐλάλησαν, 2. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ δεσπότης τῶν ἁπάντων περὶ μετανοίας ἐλάλησεν μετὰ ὅρκου· *Ζῶ γὰρ ἐγώ, λέγει*

4 *ὀστέων* A : *ὀστῶν* H | 6 *κατέστρεψεν* AS : *κατέσκαψε* H, diruit L | *ἐξερρίζωσε* H | 8 *ϋπομνησκοντες* A | *ἐν γάρ* : *καὶ γὰρ ἐν* H | 9 *ἀγὼν ἡμῖν* H | *απολειπωμεν* A | 14 *τω θω̅* [*και πατρ*]*ι αυτου* A, *τῷ π. αὐτοῦ τῷ θεῷ* H : *τῷ πατρὶ αὐτοῦ* LS | 15 *ὑπήνεγκεν* AS : *ἐπήνεγκε* HL | *εἰς* > H | 17 *ὁ δεσπότης* AH : omnibus L, > S | 20 sq. *ἱκετεύοντες* H | 24 *γὰρ* AS : > HL

Euseb. H. E. V, 1, 23), vel antequam necarentur, ad crudele plebis spectaculum Danaidarum supplicia subirent Tartarique poenas repraesentarent, et eiusmodi martyres tum a fidelibus tum a paganis nomine Danaidarum et Dirces insignitas esse. Talibus vel similibus tormentis Christianos a Nerone cruciatos fuisse testatur etiam Tacitus narrans, pereuntibus addita esse ludibria (cf. Sueton. Nero c. 11. 12) et forsan Petrus Alex. De paenit. c. 11 (Lagarde, Reliq. iur. eccles. gr. p. 70) dicens: *μεμνημένοι τοίνυν τῶν πολλῶν αὐτῶν καμάτων ὧν προϋπήνεγκαν ἐν ὀνόματι Χριστοῦ καὶ τῶν ταντάλισμῶν* (*ταναλισμῶν* Routh) etc. Imagines eiusmodi cruciatus repraesentantes reperiuntur in *Real Museo*

Dircae, postquam gravia et nefanda supplicia sustinuerunt, ad firmum fidei cursum pertigerunt et debiles corpore nobile praemium acceperunt. 3. Zelus uxorum animos a maritis abalienavit et dictum patris nostri Adam mutavit: *Hoc iam os ex ossibus meis et caro ex carne mea.* 4. Zelus et contentio urbes magnas evertit et gentes numerosas funditus delevit.

VII. Haec, carissimi, non tantum, ut vos officii vestri admoneamus, scribimus, sed etiam, ut nos ipsos commonefaciamus; in eadem enim arena versamur, et certamen idem nobis impositum est. 2. Quare inanes et vanas curas relinquamus, et ad gloriosam et venerandam traditionis nostrae regulam veniamus, 3. ac videamus, quid pulcrum et quid iucundum et quid acceptum sit coram opifice nostro. 4. Sanguinem Christi intentis oculis intueamur et cognoscamus, quam pretiosus sit deo et patri eius, qui propter nostram salutem effusus toti mundo paenitentiae gratiam obtulit. 5. Perveniamus ad omnes mundi aetates et discamus, quod in omni generatione volentibus ad ipsum converti dominus *paenitentiae locum concesserit.* 6. Noë paenitentiae praeco fuit, et qui ei obtemperarunt, salvati sunt. 7. Ionas Ninivitis excidium praedicavit; illi autem, peccatorum paenitentiam agentes, precibus deum placarunt et salutem consecuti sunt, licet alieni a deo essent.

VIII. Divinae gratiae ministri spiritu sancto afflati de paenitentia locuti sunt. 2. Ipse etiam rerum omnium dominus cum iuramento de paenitentia locutus est: *Vivo, inquit dominus,*

4 Gen. 2, 23. — 16 Sap. 12, 10. — 18 Gen. 7. — 19 Ion. 3; Matth. 12, 41. — 24 Ezech. 33, 11—27?

Borbonico XIV tab. 4 et 5.

4. *πόλεις κτλ.*] Cf. Prov. 11, 10. 11; 29, 4; Sirach 28, 14; Prolegom. c. 2.

VII, 1. *ὁ αὐτὸς ἀγὼν κτλ.*] Cf. Phil. 1, 30; Hebr. 12, 1.

2. Cf. Polyc. Phil. 7, 2. — *τὸν εὐκλεῆ — κανόνα*] Eadem verba exhibet Clem. Al. Strom. I, 1, 15 p. 325.

3. Cf. I Tim. 2, 3; 5, 4.

4. *τὸ αἷμα τ. Χριστοῦ*] Cf. 12, 7; 21, 6; 49, 6. — *τῷ θεῷ κ. π. αὐτοῦ*] Haec locutio antiquitatem sapiens recta esse videtur.

5. *μετανοίας τόπον*] Cf. Hebr. 12, 17; Const. ap. II, 38; V, 19. — *ὁ δεσπότης κτλ.*] Cf. Const. ap. II, 55.

6. Cf. 9, 4; II Petr. 2, 5; Theoph. Ad Autol. III, 19; Orac. Sibyll. I v. 135 sqq.

7. *ἀλλότριοι κτλ.*] Cf. Eph. 2, 12 sqq.

VIII, 1. *οἱ λειτουργοὶ τ. X.*] i. e. prophetae.

κύριος, οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὴν μετάνοιαν, προστιθεὶς καὶ γνώμην ἀγαθήν· 3. *Μετανοήσατε, οἶκος Ἰσραήλ, ἀπὸ τῆς ἀνομίας ὑμῶν· εἶπον τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ μου· Ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἐὰν ὦσιν πυρρότεραι κόκκου καὶ μελανώτεραι σάκκου, καὶ ἐπιστραφῆτε πρός με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ εἴπητε· Πάτερ· ἐπακούσομαι ὑμῶν ὡς λαοῦ ἁγίου.* 4. καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει οὕτως· *Λούσασθε καὶ καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου· παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ καὶ δικαιώσατε χήρᾳ· καὶ δεῦτε καὶ διελεγχθῶμεν, λέγει κύριος· καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευκανῶ· καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησεν ταῦτα.* 5. πάντας οὖν τοὺς ἀγαπητοὺς αὐτοῦ βουλόμενος μετανοίας μετασχεῖν ἐστήριξεν τῷ παντοκρατορικῷ βουλήματι αὐτοῦ.

IX. Διὸ ὑπακούσωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἱκέται γενόμενοι τοῦ ἐλέους καὶ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ προσπέσωμεν καὶ ἐπιστρέψωμεν ἐπὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ, ἀπολιπόντες τὴν ματαιοπονίαν τήν τε ἔριν καὶ τὸ εἰς θάνατον ἄγον ζῆλος. 2. ἀτενίσωμεν εἰς τοὺς τελείως λειτουργήσαντας τῇ μεγαλοπρεπεῖ δόξῃ αὐτοῦ. 3. λάβωμεν Ἐνώχ, ὃς ἐν ὑπακοῇ δίκαιος εὑρεθεὶς μετετέθη, καὶ οὐχ εὑρέθη αὐτοῦ θάνατος. 4. Νῶε πιστὸς εὑρεθεὶς διὰ τῆς λειτουργίας αὐτοῦ παλιγγενεσίαν κόσμῳ ἐκήρυξεν, καὶ διέσωσεν δι' αὐτοῦ ὁ δεσπότης τὰ εἰσελθόντα ἐν ὁμονοίᾳ ζῶα εἰς τὴν κιβωτόν.

3 *ὑμῶν* : *τοῦ λαοῦ μου* H | 6 *καρδίας* A Clem. Al. Paed. I, 10, 91 p. 152: *ψυχῆς* HLS | 7 *λαοῦ ἁγίου* H Clem : *λαω αγιω* A | 8 *καὶ* A : > HLS LXX | *ἀφέλετε* H | 12 *χήραν* H | *διαλεχθῶμεν* H | 12 sq. *κύριος* > A | 18 *μετασχεῖν* : + quam L, *ἣν* Knopf | 26 *αὐτοῦ* + *ὁ* H | 27 *διὰ τῆς λ.* : *ἐν τῇ λειτουργίᾳ* H

3. Similia verba in diversis S. Scripturae locis leguntur, scilicet Ezech. 18, 30 (*μετανοήσατε κτλ.*]; 33, 12 (*εἶπον κτλ.*); Ps. 102, 10. 11; Ies. 1, 18 (*ἐὰν ὦσιν*); Ierem. 3, 19 (*καὶ εἴπητε*). Veteres in alleganda S. Scriptura quidem liberrimi sunt et saepe pluribus locis unum conficiunt. Aegre

nolo mortem peccatoris sicut paenitentiam, addens insuper dictum egregium: 3. *Resipiscite, domus Israel, ab iniquitate vestra. Dic filiis populi mei: Si peccata vestra a terra ad caelum usque pertingant, si cocco rubriora et cilicio nigriora fuerint, et ad me ex toto corde conversi fueritis et dixeritis: Pater; tamquam populo sancto aurem vobis praebebo.* 4. Et in alio loco sic dicit: *Lavamini et mundamini, auferte mala ex animabus vestris coram oculis meis; quiescite a malitiis vestris, discite facere bonum, quaerite rectum, liberate oppressum, iudicate pupillo et iustificate viduam; et venite et disputemus, dicit dominus. Et si fuerint peccata vestra quasi phoenicium, sicut nivem dealbabo, si autem fuerint ut coccinum, sicut lanam dealbabo. Et si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis; si autem nolueritis neque exaudiveritis me, gladius devorabit vos; os enim domini locutum est haec.* 5. Volens igitur, omnes dilectos suos paenitentiae fieri participes, effatum illud omnipotenti sua voluntate roboravit.

IX. Quare magnificae eius et gloriosae voluntati obsequamur, et suppliciter misericordiam et benignitatem eius implorantes ad miserationes eius advolvamur et convertamur, relictis vanis operibus et contentione et aemulatione, quae ad mortem ducit. 2. Fixis oculis intueamur eos, qui magnificae eius gloriae perfecte inservierunt. 3. Sumamus Henoch, qui in oboedientia iustus repertus translatus fuit, neque mors eius inventa est. 4. Noë fidelis inventus per ministerium suum mundo regenerationem praedicavit, et per eum animalia, quae in concordia arcam sunt ingressa, servavit dominus.

2 ? — 8 Ies. 1, 16—20. — 25 Gen. 5, 24; Hebr. 11, 5. — 26 Gen. 6, 8; 7, 1; Hebr. 11, 7; II Petr. 2, 5.

autem Clemens hunc versum e locis laudatis consarcinasse, sed potius eum e libro aliquo Ezechielis apocrypho vel interpolato deprompsisse censendus est. Verba ἐὰν ἐπιστρά-φητε κτλ. etiam Clemens Al. Paed. I, 10, 91 p. 152 laudat eademque Ezechieli attribuit. In libro Quis dives salv. c. 39 idem verbis Ezechielis 33, 11 (οὐ βούλομαι κτλ. v. 2) verba κἂν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι κτλ. adiungit.

5. ἐστήριξεν κτλ.] i. e. effatum illud: *nolo mortem peccatoris* (cf. v. 2) Deus iuramento (= omnipotenti sua voluntate) roboravit.

IX, 1. Cf. Polyc. Phil. 2, 1.

2—XII. Haec laudat summatim Clem. Alex. Strom. IV, 17, 107 p. 610.

X. Ἀβραάμ, ὁ φίλος προσαγορευθείς, πιστὸς εὑρέθη ἐν τῷ αὐτὸν ὑπήκοον γενέσθαι τοῖς ῥήμασιν τοῦ θεοῦ. 2. οὗτος δι' ὑπακοῆς ἐξῆλθεν ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ καὶ ἐκ τῆς συγγενείας αὐτοῦ καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὅπως γῆν ὀλίγην καὶ συγγένειαν ἀσθενῆ καὶ οἶκον μικρὸν καταλιπὼν κληρονομήσῃ τὰς ἐπαγγελίας τοῦ θεοῦ. λέγει γὰρ αὐτῷ· 3. *Ἄπελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου εἰς τὴν γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω· καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα καὶ εὐλογήσω σε καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος· καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε καὶ καταράσομαι τοὺς καταρωμένους σε, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς.* 4. καὶ πάλιν ἐν τῷ διαχωρισθῆναι αὐτὸν ἀπὸ Λὼτ εἶπεν αὐτῷ ὁ θεός· *Ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς σου ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου, οὗ νῦν σὺ εἶ, πρὸς βορρᾶν καὶ λίβα καὶ ἀνατολὰς καὶ θάλασσαν, ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν, ἣν σὺ ὁρᾷς, σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματί σου ἕως αἰῶνος.* 5. *καὶ ποιήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς· εἰ δύναταί τις ἐξαριθμῆσαι τὴν ἄμμον τῆς γῆς, καὶ τὸ σπέρμα σου ἐξαριθμηθήσεται.* 6. καὶ πάλιν λέγει· *Ἐξήγαγεν ὁ θεὸς τὸν Ἀβραὰμ καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἀρίθμησον τοὺς ἀστέρας, εἰ δυνήσῃ ἐξαριθμῆσαι αὐτούς· οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. ἐπίστευσεν δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.* 7. διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐδόθη αὐτῷ υἱὸς ἐν γήρᾳ, καὶ δι' ὑπακοῆς προσήνεγκεν αὐτὸν θυσίαν τῷ θεῷ πρὸς ἓν τῶν ὀρέων ὧν ἔδειξεν αὐτῷ.

XI. Διὰ φιλοξενίαν καὶ εὐσέβειαν Λὼτ ἐσώθη ἐκ Σοδόμων, τῆς περιχώρου πάσης κριθείσης διὰ πυρὸς καὶ θείου, πρόδηλον ποιήσας ὁ δεσπότης, ὅτι τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐγκαταλείπει, τοὺς δὲ ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας εἰς κόλασιν καὶ αἰκισμὸν τίθησιν. 2. συνεξελθούσης γὰρ αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἑτερογνώμονος ὑπαρχούσης καὶ οὐκ ἐν ὁμονοίᾳ, εἰς τοῦτο σημεῖον ἐτέθη, ὥστε γενέσθαι αὐτὴν στήλην ἁλὸς ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, εἰς τὸ γνωστὸν εἶναι πᾶσιν, ὅτι οἱ δίψυχοι καὶ οἱ διστάζοντες περὶ τῆς τοῦ

15 *ἣν* > H | 16 *ἕως* + *τοῦ* H | 19 *ἐξήγαγεν* A : + *δὲ* HLS | 24 *γήρει* H | *τῷ θεῷ* ALS : > H | 25 *πρὸς* A : *εἰς* H | *ἓν τῶν ὄρεων ὧν* AHS : montem quem L, *τὸ ὄρος ὃ* Knopf | 28 *ἐπ'* A : *εἰς* H | 31 *τοῦτο* > H

X, 1. *φίλος*] Cf. 17, 2; Clem. Hom. | XVIII, 13.

[redacted]

X. Abraham, amicus vocatus, fidelis inventus est, eo quod verbis dei obtemperavit. 2. Hic per oboedientiam e terra sua, e cognatione sua et domo patris sui egressus est, ut exigua terra, cognatione debili et domo parva derelicta promissiones dei possideret. Dicit enim ei: 3. *Exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui et vade in terram, quam tibi demonstrabo; et faciam te gentem magnam et benedicam tibi et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus; et benedicam benedicentibus tibi et maledicam maledicentibus tibi, et benedicentur in te omnes tribus terrae.* 4. Et rursus, cum a Lot secederet, dixit ei deus: *Respice oculis tuis et vide a loco, in quo nunc tu es, ad aquilonem et africum et orientem et mare, quia omnem terram, quam tu vides, tibi dabo eam et semini tuo usque in saeculum.* 5. *Et faciam semen tuum sicut arenam terrae; si poterit aliquis dinumerare arenam terrae, et semen tuum dinumerabitur.* 6. Et rursus dicit: *Eduxit deus Abraham foras et dixit ei: Respice in caelum et numera stellas, si potes dinumerare eas; sic erit semen tuum. Et credidit Abraham deo, et deputatum est ei ad iustitiam.* 7. Propter fidem et hospitalitatem datus est ei filius in senectute, et per oboedientiam obtulit eum in sacrificium deo in uno montium, quos ei ostenderat.

XI. Propter hospitalitatem et pietatem Lot e Sodoma salvus evasit, cum tota regio in circuitu igne et sulphure puniretur; domino palam faciente, se non derelinquere sperantes in ipsum, contra vero eos, qui a mandatis eius declinarent, suppliciis et tormentis punire. 2. Uxor enim eius, quae una cum eo egressa est, cum ab eo dissentiret nec in concordia persisteret, in signum propterea posita et salis statua usque in hodiernum diem facta est, ut omnibus innotesceret, animo duplices et de

1 Ies. 41, 8; II Paralip. 20, 7; Iac. 2, 23. — 6 Gen. 12, 1—3. — 13 Gen. 13, 14—16. — 19 Gen. 15, 5. 6; Rom. 4, 3. — 23 Gen. 21, 22; Hebr. 11, 17. — 26 Gen. 19; II Petr. 2, 6. 7.

XI, 1. ποιήσας] Nominativus absolutus. Cf. Winer § 28, 3.

2. ἕως τ. ἡμέρας τ.] Huius statuae tamquam adhuc manentis mentionem faciunt etiam Iosephus Flavius Antiq. I, 11, 4; Iustinus Apol. I, 53; Irenaeus Adv. haer. IV, 31, 3; 33, 9; Prudentius Hamartig. v. 740 sqq. — δίψυχοι] Cf. 23, 3; Iac. 1, 8; 4, 8; Barn. 19, 5; Herm. Vis. II, 2, 2;

θεοῦ δυνάμεως εἰς κρίμα καὶ εἰς σημείωσιν πάσαις ταῖς γενεαῖς γίνονται.

XII. Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ῥαὰβ ἡ πόρνη. 2. ἐκπεμφθέντων γὰρ ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ τοῦ Ναυὴ κατασκόπων εἰς τὴν Ἱεριχώ, ἔγνω ὁ βασιλεὺς τῆς γῆς, ὅτι ἥκασιν κατασκοπεῦσαι τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ ἐξέπεμψεν ἄνδρας τοὺς συλλημψομένους αὐτούς, ὅπως συλλημφθέντες θανατωθῶσιν. 3. ἡ οὖν φιλόξενος Ῥαὰβ εἰσδεξαμένη αὐτοὺς ἔκρυψεν εἰς τὸ ὑπερῷον ὑπὸ τὴν λινοκαλάμην. 4. ἐπισταθέντων δὲ τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ λεγόντων· *Πρὸς σὲ εἰσῆλθον οἱ κατάσκοποι τῆς γῆς ἡμῶν· ἐξάγαγε αὐτούς, ὁ γὰρ βασιλεὺς οὕτως κελεύει,* ἥδε ἀπεκρίθη· *Εἰσῆλθον μὲν οἱ ἄνδρες, οὓς ζητεῖτε, πρός με, ἀλλ' εὐθέως ἀπῆλθον καὶ πορεύονται τῇ ὁδῷ·* ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς ἐναλλάξ. 5. καὶ εἶπεν πρὸς τοὺς ἄνδρας· *Γινώσκουσα γινώσκω ἐγώ, ὅτι κύριος ὁ θεὸς παραδίδωσιν ὑμῖν τὴν γῆν ταύτην· ὁ γὰρ φόβος καὶ ὁ τρόμος ὑμῶν ἐπέπεσεν τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν. ὡς ἐὰν οὖν γένηται λαβεῖν αὐτὴν ὑμᾶς, διασώσατέ με καὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου.* 6. καὶ εἶπαν αὐτῇ· *Ἔσται οὕτως, ὡς ἐλάλησας ἡμῖν. ὡς ἐὰν οὖν γνῷς παραγινομένους ἡμᾶς, συνάξεις πάντας τοὺς σοὺς ὑπὸ τὸ στέγος σου, καὶ διασωθήσονται· ὅσοι γὰρ ἐὰν εὑρεθῶσιν ἔξω τῆς οἰκίας, ἀπολοῦνται.* 7. καὶ προσέθεντο αὐτῇ δοῦναι σημεῖον, ὅπως ἐκκρεμάσῃ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς κόκκινον, πρόδηλον ποιοῦντες, ὅτι διὰ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου λύτρωσις ἔσται πᾶσιν τοῖς πιστεύουσιν καὶ ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸν θεόν. 8. ὁρᾶτε, ἀγαπητοί, ὅτι οὐ μόνον πίστις, ἀλλὰ καὶ προφητεία ἐν τῇ γυναικὶ γέγονεν.

3 *καὶ* + *διὰ* H | *ἡ* A Clem : + *ἐπιλεγομένη* HLS | 4 *τοῦ τοῦ* A : *τοῦ* H | *τὴν* > H | 6 *ἔπεμψεν* H | 11 *ἥδε* : *ἡ δὲ* HS | 12 *ἐξῆλθον* H | 14 *ἐγὼ* AS : > HL | *θεὸς* HLS : + *υμων* A | 15 *γῆν* HLS : [*πο*]*λιν* A | 18 *λελάληκας* H | 19 *παραγενομένους* H | 20 *σου* > H | 22 *ἐκκρεμάσῃ* HS(L?) : *κρεμαση* A | 25 *ὅτι* > A | *καὶ* > A | 26 *γέγονεν* A : *ἐγενήθη* H

III, 2, 2; IV, 1, 4 etc.

XII. Caput indicat, quam libere Clemens S. Scriptura utatur. Cf. Iust. Dialog. c. 111; Iren. Adv. haer. IV, 20, 12, ubi eadem allegorica interpretatio reperitur.

4. *ἐναλλάξ*] Cf. Barn. 13, 5.

5. *γινώσκουσα γινώσκω*] Haec locutio a sermone graeco aliena est, apud LXX autem usitata, qui infinitivum in scripturis hebraicis verbo finito appositum participio vel etiam dativo substantivi reddunt. Cf. Blass, *Grammatik des neutestamentl. Griechisch* 1896 § 74, 4. Cum autem S. Scriptura Ios. 2, 9, ut Nestle (cf.

potentia divina haesitantes in iudicium et signum omnibus generationibus proponi.

XII. Propter fidem et hospitalitatem Rahab meretrix incolumis servata est. 2. Missis enim a Iosua filio Navae ad urbem Iericho speculatoribus, rescivit terrae rex, illos venisse regionem eorum exploraturos, et viros emisit, qui eos comprehenderent, ut comprehensi necarentur. 3. Eos igitur hospitalis Rahab suscipiens in solario domus sub lini stipula occultavit. 4. Supervenientibus autem viris a rege missis ac dicentibus: ***Ad te ingressi sunt regionis nostrae exploratores; educ eos, sic enim imperat rex***, haec respondit: ***Ingressi sunt quidem ad me viri, quos quaeritis, sed confestim abierunt et vadunt via;*** ostendens eis contrariam. 5. Et dixit ad viros: ***Perbene scio, dominum deum urbem hanc vobis traditurum; timor enim et pavor vestri incessit incolas eius. Simulac igitur capere illam vobis contigerit, incolumem me servate et domum patris mei.*** 6. Et dixerunt ei: ***Sic erit, ut locuta es nobis. Simulac igitur nos appropinquantes cognoveris, cognatos tuos omnes sub tecto tuo congregabis, et servabuntur; quotquot vero extra domum tuam invenientur, peribunt.*** 7. Praeterea ei signum dederunt, ut nempe funiculum coccineum e domo sua demitteret, manifestum facientes, per sanguinem domini redemptionem fore omnibus, qui credunt et sperant in deum. 8. Videte, dilecti, quia non solum fides, sed etiam prophetia in muliere fuit.

3 Ios. 2; Iac. 2, 25; Hebr. 11, 31. — 4 Ios. 2, 1—3. — 7 Ios. 2, 6. — 9 Ios. 2, 3. — 11 Ios. 2, 4. 5. — 14 Ios. 2, 9—13. — 18 Ios. 2, 14. — 21 Ios. 2, 18.

Prolegomena c. 1) recte animadvertit, verbum *ἐπίσταμαι* solum exhibeat, locutio Clementi ipsi attribuenda est eumque Iudaeum natum vel Christianum ex Iudaeis fuisse indicare videtur. — *κατοικοῦσιν αὐτήν*] Lectum ergo Clementi comma versiculi 9 c. 2 Ios., quod a multis editionibus abest, in Complutensi vero ita effertur: *καὶ κατέπτησσον πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἀφ' ὑμῶν* (Cot.).

7. *προσέθεντο δοῦναι*] Etiam haec locutio est hebraica vel imitatio sermonis interpretum LXX, qui verbum יסף saepissime verbo *προστίθημι* vel *προστίθεμαι* reddebant. Cf. Concordantia bibliorum s. v. *προστιθέναι* vel adicere; Hatch and Redpath, *Concordance* II (1897), 1221. — *πρόδηλον κτλ.*] Cf. Iust. Dial. c. 111 s. f.

8. *προφητεία*] Cf. Orig. In Ies. Na-

XIII. Ταπεινοφρονήσωμεν οὖν, ἀδελφοί, ἀποθέμενοι πᾶσαν ἀλαζονείαν καὶ τύφος καὶ ἀφροσύνην καὶ ὀργάς, καὶ ποιήσωμεν τὸ γεγραμμένον (λέγει γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· *Μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ μηδὲ ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ μηδὲ ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ ὁ καυχώμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω, τοῦ ἐκζητεῖν αὐτὸν καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην*), μάλιστα μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, οὓς ἐλάλησεν διδάσκων ἐπιείκειαν καὶ μακροθυμίαν. 2. οὕτως γὰρ εἶπεν· *Ἐλεᾶτε, ἵνα ἐλεηθῆτε· ἀφίετε, ἵνα ἀφεθῇ ὑμῖν· ὡς ποιεῖτε, οὕτω ποιηθήσεται ὑμῖν· ὡς δίδοτε, οὕτως δοθήσεται ὑμῖν· ὡς κρίνετε, οὕτως κριθήσεσθε· ὡς χρηστεύεσθε, οὕτως χρηστευθήσεται ὑμῖν· ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν.* 3. ταύτῃ τῇ ἐντολῇ καὶ τοῖς παραγγέλμασιν τούτοις στηρίξωμεν ἑαυτοὺς εἰς τὸ πορεύεσθαι ὑπηκόους ὄντας τοῖς ἁγιοπρεπέσι λόγοις αὐτοῦ, ταπεινοφρονοῦντες· φησὶν γὰρ ὁ ἅγιος λόγος· 4. *Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πραῢν καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τὰ λόγια.*

XIV. Δίκαιον οὖν καὶ ὅσιον, ἄνδρες ἀδελφοί, ὑπηκόους ἡμᾶς μᾶλλον γενέσθαι τῷ θεῷ ἢ τοῖς ἐν ἀλαζονείᾳ καὶ ἀκαταστασίᾳ μυσεροῦ ζήλους ἀρχηγοῖς ἐξακολουθεῖν. 2. βλάβην γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν, μᾶλλον δὲ κίνδυνον ὑποίσομεν μέγαν, ἐὰν ῥιψοκινδύνως ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς τοῖς θελήμασιν τῶν ἀνθρώπων, οἵτινες ἐξακοντίζουσιν εἰς ἔριν καὶ στάσεις, εἰς τὸ ἀπαλλοτριῶσαι ἡμᾶς τοῦ καλῶς ἔχοντος. 3. χρηστευσώμεθα ἑαυτοῖς κατὰ τὴν εὐσπλαγχνίαν καὶ γλυκύτητα τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. 4. γέγραπται γάρ· *Χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐπ' αὐτῆς·*

2 *τύφον* H | 5 *ἢ* > H | 9 *ἐλεᾶτε* A : *ἐλεεῖτε* H | *ἀφίετε* A : *ἄφετε* H | 12 *ἐν αὐτῷ* (*αυτη* A) : *οὕτω* H | 14 *στηρίζωμεν* H | 16 *πρᾶον* H | 17 *τοὺς λόγους* H | 18 *ὑμᾶς* H | 23 *ἔριν* A, *ἔρεις* LS : *αἱρέσεις* H Nic | 24 *αυτοις* A

ve hom. III, 4 ed. Bened. II, 403: Sed et ista meretrix, quae eos suscepit, ex meretrice efficitur iam propheta.

XIII, 1. *ἀποθέμενοι κτλ.*] Cf. Iac. 1, 19—21. — *μὴ καυχάσθω κτλ.*] Verba *ὁ καυχώμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω* Paulus ll. cc. tanquam dictum S. Scripturae profert, et libere allegare videtur Ier. 9, 24 vel I Reg. 2, 10, ubi legimus: *ἐν τούτῳ καυχάσθω ὁ καυχώμενος συνιεῖν καὶ γινώσκειν τὸν κύριον.* Clemens laudans Ier. 9, 23—24 aut I Reg. 2, 10 vel potius ambos locos combinans particulam illam secundum verba apostoli transformasse videtur.

2. Haec verba non habentur *αὐτολεξεὶ* in S. Scriptura, a Clemente autem non ex Evangelio aliquo apo-

XIII. Humiles ergo mente simus, fratres, fastum omnem et superbiam et amentiam et iras deponentes, et quod scriptum est, faciamus (dicit enim spiritus sanctus: *Non glorietur sapiens in sapientia sua nec fortis in fortitudine sua nec dives in divitiis suis, sed qui gloriatur, in domino glorietur, quaerendo illum et faciendo ius et iustitiam*), memoria praecipue recolentes sermones domini Iesu, quos aequitatem et longanimitatem docens locutus est. 2. Sic enim dixit: *Misereamini, ut misericordiam consequamini; dimittite, ut vobis dimittatur; prout facitis, ita vobis fiet; sicut datis, ita vobis retribuetur; sicut iudicatis, ita iudicabimini; sicut benigni estis, ita benignitatem experiemini; qua mensura metimini, eadem vobis mensurabitur.* 3. Hoc praecepto et his mandatis stabiliamus nos ipsos, ut in oboedientia sanctorum eloquiorum eius cum omni humilitate semper ambulemus. Dicit enim verbum sanctum: 4. *Super quem respiciam, nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos?*

XIV. Iustum igitur et pium est, viri fratres, deo potius oboedientes nos esse quam in superbia et turbulentia detestandae aemulationis duces et auctores sequi. 2. Detrimentum enim non leve, immo vero grande periculum sustinebimus, si praecipitanter voluntatibus hominum nos tradiderimus, qui ad contentionem et seditiones collineant, ut nos ab eo, quod rectum et bonum est, abalienent. 3. Benigni erga nos ipsos simus secundum misericordiam et dulcedinem creatoris nostri. 4. Scriptum est enim: *Benigni incolae erunt terrae, innocentes re-*

3 Ier. 9, 23—24; I Reg. 2, 10; I Cor. 1, 31; II Cor. 10, 17. — 9 Matth. 6, 14. 15; 7, 1. 2. 12; Luc. 6, 31. 36—38. — 16 Ies. 66, 2. — 25 Prov. 2, 21. 22; Ps. 36, 9. 38.

crypho, sed potius libere ex Evangelio Matthaei vel Lucae deprompta esse videntur. Clemens Al. Strom. II, 18, 91 p. 476 fere eadem verba laudat, Polycarpus Philipp. 2, 3 plurima repetit. De aliis locis cf. Resch, Agrapha p. 96.

XIV, 1—2. Nicon Monachus a Cotelerio ad h. l. laudatus in Pandecte *λόγῳ ιη'* cod. Reg. 2418. 2423. 2424.

3. *ἑαυτοῖς*] = *ἀλλήλοις*, cf. Col. 3, 13. 16; II Clem. 4, 3; 12, 3; 13, 1; 15, 5; 17, 2. Clemens mutuum fratrem amorem commendat, aut, si scripserit *αὑτοῖς*, i. e. seditionis auctoribus, vult, ut Corinthii seditionem quidem abominentur, homines seditiosos autem diligere non desinant.

οἱ δὲ παρανομοῦντες ἐξολεθρευθήσονται ἀπ' αὐτῆς. 5. καὶ πάλιν λέγει· Εἶδον ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· καὶ παρῆλθον καὶ ἰδού, οὐκ ἦν, καὶ ἐξεζήτησα τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ οὐχ εὗρον. φύλασσε ἀκακίαν καὶ ἴδε εὐθύτητα, ὅτι ἐστὶν ἐγκατάλειμμα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ.

XV. Τοίνυν κολληθῶμεν τοῖς μετ' εὐσεβείας εἰρηνεύουσιν, καὶ μὴ τοῖς μεθ' ὑποκρίσεως βουλομένοις εἰρήνην. 2. λέγει γάρ που· Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσίν με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ. 3. καὶ πάλιν· Τῷ στόματι αὐτῶν εὐλογοῦσαν, τῇ δὲ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. 4. καὶ πάλιν λέγει· Ἠγάπησαν αὐτὸν τῷ στόματι αὐτῶν καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτόν, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ. 5. διὰ τοῦτο ἄλαλα γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια τὰ λαλοῦντα κατὰ τοῦ δικαίου ἀνομίαν. καὶ πάλιν· Ἐξολεθρεύσαι κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια, γλῶσσαν μεγαλορήμονα, τοὺς εἰπόντας· Τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦμεν, τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστιν· τίς ἡμῶν κύριός ἐστιν; 6. ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν καὶ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων νῦν ἀναστήσομαι, λέγει κύριος· θήσομαι ἐν σωτηρίῳ, 7. παρρησιάσομαι ἐν αὐτῷ.

XVI. Ταπεινοφρονούντων γάρ ἐστιν ὁ Χριστός, οὐκ ἐπαιρομένων ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. 2. τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ θεοῦ, ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστός, οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονείας οὐδὲ ὑπερηφανίας, καίπερ δυνάμενος, ἀλλὰ ταπεινοφρονῶν, καθὼς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον περὶ αὐτοῦ ἐλάλησεν· φησὶν γάρ· 3. Κύριε, τίς ἐπίστευσεν τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ἀνηγγείλαμεν ἐναντίον αὐτοῦ, ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ· οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ οὐδὲ δόξα, καὶ

2 ἀσεβῆ A : τὸν ἀσ. H | 9 τοῖς χείλεσιν ALS Clem : τῷ στόματι H Nic | 10 ἄπεστιν A Clem : ἀπέχει H Nic | 10 sq. εὐλογοῦσαν A cf. Winer § 13, 2 f. : εὐλόγουν H, εὐλογοῦσι Clem | 13 ἐψεύσαντο ALS Clem : ἔψεξαν H | 14 διὰ τοῦτο HLS Clem : > A LXX | 15 γενηθείη H | 15/17 τὰ λαλοῦντα — τὰ δόλια S : > AHL Clem propter homoeoteleuton | 17 γλῶσσαν μεγ. AS Clem : γλῶσσα μεγαλορήμων· καὶ πάλιν H | 18 μεγαλυνωμεν A | παρ' ἡμῖν A Clem : παρ' ἡμῶν HL(?)S | 19 καὶ HLS Clem : + απο A LXX | 21 ἐν σωτηρίῳ L Clem : εν σωτηρια A, > H | 23 τῆς μεγαλωσύνης > S Hier | 24 ὁ κύριος HL Hier : + ημων A | Χριστος Ιησους A

linquentur in ea; iniqui vero exterminabuntur ab illa. 5. Et rursus dicit: *Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani; et transivi et ecce, non erat, et quaesivi locum illius, et non inveni. Custodi innocentiam et vide aequitatem, quoniam sunt reliquiae homini pacifico.*

XV. Adhaereamus itaque iis, qui cum pietate pacem colunt, non autem iis, qui cum simulatione pacem volunt. 2. Dicit enim alicubi: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe abest a me.* 3. Et rursus: *Ore suo benedicebant et corde suo maledicebant.* 4. Et rursus dicit: *Dilexerunt eum ore suo et lingua sua mentiti sunt ei: cor autem eorum non rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius.* 5. *Propterea muta fiant labia dolosa, quae loquuntur adversus iustum iniquitatem;* et iterum: *Disperdat dominus universa labia dolosa, linguam magniloquam, eos, qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra apud nos sunt; quis noster dominus est?* 6. *Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exsurgam, dicit dominus; ponam eos in salutari;* 7. *confidenter agam cum eo.*

XVI. Christus enim eorum est, qui humiliter de se sentiunt, non eorum, qui supra gregem eius sese efferunt. 2. Sceptrum maiestatis dei, dominus Iesus Christus, non venit cum iactantia superbiae et arrogantiae, quamvis potuerit, sed cum humilitate, prout spiritus sanctus de eo locutus est. Dicit enim: 3. *Domine, quis credidit nuntio nostro? Et brachium domini cui revelatum est? Adnuntiavimus coram ipso: quasi parvulus est, sicut radix in terra sitienti; non est species ei ne-*

2 Ps. 36, 35—37. — 9 Ies. 29, 13; Marc. 7, 6. — 10 Ps. 61, 5. — 12 Ps. 77, 36. 37. — 14 Ps. 30, 19. — 16 Ps. 11, 4—6. — 27 Ies. 53, 1—12.

5—XVI, 1. Clem. Al. Strom. IV, 6, 32. 33 p. 577 sq. — ἐγκατάλειμμα] = posteri, cf. Test. XII patr. II, 6.

XV, 1—2. Nicon Mon. l. c. cf. 14, 1 not.

7. ἐν αὐτῷ] sc. τῷ πτωχῷ. Singularis collective pro plurali.

XVI, 1. ποίμνιον] Cf. 44, 3; 54, 2; 57, 2; Act. 20, 28. 29; I Petr. 5, 2. 3.

2. Hieronymus In Ies. 52, 13 ed. Vallars. IV, 612 (— ταπεινοφρονῶν). — οὐκ ἦλθεν] Cf. Phil. 2, 6. 7; II Cor. 8, 9.

εἴδομεν αὐτόν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τὸ εἶδος τῶν ἀνθρώπων· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ πόνῳ καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. 4. *οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ καὶ ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει.* 5. *αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν.* 6. *πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη·* 7. *καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη.* 8. *τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ* 9. *ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἥκει εἰς θάνατον.* 10. *καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. καὶ κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς.* 11. *ἐὰν δῶτε περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον.* 12. *καὶ κύριος βούλεται ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς· καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει.* 13. *διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη·* 14. *καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκεν καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη.* 15. καὶ πάλιν αὐτός φησιν· *Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων καὶ ἐξουθένημα λαοῦ.* 16. *πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν· Ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσάσθω αὐτόν, σωσάτω αὐτόν, ὅτι θέλει αὐτόν.* 17. ὁρᾶτε, ἄνδρες ἀγαπητοί, τίς ὁ ὑπογραμμὸς ὁ

8 *ἁμαρτίας .. ἀνομίας* AL : ∾ HS | 27 *ἐν* HS (?), cum L : > A | 30 *δέ* AS : > HL

[redacted]

que gloria; et vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem, sed species eius erat inhonorata, deficiens prae filiis hominum. Homo est, in plaga et labore positus et sciens ferre dolorem; quia aversa est facies eius, despecta et pro nihilo reputata. 4. *Iste peccata nostra portat et pro nobis dolet; et nos reputavimus eum esse merito in labore et in plaga et in adflictione.* 5. *Ipse autem vulneratus est propter nostra peccata et adflictus propter nostras iniquitates. Punitio ad nostram pacem super eum venit, livore eius nos sanati sumus.* 6. *Omnes quasi oves erravimus, homo in via sua erravit;* 7. *et dominus tradidit eum propter iniquitates nostras, et ipse, adflictus licet, non aperit os. Sicut ovis ad victimam ductus est et sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperit os suum. In humilitate sua tandem liberatus est a poena.* 8. *Generationem eius quis enarrabit, cum de terra tollatur vita eius?* 9. *Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem.* 10. *Et liberabo impios ob sepulcrum eius et divites ob mortem eius; quia iniquitatem non fecit, neque dolus inventus est in ore eius. Et dominus vult mundare eum a plaga.* 11. *Si obtuleritis pro peccatis, anima vestra videbit semen longaevum.* 12. *Et vult dominus eum auferre e dolore animae, ostendere ei lucem et formare intellegentia, iustificare iustum, bene servientem multis; et peccata eorum ipse portabit.* 13. *Propterea ipse possidebit multos et fortium dividet spolia, pro eo quod tradita est ad mortem anima eius et in iniquis reputatus est,* 14. *et ipse peccata multorum tulit et propter iniquitates eorum traditus est.* 15. Et rursus ipse dicit: *Ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis.* 16. *Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labiis, moverunt caput dicentes: Speravit in domino, eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum.* 17. Videtis, viri dilecti, quale nobis exemplar sit propositum:

30 Ps. 21, 7—9.

4. Cf. Matth. 8, 17.
5. Cf. I Petr. 2, 24.
13. Cf. Marc. 15, 28; Luc. 22, 37.
15. αὐτός] Christus in persona Psalmistae. Cf. 22, 1.
16. Cf. Matth. 27, 43.

δεδομένος ἡμῖν· εἰ γὰρ ὁ κύριος οὕτως ἐταπεινοφρόνησεν, τί ποιήσωμεν ἡμεῖς οἱ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς χάριτος αὐτοῦ δι' αὐτοῦ ἐλθόντες;

XVII. Μιμηταὶ γενώμεθα κἀκείνων, οἵτινες ἐν δέρμασιν αἰγείοις καὶ μηλωταῖς περιεπάτησαν κηρύσσοντες τὴν ἔλευσιν τοῦ Χριστοῦ· λέγομεν δὲ Ἠλίαν καὶ Ἐλισαιέ, ἔτι δὲ καὶ Ἰεζεκιήλ, τοὺς προφήτας· πρὸς τούτοις καὶ τοὺς μεμαρτυρημένους. 2. ἐμαρτυρήθη μεγάλως Ἀβραὰμ καὶ φίλος προσηγορεύθη τοῦ θεοῦ, καὶ λέγει ἀτενίζων εἰς τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ ταπεινοφρονῶν· *Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός*. 3. ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἰὼβ οὕτως γέγραπται· *Ἰὼβ δὲ ἦν δίκαιος καὶ ἄμεμπτος, ἀληθινός, θεοσεβής, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακοῦ*. 4. ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγορεῖ λέγων· *Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἂν μιᾶς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτοῦ*. 5. Μωϋσῆς *πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ* ἐκλήθη, καὶ διὰ τῆς ὑπηρεσίας αὐτοῦ ἔκρινεν ὁ θεὸς Αἴγυπτον διὰ τῶν μαστίγων καὶ τῶν αἰκισμάτων αὐτῶν· ἀλλὰ κἀκεῖνος δοξασθεὶς μεγάλως οὐκ ἐμεγαλορημόνησεν, ἀλλ' εἶπεν ἐπὶ τῆς βάτου χρηματισμοῦ αὐτῷ διδομένου· *Τίς εἰμι ἐγώ, ὅτι με πέμπεις; Ἐγὼ δέ εἰμι ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσος*. 6. καὶ πάλιν λέγει· *Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ κύθρας*.

XVIII. Τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τῷ μεμαρτυρημένῳ Δαυίδ; πρὸς ὃν εἶπεν ὁ θεός· *Εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαυὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί, ἐν ἐλέει αἰωνίῳ ἔχρισα αὐτόν*. 2. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν θεόν· *Ἐλέησόν με, ὁ θεός, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου*. 3. *ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με· ὅτι τὴν ἀνο-*

1 sq. *ποιήσομεν* H | 2 sq. *ἀπελθόντες* H | 5 *Ἐλισσαῖον* Clem | 6 *ἔτι δὲ* AS : > HL | 7 sq. *ἐμαρτυρήθη* + *δὲ* H | 9 *ἀτενίσας* H | 11 *δὲ* HS Clem et L : > A | *καὶ* > LS | 14 *αὐτοῦ* > H | 17 *ἐπὶ* H : ε . . A, *ἐκ* Clem | *τῆς* : *τοῦ τῆς* H | 21 *εἴποιμεν* H | 21 sq. *πρὸς ὃν* AHS : *ἐφ' οὗ* Clem, propter quem L | 22 *ὁ θεὸς* > H | 23 *ἐλέει* AHL : *ἐλαίῳ* S Clem | 26 *ἐπὶ κτλ.* vel v. 3—17 > H

XVII—XVIII. Haec laudat summatim Clem. Al. Strom. IV, 17, 107—109 p. 610 sq. Epiphanius autem H. 30 c. 15 scribens: *αὐτὸς* (sc. *Κλήμης ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐγκυκλίοις*) *ἐγκωμιάζει Ἠλίαν καὶ Δαβὶδ καὶ Σαμψὼν καὶ πάντας τοὺς προφήτας*, non nostram epistulam, sed epistulas de virginitate (II, 8—14) respexisse videtur.

si enim dominus ita se humiliavit, quid faciemus nos, qui sub iugum gratiae eius per ipsum venimus?

XVII. Imitatores simus etiam eorum, qui in caprinis et ovinis pellibus adventum Christi praedicantes circumierunt; Eliam dicimus et Elisaeum et Ezechielem prophetas, et cum his eos, qui praeclarum testimonium consecuti sunt. 2. Magno testimonio ornatus est Araham et dei amicus appellatus est; et ipse gloriam dei intente respiciens in humilitate dixit: *Ego autem sum terra et cinis.* 3. Praeterea et de Iob sic scriptum est: *Iob autem erat iustus et sine crimine, verax, colens deum, abstinens ab omni malo.* 4. Sed se ipsum accusat dicens: *Nemo mundus a sorde, nec si unius diei sit vita eius.* 5. Moses *in tota dei domo fidelis* appellatus est, et per eius ministerium deus Aegyptum iudicavit plagis et vexationibus incolarum. Sed ille, honore magno adfectus, grandia non est locutus, sed cum in rubo oraculum ei daretur, dixit: *Quis sum ego, ut me mittas? Gracili sum voce et tarda lingua.* 6. Et rursus dicit: *Ego autem sum ollae vapor.*

XVIII. Quid autem de David, qui egregium testimonium obtinuit, dicemus? Ad quem locutus est deus: *Inveni hominem secundum cor meum, David, Iesse filium; in misericordia sempiterna unxi eum.* 2. Atqui ille etiam dicit deo: *Miserere mei, deus, secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* 3. *Amplius lava me ab iniquitate mea et a peccato meo munda*

9 Gen. 18, 27. — 11 Iob. 1, 1. — 13 Iob. 14, 4. 5. — 14 Num. 12, 7; Hebr. 3, 2. — 18 Exod. 3, 11; 4, 10. — 19 ? — 22 Ps. 88, 21; I Reg. 13, 14; Act. 13, 22. — 24 Ps. 50, 3—19.

1. ἐν δέρμασιν κτλ.] Cf. Hebr. 11, 37. — μεμαρτυρημένους] sc. in S. Scriptura, apud Deum vel apud homines. Cf. 18, 1; 19, 1; 38, 2; 44, 3; 47, 4.

2. φίλος] Cf. 10, 1.

6. Locus laudatus in bibliis non reperitur. Iac. 4, 14 et Os. 13, 3 homines quidem quasi vapor esse dicuntur, Ps. 118, 83 Psalmista se esse uterum in pruina dicit; nullo autem loco Moses loquitur. Hilgenfeld coniecit, haec verba hausta esse ex Mosis Assumptione, libro apocrypho, cuius fragmenta conservata una cum Clementis Romani epistulis edidit. Fortasse recte; sed res non est certa.

XVIII, 1. Clemens plures S. Scripturae locos in unum consarcinat.

μίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου ἐστὶν διαπαντός. 4. *σοὶ μόνῳ ἥμαρτον καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα, ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.* 5. *ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήμφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέν με ἡ μήτηρ μου.* 6. *ἰδοὺ γὰρ ἀλήθειαν ἠγάπησας· τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι.* 7. *ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι.* 8. *ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην, ἀγαλλιάσονται ὀστᾶ τεταπεινωμένα.* 9. *ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον.* 10. *καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοί, ὁ θεός, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου.* 11. *μὴ ἀπορίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ.* 12. *ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήρισόν με.* 13. *διδάξω ἀνόμους τὰς ὁδούς σου, καὶ ἀσεβεῖς ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ σέ.* 14. *ῥῦσαί με ἐξ αἱμάτων, ὁ θεός, ὁ θεὸς τῆς σωτηρίας μου.* 15. *ἀγαλλιάσεται ἡ γλῶσσά μου τὴν δικαιοσύνην σου. κύριε, τὸ στόμα μου ἀνοίξεις, καὶ τὰ χείλη μου ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου.* 16. *ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν· ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις.* 17. *θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ θεὸς οὐκ ἐξουθενώσει.*

XIX. Τῶν τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων οὕτως μεμαρτυρημένων τὸ ταπεινόφρον καὶ τὸ ὑποδεὲς διὰ τῆς ὑπακοῆς οὐ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὰς πρὸ ἡμῶν γενεὰς βελτίους ἐποίησεν, τούς τε καταδεξαμένους τὰ λόγια αὐτοῦ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ. 2. πολλῶν οὖν καὶ μεγάλων καὶ ἐνδόξων μετειληφότες πράξεων ἐπαναδράμωμεν ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένον ἡμῖν τῆς εἰρήνης σκοπόν, καὶ ἀτενίσωμεν εἰς τὸν πατέρα καὶ κτίστην τοῦ σύμπαντος κόσμου καὶ ταῖς μεγαλοπρεπέσι καὶ ὑπερβαλλούσαις αὐτοῦ δωρεαῖς τῆς εἰρήνης εὐεργεσίαις τε κολληθῶμεν. 3. ἴδωμεν αὐτὸν κατὰ διά-

3 sq. *νικησεις* A | 7 *σου* A : > LS | 8 *πλυνιεις* A | 19/20 *τὸ στόμα .. τὰ χείλη* A : ∾ LS LXX | 24 *τοσούτων .. τοιούτων* AL : ∾ HS | 25 *ταπεινόφρον* H : *ταπεινοφρονον* (= *-φρονοῦν* ?) A cf. 38, 2 | 26 *τὰς πρὸ ἡμῶν γενεὰς* AS : *τοὺς πρὸ ἡμῶν* HL, + in seculo L | 27 *αὐτοῦ* : *τοῦ θεοῦ* S

XIX, 1. Cf. ad hunc versum et se- | quentem Hebr. 12, 1. — *ὑποδεές*]

me; quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum coram me est semper. 4. *Tibi soli peccavi et malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas, cum iudicaris.* 5. *Ecce enim, in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.* 6. *Ecce enim, veritatem dilexisti. Incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.* 7. *Asperge me nunc hyssopo, et mundabor; lava me, et super nivem dealbabor.* 8. *Auditui meo da gaudium et laetitiam, et exsultabunt ossa mea humiliata.* 9. *Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.* 10. *Cor mundum crea in me, deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis.* 11. *Ne proicias me a facie tua, et spiritum tuum sanctum ne auferas a me.* 12. *Redde mihi laetitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me.* 13. *Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur.* 14. *Libera me de sanguinibus, deus, deus salutis meae.* 15. *Decantabit lingua mea iustitiam tuam. Domine, os meum aperies, et labia mea adnuntiabunt laudem tuam.* 16. *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique; sed holocaustis non delectaris.* 17. *Sacrificium deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum deus non despiciet.*

XIX. Tantorum igitur et talium, qui tam clarum elogium consecuti sunt, humilitas et subiectio per oboedientiam non tantum nos, sed et generationes ante nos meliores reddidit, eosque, qui in timore et veritate susceperunt eloquia eius. 2. Quare multorum magnorumque et illustrium factorum participes facti recurramus ad pacis scopum nobis ab initio traditum, et totius mundi parentem et creatorem diligenter intueamur atque illius magnificis et exsuperantibus donis pacis et beneficiis firmiter adhaereamus. 3. Cogitatione contemplemur eum et mentis ocu-

Laurent vix recte vertit *egestas* — *τὰ λόγια αὐτοῦ*] sc. *τοῦ θεοῦ*, ut legit S. Cf. 53, 1; 62, 3; II Clem. 13, 3; Rom. 3, 2; Hebr. 5, 12.

2. *ἀτενίσωμεν κτλ.*] Clemens incipit harmoniam mundi (c. 20) exponere, ut Corinthios ad pacem et ad ordinem ecclesiasticum servandum adhortetur. Similiter Ps.-Clemens Constit. apost. VIII, 46 in.: *εἰ γὰρ τὰ ἄψυχα γενόμενα τὴν εὐταξίαν ἀποσώζει, οἷον νύξ, ἡμέρα, ἥλιος . . . πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς οὐδὲν ὀφείλετε τολμᾶν παρακινεῖν τῶν ὑμῖν κατὰ γνώμην θεοῦ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντων.*

νοιαν καὶ ἐμβλέψωμεν τοῖς ὄμμασιν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ μακρόθυμον αὐτοῦ βούλημα· νοήσωμεν, πῶς ἀόργητος ὑπάρχει πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν αὐτοῦ.

XX. Οἱ οὐρανοὶ τῇ διοικήσει αὐτοῦ σαλευόμενοι ἐν εἰρήνῃ ὑποτάσσονται αὐτῷ· 2. ἡμέρα τε καὶ νὺξ τὸν τεταγμένον ὑπ' αὐτοῦ δρόμον διανύουσιν, μηδὲν ἀλλήλοις ἐμποδίζοντα. 3. ἥλιός τε καὶ σελήνη, ἀστέρων τε χοροὶ κατὰ τὴν διαταγὴν αὐτοῦ ἐν ὁμονοίᾳ δίχα πάσης παρεκβάσεως ἐξελίσσουσιν τοὺς ἐπιτεταγμένους αὐτοῖς ὁρισμούς. 4. γῆ κυοφοροῦσα κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ τοῖς ἰδίοις καιροῖς τὴν πανπληθῆ ἀνθρώποις τε καὶ θηρσὶν καὶ πᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐπ' αὐτῆς ζώοις ἀνατέλλει τροφήν, μὴ διχοστατοῦσα μηδὲ ἀλλοιοῦσά τι τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. 5. ἀβύσσων τε ἀνεξιχνίαστα καὶ νερτέρων ἀνεκδιήγητα κρίματα τοῖς αὐτοῖς συνέχεται προστάγμασιν. 6. τὸ κύτος τῆς ἀπείρου θαλάσσης κατὰ τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ συσταθὲν εἰς τὰς συναγωγὰς οὐ παρεκβαίνει τὰ περιτεθειμένα αὐτῇ κλεῖθρα, ἀλλὰ καθὼς διέταξεν αὐτῇ, οὕτως ποιεῖ. 7. εἶπεν γάρ· *Ἕως ὧδε ἥξεις, καὶ τὰ κύματά σου ἐν σοὶ συντριβήσεται.* 8. ὠκεανὸς ἀπέραντος ἀνθρώποις καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι ταῖς αὐταῖς ταγαῖς τοῦ δεσπότου διευθύνονται. 9. καιροὶ ἐαρινοὶ καὶ θερινοὶ καὶ μετοπωρινοὶ καὶ χειμερινοὶ ἐν εἰρήνῃ μεταπαραδιδόασιν ἀλλήλοις. 10. ἀνέμων σταθμοὶ κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν τὴν λειτουργίαν αὐτῶν ἀπροσκόπως ἐπιτελοῦσιν· ἀέναοί τε πηγαί, πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ὑγείαν δημιουργηθεῖσαι, δίχα ἐλλείψεως παρέχονται τοὺς πρὸς ζωῆς ἀνθρώποις μαζούς· τά τε ἐλάχιστα τῶν ζώων τὰς συνελεύσεις αὐτῶν ἐν ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ ποιοῦνται. 11. ταῦτα πάντα ὁ μέγας δη-

4 *οἱ* > H | 6 *τε* > H | 8 *παραβάσεως* H | 11 *αὐτῆς* H : *αυτην* A | 13 *κρίματα* AHLS : *κλίματα* con Wotton | 17 *κρυματα* A | 18 *συντριβήσονται* H | *ἀπέραντος ἀνθρώποις* HL Clem Orig : ∾ A | 21 *μεταδιδόασιν* H | *ἀνέμων* AL : + *τε* HS | 22 *καιρὸν* + *καὶ* H | 23 *ὑγίειαν* H | 24 *ζωὴν* H

XX. Pleraeque voces principales, quae in hoc capite leguntur, inveniuntur etiam in Praefatione missae, quae exstat Const. ap. VIII, 12. Cf. Clem. Recogn. VIII, 22—27; Constant. M. Ep. ad provinc. Orient. apud Eus. Vit. Const. II, 58.

5. *κρίματα*] Lectio quidem difficilis est; testibus vero omnibus tradita retinenda esse videtur. Neque tamen addere non possum, fortasse librarium minus diligentem ac Rom. 11, 33 ante oculos habentem aut vocem inseruisse aut *κλίματα* in eam mutasse.

6. Cf. Ps. 64, 8; Gen. 1, 9; Iob

lis longanimam eius voluntatem intueamur. Videamus, quantopere clementem se praebeat erga omnem creaturam suam.

XX. Caeli gubernatione eius commoti in pace ei subiciuntur; 2. dies etiam et nox, nullo sibi invicem impedimento, constitutum ab eo cursum absolvunt. 3. Sol et luna et siderum chori secundum eius mandatum sine ullo errore in concordia sibi constitutas dispositiones evolvunt. 4. Terra gravida secundum eius voluntatem suis temporibus hominibus, feris et omnibus, quae super eam sunt, animantibus alimentum abundans profert, non haesitans neque mutans quidquam eorum, quae ab illo decreta sunt. 5. Abyssorum investigabilia et profundi inenarrabiles institutiones eisdem legibus continentur. 6. Moles immensi maris, per ordinationem eius in cumulos coagmentata, circumposita sibi claustra non transgreditur, sed prout ei praecepit, ita facit. 7. Dixit enim: *Huc usque venies, et in te ipso conterentur fluctus tui.* 8. Oceanus impermeabilis hominibus et qui trans ipsum sunt mundi eisdem domini dispositionibus gubernantur. 9. Vernae, aestivae, autumnales et hiemales tempestates in pace aliae aliis succedunt. 10. Ventorum stationes peculiari suo tempore munus suum sine offendiculo obeunt; fontes etiam perennes, ad usum et sanitatem facti, ubera sine defectu ad vitam hominum sustentandam praebent; et animalia minima in pace et concordia coetus suos faciunt. 11. Haec

17 Iob 38, 11.

38, 10; Ps. 103, 9; 148, 6.

8. Clem. Al. Strom. V, 12, 81 p. 693. Orig. De princ. II, 2, 6; Selecta in Ezech. 8, 3 (ed. Bened. I, 82; III, 422). Hieron. Ad Eph. 2, 2 (ed. Vall. VII, 571). Cf. Iren. Adv. haer. II, 28, 2; Dionys. Al. ap. Eus. H. E. V, 21, 7; Aug. De civ. Dei XVI, 9. Hic locus primus est ex iis, qui offenderunt Photium (Bibl. cod. 126). — *οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι*] Plinius N. H. VI, 22 refert, Taprobanen (i. e. insulam *Ceylon*) diu alterum orbem terrarum existimatam fuisse, et Iosephus Bell. Iud. II, 16, 4 de Britannia tanquam orbe ultra oceanum sito loquitur. Plato Tim. 24, Crit. 108, de Atlanti, insula immensa ultra Herculis columnas sita ac propter vitia incolarum deleta, fabulatur. Reperitur autem apud veteres etiam fama orbis occidentalis vel Americae obscura, eamque Clemens respicere videtur. Cf. A. de Humboldt, *Examen critique de l' hist. de la géographie* t. I 1836, ubi collecta sunt, quae veteres de hac re opinabantur, et Lightfoot ad h. l.

10. *ἀνέμων σταθμοί*] Cf. Iob. 28, 25.

μιουργὸς καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ προσέταξεν εἶναι, εὐεργετῶν τὰ πάντα, ὑπερεκπερισσῶς δὲ ἡμᾶς τοὺς προσπεφευγότας τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, 12. ᾧ ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλωσύνη εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

XXI. Ὁρᾶτε, ἀγαπητοί, μὴ αἱ εὐεργεσίαι αὐτοῦ αἱ πολλαὶ γένωνται εἰς κρίμα πᾶσιν ἡμῖν, ἐὰν μὴ ἀξίως αὐτοῦ πολιτευόμενοι τὰ καλὰ καὶ εὐάρεστα ἐνώπιον αὐτοῦ ποιῶμεν μεθ' ὁμονοίας. 2. λέγει γάρ που· *Πνεῦμα κυρίου λύχνος ἐρευνῶν τὰ ταμιεῖα τῆς γαστρός*. 3. ἴδωμεν, πῶς ἐγγύς ἐστιν, καὶ ὅτι οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐννοιῶν ἡμῶν οὐδὲ τῶν διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα. 4. δίκαιον οὖν ἐστίν, μὴ λειποτακτεῖν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. 5. μᾶλλον ἀνθρώποις ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις καὶ ἐπαιρομένοις καὶ ἐγκαυχωμένοις ἐν ἀλαζονείᾳ τοῦ λόγου αὐτῶν προσκόψωμεν ἢ τῷ θεῷ. 6. τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, οὗ τὸ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐδόθη, ἐντραπῶμεν, τοὺς προηγουμένους ἡμῶν αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους τιμήσωμεν, τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ, τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα. 7. τὸ ἀξιαγάπητον τῆς ἁγνείας ἦθος ἐνδειξάσθωσαν, τὸ ἀκέραιον τῆς πραΰτητος αὐτῶν βούλημα ἀποδειξάτωσαν, τὸ ἐπιεικὲς τῆς γλώσσης αὐτῶν διὰ τῆς σιγῆς φανερὸν ποιησάτωσαν, τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσιν τοῖς φοβουμένοις τὸν θεὸν ὁσίως ἴσην παρεχέτωσαν. 8. τὰ τέκνα ἡμῶν τῆς ἐν Χριστῷ παιδείας μεταλαμβανέτωσαν· μαθέτωσαν, τί ταπεινοφροσύνη παρὰ θεῷ ἰσχύει, τί ἀγάπη ἁγνὴ παρὰ θεῷ δύναται, πῶς ὁ φόβος αὐτοῦ καλὸς καὶ μέγας καὶ σῴζων πάντας τοὺς ἐν αὐτῷ ὁσίως ἀναστρεφομένους ἐν καθαρᾷ διανοίᾳ. 9. ἐρευνητὴς γάρ ἐστιν ἐννοιῶν καὶ ἐνθυμήσεων· οὗ ἡ πνοὴ αὐτοῦ ἐν ἡμῖν ἐστίν, καὶ ὅταν θέλῃ, ἀνελεῖ αὐτήν.

XXII. Ταῦτα δὲ πάντα βεβαιοῖ ἡ ἐν Χριστῷ πίστις· καὶ γὰρ

3 *προσφεύγοντας* H | 7 *κρίμα πᾶσιν* A : *κρίματα σὺν* H, *κρίμα* LS | 9 *λύχνον* A | 15 *Χριστὸν* AL : > HS Clem | 17 *πρεσβυτέρους* HLS Clem : + *ημων* A | 21 *σιγῆς* : *φωνης* A | 23 *ἡμῶν* LS Clem : *ὑμῶν* AH | 25 *παρὰ* H Clem : + *τω* A | 27 *ἐστιν* > L Clem | 29 *ἀνελεῖ* AL Clem : *ἀναιρεῖ* HS

12. Non solum in fine, sed etiam in medio epistulae (cf. 32, 4; 38, 4; 43, 6; 45, 7; 50, 7; 58, 2; 61, 3; 64) Clemens more divi Pauli doxologia utitur.

XXI, 1. *πολιτευόμενοι*] Cf. 3, 4.

omnia magnus opifex et omnium dominus in pace et concordia fieri iussit, benefaciens omnibus, superabundanter autem nobis, qui ad miserationes eius confugimus per dominum Iesum Christum, 12. cui gloria et maiestas in saecula saeculorum. Amen.

XXI. Cavete, dilecti, ne beneficia eius, quae multa sunt, nobis omnibus in condemnationem cedant, nisi digne illo viventes bona et accepta in conspectu eius cum concordia fecerimus. 2. Dicit enim alicubi: *Spiritus domini lucerna scrutans cavernas ventris*. 3. Consideremus, quam prope sit, et quod cogitationum nostrarum et colloquiorum, quae habemus, nihil ipsum lateat. 4. Aequum est igitur, ut non simus transfugae a voluntate eius. 5. Homines stultos et insipientes, elatos et in sermonis sui iactantia gloriantes potius quam deum offendamus. 6. Dominum Iesum Christum, cuius sanguis pro nobis datus est, veneremur, praepositos nostros revereamur, seniores honoremus, iuvenes in disciplina timoris dei erudiamus, uxores nostras ad id, quod bonum est, dirigamus. 7. Amabiles castitatis mores ostendant, puram et sinceram mansuetudinis suae voluntatem demonstrent, linguae suae moderationem silentio manifestam faciant, caritatem suam sine personarum acceptione omnibus deum sancte timentibus aequalem exhibeant. 8. Liberi nostri disciplinae Christi participes sint; discant, quantum humilitas apud deum valeat, quid casta caritas apud deum possit, quemadmodum timor eius bonus sit et magnus, servans omnes, qui in ipso sancte versantur in pura mente. 9. Est enim cogitationum et consiliorum mentis scrutator, cuius spiritus est in nobis; et cum voluerit, auferet eum.

XXII. Haec autem omnia confirmat fides, quae est in Christo.

9 Prov. 20, 27.

2—XXII. Clem. Al. Strom. IV, 17, 109—112 p. 611 sq.

3. ἐγγύς] Cf. 27, 3; Ps. 118, 151; 144, 18.

5. ἐγκαυχωμένους κτλ.] Cf. Iac. 4, 16.

6. τοὺς προηγουμένους] = τοὺς ἡγουμένους 1, 3 vel praepositos ecclesiae. — τοὺς νέους κτλ.] Cf. Polyc. Phil. 4, 2.

7. προσκλίσεις] Cf. 47, 3. 4; 52, 2; I Tim. 5, 21.

9. ἐρευνητὴς κτλ.] Cf. Hebr. 4, 12. — οὗ .. αὐτοῦ] Hebraismus. — ἀνελεῖ] Cf. Ps. 103, 29.

XXII, 1. ταῦτα κτλ.] i. e. praecepta in capite praecedente proposita.

αὐτὸς διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου οὕτως προσκαλεῖται ἡμᾶς· *Δεῦτε, τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον κυρίου διδάξω ὑμᾶς.* 2. *τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωήν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς;* 3. *παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον.* 4. *ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ καὶ ποίησον ἀγαθόν.* 5. *ζήτησον εἰρήνην καὶ δίωξον αὐτήν.* 6. *ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ πρὸς δέησιν αὐτῶν· πρόσωπον δὲ κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά, τοῦ ἐξολεθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν.* 7. *ἐκέκραξεν ὁ δίκαιος, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ ἐρύσατο αὐτόν.* 8. *πολλαὶ αἱ θλίψεις τοῦ δικαίου, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτὸν ὁ κύριος.* 9. εἶτα· *Πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ, τοὺς δὲ ἐλπίζοντας ἐπὶ κύριον ἔλεος κυκλώσει.*

XXIII. Ὁ οἰκτίρμων κατὰ πάντα καὶ εὐεργετικὸς πατὴρ ἔχει σπλάγχνα ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν, ἠπίως τε καὶ προσηνῶς τὰς χάριτας αὐτοῦ ἀποδιδοῖ τοῖς προσερχομένοις αὐτῷ ἁπλῇ διανοίᾳ. 2. διὸ μὴ διψυχῶμεν, μηδὲ ἰνδαλλέσθω ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπὶ ταῖς ὑπερβαλλούσαις καὶ ἐνδόξοις δωρεαῖς αὐτοῦ. 3. πόρρω γενέσθω ἀφ' ἡμῶν ἡ γραφὴ αὕτη, ὅπου λέγει· *Ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τῇ ψυχῇ, οἱ λέγοντες· Ταῦτα ἠκούσαμεν καὶ ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἰδού, γεγηράκαμεν, καὶ οὐδὲν ἡμῖν τούτων συνβέβηκεν.* 4. *ὦ ἀνόητοι, συμβάλετε ἑαυτοὺς ξύλῳ· λάβετε ἄμπελον· πρῶτον μὲν φυλλοροεῖ, εἶτα βλαστὸς γίνεται, εἶτα φύλλον, εἶτα ἄνθος, καὶ μετὰ ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα σταφυλὴ παρεστηκυῖα.* ὁρᾶτε, ὅτι ἐν καιρῷ ὀλίγῳ εἰς πέπειρον καταντᾷ ὁ καρπὸς τοῦ ξύλου. 5. ἐπ' ἀληθείας ταχὺ καὶ ἐξαίφνης τελειωθήσεται τὸ βούλημα αὐτοῦ, συνεπιμαρτυρούσης καὶ τῆς γραφῆς, ὅτι *ταχὺ ἥξει καὶ οὐ χρονιεῖ, καὶ ἐξαίφνης*

2/11 *τίς — αὐτὸν* vel v. 2—7 > H cf. 18, 3 | 4 *σου* sec > A | 10 *αὐτοῦ* AS : > L Clem | 11/12 *πολλαὶ — εἶτα* S : > AL propter iterationem vocum *πολλαὶ αἱ* | 12 *εἶτα* H, et iterum S | 13 *τοὺς δὲ ἐλπ.* AL Clem : *τὸν δὲ ἐλπίζοντα* HS LXX | 19 *πόρρω* + *γε* H | 20 *αὕτη* : *αὐτοῦ* H | 21 *τῇ ψυχῇ* HL : *την ψυχην* A | 24 *πρῶτον μὲν φυλλοροεῖ* > H

XXIII, 2. *ἰνδάλλεσθαι*] = *φαίνεσθαι, φαντάζεσθαι*. Cf. Clem. Al. Protrept. c. 10, 103 p. 81; Method. Sympos. VIII, 2.

3. *ταλαίπωροι κτλ.*] Idem locus tanquam dictum propheticum II Clem.

Ipse enim per spiritum sanctum ita nos compellat: *Venite filii, audite me; timorem domini docebo vos.* 2. *Quis est homo, qui vult vitam, diligens dies videre bonos?* 3. *Prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum.* 4. *Declina a malo et fac bonum.* 5. *Quaere pacem et persequere eam.* 6. *Oculi domini super iustos et aures eius in preces eorum; vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* 7. *Clamavit iustus, et dominus exaudivit eum et ex omnibus tribulationibus eius liberavit eum.* 8. *Multae sunt tribulationes iusti, et de his omnibus liberabit eum dominus.* 9. Deinde: *Multa sunt flagella peccatoris, sperantem autem in domino misericordia circumdabit.*

XXIII. Misericors in omnibus et benignus pater caritatem erga timentes eum habet, gratiasque suas benigne et suaviter largitur iis, qui ad ipsum simplici mente accedunt. 2. Quare animo duplici ne simus, neque super eximiis et honorificis donis eius efferatur anima nostra. 3. Longe a nobis absit scriptura haec, ubi dicit: *Miseri sunt, qui animo sunt duplices et dubii, dicentes: Haec audivimus etiam tempore patrum nostrorum, et ecce, consenuimus et nihil horum nobis accidit.* 4. *O fatui, comparate vos arbori; vitem sumite; primum quidem foliis nudatur, germen postea fit, folium deinde et flos, posthaec uva acerba, tandem demum uva matura.* Videtis, in exiguo tempore fructum arboris ad maturitatem perduci. 5. Re vera brevi et subito voluntas eius perficietur, scriptura etiam testimonium perhibente: *Statim venturus est neque tardabit,*

2 Ps. 33, 12—18. 20. — 12 Ps. 31, 10. — 20 ? — 29 Ies. 14, 1 (Habac. 2, 3; Hebr. 10, 37); Malach. 3, 1.

11, 2. 3 laudatur, atque in hac scriptura ita mutatus profertur, ut quaeratur, num e Clementis epistula repetitus fuerit. Lightfoot eum e libro Eldad et Modad, quem in ecclesia Romana notum fuisse Hermas Vis. II, 3, 4 testatur, haustum esse conicit; Hilgenfeld eum ad Assumptionem Mosis refert. Nonnulli Clementem e diversis S. Scripturae verbis composuisse censuerunt; vix recte. — δίψυχοι] Cf. Iac. 1, 8; Barn. 19, 5; Herm. Vis. III, 4, 3. — λέγοντες κτλ.] Cf. Ies. 5, 19; II Petr. 3, 4.

4. συμβάλετε κτλ.] Cf. Matth. 24, 32. 33; Marc. 13, 28. 29; Luc. 21, 29. 30.

5. ταχὺ κτλ.] Duo loci consarci-

ἥξει ὁ κύριος εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ, καὶ ὁ ἅγιος, ὃν ὑμεῖς προσδοκᾶτε.

XXIV. Κατανοήσωμεν, ἀγαπητοί, πῶς ὁ δεσπότης ἐπιδείκνυται διηνεκῶς ἡμῖν τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν ἔσεσθαι, ἧς τὴν ἀπαρχὴν ἐποιήσατο τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστήσας. 2. ἴδωμεν, ἀγαπητοί, τὴν κατὰ καιρὸν γινομένην ἀνάστασιν. 3. ἡμέρα καὶ νὺξ ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσιν· κοιμᾶται ἡ νύξ, ἀνίσταται ἡ ἡμέρα· ἡ ἡμέρα ἄπεισιν, νὺξ ἐπέρχεται. 4. λάβωμεν τοὺς καρπούς· ὁ σπόρος πῶς καὶ τίνα τρόπον γίνεται; 5. ἐξῆλθεν ὁ σπείρων καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν ἕκαστον τῶν σπερμάτων, ἅτινα πεσόντα εἰς τὴν γῆν ξηρὰ καὶ γυμνὰ διαλύεται· εἶτ' ἐκ τῆς διαλύσεως ἡ μεγαλειότης τῆς προνοίας τοῦ δεσπότου ἀνίστησιν αὐτά, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς πλείονα αὔξει καὶ ἐκφέρει καρπόν.

XXV. Ἴδωμεν τὸ παράδοξον σημεῖον τὸ γινόμενον ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς τόποις, τουτέστιν τοῖς περὶ τὴν Ἀραβίαν. 2. ὄρνεον γάρ ἐστιν, ὃ προσονομάζεται φοίνιξ· τοῦτο μονογενὲς ὑπάρχον ζῇ ἔτη πεντακόσια, γενόμενόν τε ἤδη πρὸς ἀπόλυσιν τοῦ ἀποθανεῖν αὐτό, σηκὸν ἑαυτῷ ποιεῖ ἐκ λιβάνου καὶ σμύρνης καὶ τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων, εἰς ὃν πληρωθέντος τοῦ χρόνου εἰσέρχεται καὶ τελευτᾷ. 3. σηπομένης δὲ τῆς σαρκὸς σκώληξ τις γεννᾶται, ὃς ἐκ τῆς ἰκμάδος τοῦ τετελευτηκότος ζώου ἀνατρεφόμενος πτεροφυεῖ· εἶτα γενναῖος γενόμενος αἴρει τὸν σηκὸν ἐκεῖνον, ὅπου τὰ ὀστᾶ τοῦ προγεγονότος ἐστίν, καὶ ταῦτα βαστάζων διανύει ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς χώρας ἕως τῆς Αἰγύπτου εἰς τὴν λεγομένην Ἡλιούπολιν. 4. καὶ ἡμέρας, βλεπόντων πάντων, ἐπιπτὰς ἐπὶ τὸν τοῦ ἡλίου βωμὸν τίθησιν αὐτὰ καὶ οὕτως εἰς τοὐπίσω ἀφορμᾷ. 5. οἱ οὖν ἱερεῖς

3 sq. *ἐπιδείκνυται δ. ἡμῖν* A : *δ. ἡμῖν ἐπιδείκνυσι* H | 5 *Χριστὸν* > H | 17 *τε* A : *δὲ* HS | 19 *χρόνου* AH : + *τοῦ βίου* LS Knopf | 20 *δὲ* AS : *τε* H | *γεννᾶται* AL Cyr : *ἐγγεννᾶται* HS | 21 *τελευτήσαντος* H | 25 *ἐπιπτὰς* > H

nati. — *ἅγιος*] LXX habent *ἄγγελος*. Clemens illam vocem usurpat e memoria locum allegans, fortasse etiam de industria, quia Dominum noluit angelum nominare.

XXIV, 1. *ἀπαρχήν*] Cf. 1 Cor. 15, 20. 23; Col. 1, 18.

2—5. Cf. Theoph. Ad Autol. I, 13; Minuc. Fel. Octav. c. 34, 11. 12; Tertull. Apol. c. 48; De resurr. c. 12; Cyrill. Catech. IV, 30; Epiph. Ancor. c. 84; Ps.-Cypr. De resurrect. v. 121 sqq.

5. Cf. Matth. 13, 3. Marc. 4, 3. Luc. 8, 5.

XXV. De phoenicis fabula cf.

et statim veniet dominus in templum suum et sanctus, quem vos exspectatis.

XXIV. Consideremus, dilecti, quemadmodum dominus futuram resurrectionem continuo nobis ostendat, cuius primitias dominum Iesum Christum fecit, suscitans eum a mortuis. 2. Intueamur, dilecti, resurrectionem, quae suo tempore fit. 3. Dies et nox resurrectionem nobis ostendunt; nox cubat, exsurgit dies; abit dies, nox ingruit et insequitur. 4. Sumamus fruges: semen qui et quomodo fit? 5. Egressus est seminator et iecit in terram quaelibet semina, et quae arida et nuda in terram ceciderunt, dissolvuntur; deinde ex dissolutione magna divinae providentiae maiestas ea resuscitat, et ex uno plura fiunt ac fructum producunt.

XXV. Contemplemur signum mirabile, quod in partibus orientis, scilicet in Arabia et viciniis, fit. 2. Avis est, quae phoenix vocatur. Haec unigena exsistens annos quingentos vivit, cumque iam in eo est, ut morte dissolvatur, e thure, myrrha et reliquis aromatibus loculum sibi struit, quem completo annorum spatio ingreditur et vitam deponit. 3. Ex carne vero eius putrefacta vermis quidam nascitur, qui animalis defuncti humore nutritus plumescit. Auctis postea viribus loculum tollit, in quo ossa parentis recondita sunt, eaque portans iter ex Arabica regione in Aegyptum et urbem, quae Heliopolis dicitur, perficit. 4. Ac spectantibus omnibus diurno tempore advolans super altare solis illa collocat atque ita, unde venerat, regreditur. 5. Sacerdotes commentarios temporum diligenter

Creuzer, *Symbolik und Myth.* ed. III. t. II, 163; Piper, *Mythologie der christl. Kunst* 1847 I, 466 sq., Cassel, *Der Phönix und seine Aera* 1879. Similia narrant Tertullianus De resurr. c. 13; Lactantius De ave Phoenice; Ambrosius Hexaem. V, 23, 79; Expos. in Ps. 118 serm. 19, 13; Origenes C. Cels. IV, 98; Eusebius Vit. Const. IV, 72; Epiphanius Ancor. c. 84; Ps.-Cyprianus De resurr. v. 133; Rufinus Comm. in symb. apost. c. 11; Herodotus II, 73; Plinius Histor. nat. X, 2; Lucianus De morte Peregr. c. 27 et alii. Tacitus Annal. VI, 28 refert, post longum saeculorum ambitum avem phoenicem P. Fabio L. Vitellio coss. vel a. 34 p. Chr. in Aegyptum venisse atque praebuisse materiem doctissimis indigenarum et Graecorum multa super eo miraculo disserendi. Photius (Bibl. cod. 126 cf. 20, 8) vituperat hunc locum.

2—3. Haec laudat Cyrill. Hieros. Cat. XVIII, 8.

ἐπισκέπτονται τὰς ἀναγραφὰς τῶν χρόνων καὶ εὑρίσκουσιν αὐτὸν πενταχοσιοστοῦ ἔτους πεπληρωμένου ἐληλυθέναι.

XXVI. Μέγα καὶ θαυμαστὸν οὖν νομίζομεν εἶναι, εἰ ὁ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων ἀνάστασιν ποιήσεται τῶν ὁσίως αὐτῷ δουλευσάντων ἐν πεποιθήσει πίστεως ἀγαθῆς, ὅπου καὶ δι' ὀρνέου δείκνυσιν ἡμῖν τὸ μεγαλεῖον τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ; 2. λέγει γάρ που· *Καὶ ἐξαναστήσεις με, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι*· καί· *Ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, ἐξηγέρθην, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ.* 3. καὶ πάλιν Ἰὼβ λέγει· *Καὶ ἀναστήσεις τὴν σάρκα μου ταύτην τὴν ἀναντλήσασαν ταῦτα πάντα.*

XXVII. Ταύτῃ οὖν τῇ ἐλπίδι προσδεδέσθωσαν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τῷ πιστῷ ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις καὶ τῷ δικαίῳ ἐν τοῖς κρίμασιν. 2. ὁ παραγγείλας μὴ ψεύδεσθαι, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς οὐ ψεύσεται· οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον παρὰ τῷ θεῷ εἰ μὴ τὸ ψεύσασθαι. 3. ἀναζωπυρησάτω οὖν ἡ πίστις αὐτοῦ ἐν ἡμῖν, καὶ νοήσωμεν, ὅτι πάντα ἐγγὺς αὐτῷ ἐστιν. 4. ἐν λόγῳ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ συνεστήσατο τὰ πάντα καὶ ἐν λόγῳ δύναται αὐτὰ καταστρέψαι. 5. *Τίς ἐρεῖ αὐτῷ· Τί ἐποίησας; ἢ τίς ἀντιστήσεται τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ;* ὅτε θέλει καὶ ὡς θέλει, ποιήσει πάντα καὶ οὐδὲν μὴ παρέλθῃ τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. 6. πάντα ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσίν, καὶ οὐδὲν λέληθεν τὴν βουλὴν αὐτοῦ, 7. εἰ *οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα· ἡ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν· καὶ οὐκ εἰσὶν λόγοι οὐδὲ λαλιαί, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν.*

XXVIII. Πάντων οὖν βλεπομένων καὶ ἀκουομένων, φοβηθῶμεν αὐτὸν καὶ ἀπολίπωμεν φαύλων ἔργων μιαρὰς ἐπιθυμίας, ἵνα τῷ ἐλέει αὐτοῦ σκεπασθῶμεν ἀπὸ τῶν μελλόντων κριμάτων. 2. ποῦ γάρ τις ἡμῶν δύναται φυγεῖν ἀπὸ τῆς κραταιᾶς χειρὸς αὐτοῦ; ποῖος δὲ κόσμος δέξεταί τινα τῶν αὐτομολούντων ἀπ' αὐτοῦ; λέ-

2 *πληρουμένου* H | 8 *ὕπνωσα* AL : + *καὶ* HS | 9 sq. *ἀντλήσασαν* H | 11 *προσδεχέσθωσαν* H | 12 *ἐν* pr > H | *τῷ* sec > H | 14 *τῷ* > H | *τὸ* > H | 17 *τὰ* > H | 19 *ὅτε* AHS : quia cum L, *ὅτι ὅτε* Knopf | *ποιήσαι* H | 22 *οἱ* > H | 23/25 *ἡ ἡμέρα — οὐχί* : *καὶ* H | 25 *αὐτῶν* > H | 26 *οὖν* > H | 27 *απολειπωμεν* A | *μιαράς* : *βλαβερὰς* H

XXVI, 1. *ἐν πεποιθήσει π. ἀ.*] Cf. 35, 2. Eph. 3, 12.

2. *καὶ ἐξαναστήσεις κτλ.*] Ps. 27, 7: *καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ,* quem locum Clemens abbreviatum

inspiciunt et impleto anno quingentesimo rediisse illam comperiunt.

XXVI. An magnum igitur et admirabile arbitrabimur, si rerum omnium opifex resurgere eos faciat, qui in bonae fidei confidentia religiose illi inservierunt, cum per volucrem promissionis suae magnificentiam abunde nobis patefaciat? 2. Dicit enim alicubi: *Suscitabis me, et confitebor tibi;* et: *Dormivi et soporatus sum; surrexi, quia tu mecum es.* 3. Et rursus Iob dicit: *Et carnem hanc meam resuscitabis, quae omnia haec passa est.*

XXVII. Hac igitur spe animi nostri ad eum adstringantur, qui fidelis est in promissionibus et iustus in iudiciis. 2. Qui mentiri vetuit, multo minus ipse mentietur; nihil enim deo impossibile praeterquam mentiri. 3. Exsuscitetur igitur in nobis fides eius, et omnia ipsi propinqua esse consideremus. 4. Verbo maiestatis suae constituit omnia et verbo suo potest illa evertere. 5. *Quis dicet ei: Quid fecisti? Vel quis fortitudinis eius robori resistet?* Quando vult et quomodo vult, omnia faciet, neque quidquam ab eo semel decretum praeteribit. 6. Omnia coram ipso sunt nihilque consilium eius latuit, 7. si *caeli enarrant gloriam dei, opus manuum eius annuntiat firmamentum; dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam; et non sunt loquelae neque sermones, quorum non audiantur voces.*

XXVIII. Cum omnia igitur eius oculis et auribus pateant, metuamus eum et impuras cupiditates pravorum operum deseramus, ut a futuro iudicio eius misericordia tegamur. 2. Quoniam enim quis nostrum a potente eius manu fugere potest? Quis mundus quempiam ab eo transfugam recipiet? Dicit enim

7 Ps. 27, 7? — 7 Ps. 3, 6; 22, 4. — 9 Iob 19, 26. — 18 Sap. 12, 12; 11, 22. — 22 Ps. 18, 2—4.

reddidisse videtur. Cf. Ps. 87, 11. Plures verba ad librum apocryphum referunt.

XXVII, 1. πιστῷ ἐν τ. ἐπ.] Cf. Hebr. 10, 23; 11, 11.

2. Cf. Hebr. 6, 18; Tit. 1, 2.

3. ἀναζωπυρησάτω] Cf. II Tim. 1, 6; Ign. Eph. 1, 1.

4. ἐν λόγῳ κτλ.] Cf. Hebr. 1, 3.

5. παρέλθῃ] Cf. Matth. 5, 18; 24, 35.

6. Cf. Ps. 138, 3. 4. 15.

γει γάρ που τὸ γραφεῖον· 3. *Ποῦ ἀφήξω καὶ ποῦ κρυβήσομαι ἀπὸ τοῦ προσώπου σου; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανόν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν ἀπέλθω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς γῆς, ἐκεῖ ἡ δεξιά σου· ἐὰν καταστρώσω εἰς τὰς ἀβύσσους, ἐκεῖ τὸ πνεῦμά σου.* 4. ποῖ οὖν τις ἀπέλθῃ ἢ ποῦ ἀποδράσῃ ἀπὸ τοῦ τὰ πάντα ἐμπεριέχοντος;

XXIX. Προσέλθωμεν οὖν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι ψυχῆς, ἁγνὰς καὶ ἀμιάντους χεῖρας αἴροντες πρὸς αὐτόν, ἀγαπῶντες τὸν ἐπιεικῆ καὶ εὔσπλαγχνον πατέρα ἡμῶν, ὃς ἐκλογῆς μέρος ἡμᾶς ἐποίησεν ἑαυτῷ. 2. οὕτω γὰρ γέγραπται· *Ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ. ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.* 3. καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· *Ἰδού, κύριος λαμβάνει ἑαυτῷ ἔθνος ἐκ μέσου ἐθνῶν, ὥσπερ λαμβάνει ἄνθρωπος τὴν ἀπαρχὴν αὐτοῦ τῆς ἅλω· καὶ ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ ἔθνους ἐκείνου ἅγια ἁγίων.*

XXX. Ἁγία οὖν μερὶς ὑπάρχοντες ποιήσωμεν τὰ τοῦ ἁγιασμοῦ πάντα, φεύγοντες καταλαλιάς, μιαράς τε καὶ ἀνάγνους συμπλοκάς, μέθας τε καὶ νεωτερισμοὺς καὶ βδελυκτὰς ἐπιθυμίας, μυσερὰν μοιχείαν, βδελυκτὴν ὑπερηφανίαν. 2. *Θεὸς γάρ*, φησίν, *ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσιν χάριν.* 3. κολληθῶμεν οὖν ἐκείνοις, οἷς ἡ χάρις ἀπὸ τοῦ θεοῦ δέδοται· ἐνδυσώμεθα τὴν ὁμόνοιαν ταπεινοφρονοῦντες, ἐγκρατευόμενοι, ἀπὸ παντὸς ψιθυρισμοῦ καὶ καταλαλιᾶς πόρρω ἑαυτοὺς ποιοῦντες, ἔργοις δικαιούμενοι καὶ μὴ λόγοις. 4. λέγει γάρ· *Ὁ τὰ πολλὰ λέγων καὶ ἀντακούσεται· ἢ ὁ εὔλαλος οἴεται εἶναι δίκαιος;* 5. *εὐλογημένος γεννητὸς γυναικὸς ὀλιγόβιος. μὴ πολὺς ἐν ῥήμασιν γίνου.* 6. ὁ ἔπαινος ἡμῶν ἔστω ἐν θεῷ καὶ μὴ ἐξ αὐτῶν· αὐτεπαινέτους γὰρ μισεῖ ὁ θεός. 7. ἡ μαρτυρία τῆς ἀγαθῆς πράξεως

3 *ἐκεῖ εἶ* HLS Clem. Al. Strom. IV, 22, 137 p. 625 : ∾ A | *ἐκεῖ ἡ δεξιά σου* : *σὺ ἐκεῖ εἶ* H | 4 *ποῖ* : *ποῦ* H | 5 *ποῦ* + *τις* H | *τὰ* > H | 8 *ἡμᾶς* > A 16 *ἁγία* LS, *ἅγια* H : *αγιου* A | *μερη* H | 17 *τε* > H | *αγνους* A | 19 *μυσαρὰν* H : + *τε* HLS | *μοιχείαν* + *καὶ* HLS | 21 *ἀπὸ* > H | 24 *καὶ* AS : > HL | 25 *ἢ* A : et L, *εἰ* H, *ἢ* S | 25 sq. *εὐλογημένος* AL : *γεννητὸς* S, > H | 27 *ὑμῶν* H | *ἐν* + *τῷ* H | 28 *ἀγαθῆς* > H

XXVIII, 2. *γραφεῖον*] = ἁγιόγραφα. Cf. Epiph. H. 29 c. 7; De mens. et pond. c. 4.

3. *καταστρώσω*] cum textu hebraico; LXX habent *καταβῶ*.

XXIX, 1. *ἁγνὰς κτλ.*] Cf. I Tim.

alicubi scriptura: 3. *Quo ibo et ubi a facie tua occultabor? Si ascendero in caelum, tu illic es; si ad terrae extrema abiero, dextera tua illic; si stratum posuero in abysso, illic est spiritus tuus.* 4. Quo igitur abibit quispiam vel quo aufugiet ab eo, qui omnia complectitur?

XXIX. Accedamus ergo ad eum in sanctitate animae, castas et impollutas manus elevantes ad illum, diligentes benignum et misericordem patrem nostrum, qui nos sibi ipsi electionis partem fecit. 2. Sic enim scriptum est: *Altissimus cum divisit gentes, cum disseminavit filios Adae, constituit terminos gentium secundum numerum angelorum dei. Et factus est pars domini populus eius Iacob, funiculus hereditatis eius Israel.* 3. Et in alio loco dicit: *Ecce dominus tollit sibi gentem e medio gentium, prout homo primitias areae suae tollit; et ex gente illa sancta sanctorum egredientur.*

XXX. Cum igitur portio sancta simus, faciamus omnia, quae ad sanctitatem pertinent, obtrectationes devitantes, impuros ac impudicos complexus, ebrietates, novarum rerum studia, concupiscentias abominandas, detestandum adulterium, abominandam superbiam. 2. *Deus enim,* inquit, *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* 3. Adglutinemur igitur iis, quibus gratia a deo concessa est. Induamus concordiam, humiles, continentes, ab omni susurro et obtrectatione procul recedentes, operibus, non autem verbis nos iustificantes. 4. Dicit enim: *Qui multa dicit, et vicissim audiet; aut vir verbosus putat se esse iustum?* 5. *Benedictus natus mulieris, brevis vitae; ne multus sis in verbis.* 6. Sit laus nostra in deo et non a nobis ipsis; odit enim deus eos, qui semetipsos laudant. 7. Testimonium

1 Ps. 138, 7—10. — 9 Deut. 32, 8. 9. — 13 Deut. 4, 34; Num. 18, 27; II Paral. 31, 14; Ezech. 48, 12; Deut. 14, 2. — 19 Prov. 3, 34; Iac. 4, 6; I Petr. 5, 5. — 24 Iob 11, 2. 3.

2, 8; Iac. 4, 8.

3. Quinque loci consarcinati.

XXX, 1. *ἁγία κτλ.*] Cf. I Petr. 1, 15. 16.

3. *ἔργοις κτλ.*] Cf. Matth. 7, 21; Rom. 2, 13; I Cor. 4, 20; Iac. 1, 22; 2, 14—26.

6. Cf. Rom. 2, 29; I Cor. 4, 5; II Cor. 10, 17. 18. — *αὐτῶν*] pro *αὑτῶν* cf. Buttmann, *Grammatik des neutest. Sprachgebrauchs* (1859) p. 97.

7. Cf. Prov. 27, 2.

ἡμῶν διδόσθω ὑπ' ἄλλων, καθὼς ἐδόθη τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῖς δικαίοις. 8. θράσος καὶ αὐθάδεια καὶ τόλμα τοῖς κατηραμένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ· ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη καὶ πραΰτης παρὰ τοῖς ηὐλογημένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ.

XXXI. Κολληθῶμεν οὖν τῇ εὐλογίᾳ αὐτοῦ καὶ ἴδωμεν, τίνες αἱ ὁδοὶ τῆς εὐλογίας. ἀνατυλίξωμεν τὰ ἀπ' ἀρχῆς γενόμενα. 2. τίνος χάριν ηὐλογήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ, οὐχὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν διὰ πίστεως ποιήσας; 3. Ἰσαὰκ μετὰ πεποιθήσεως γινώσκων τὸ μέλλον ἡδέως προσήγετο θυσία. 4. Ἰακὼβ μετὰ ταπεινοφροσύνης ἐξεχώρησεν τῆς γῆς αὐτοῦ δι' ἀδελφὸν καὶ ἐπορεύθη πρὸς Λαβὰν καὶ ἐδούλευσεν, καὶ ἐδόθη αὐτῷ τὸ δωδεκάσκηπτρον τοῦ Ἰσραήλ.

XXXII. Ὃ ἐάν τις καθ' ἓν ἕκαστον εἰλικρινῶς κατανοήσῃ, ἐπιγνώσεται μεγαλεῖα τῶν ὑπ' αὐτοῦ δεδομένων δωρεῶν. 2. ἐξ αὐτοῦ γὰρ ἱερεῖς καὶ λευῖται πάντες οἱ λειτουργοῦντες τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ θεοῦ· ἐξ αὐτοῦ ὁ κύριος Ἰησοῦς τὸ κατὰ σάρκα· ἐξ αὐτοῦ βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες καὶ ἡγούμενοι κατὰ τὸν Ἰούδαν· τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα αὐτοῦ οὐκ ἐν μικρᾷ δόξῃ ὑπάρχουσιν, ὡς ἐπαγγειλαμένου τοῦ θεοῦ, ὅτι *ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡς οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ*. 3. πάντες οὖν ἐδοξάσθησαν καὶ ἐμεγαλύνθησαν οὐ δι' αὐτῶν ἢ τῶν ἔργων αὐτῶν ἢ τῆς δικαιοπραγίας ἧς κατειργάσαντο, ἀλλὰ διὰ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. 4. καὶ ἡμεῖς οὖν, διὰ θελήματος αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κληθέντες, οὐ δι' ἑαυτῶν δικαιούμεθα οὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας σοφίας ἢ συνέσεως ἢ εὐσεβείας ἢ ἔργων ὧν κατειργασάμεθα ἐν ὁσιότητι καρδίας, ἀλλὰ διὰ τῆς πίστεως,

1 *ἡμῶν* pr AL : *ὑμῶν* HS | *εδεηθη* A | 3 *ὑπὸ τοῦ θεοῦ* > H | 8 *διὰ πίστεως* > H | 15 *αὐτοῦ* LS : *αὐτῶν* AH | *γὰρ* + *οἱ* H | 18 *δὲ* AL : *τε* HS | *αὐτοῦ* > H | *δόξῃ* : *τάξει* H | 19 *τοῦ* > H | 22/23 *καὶ ἡμεῖς — αὐτοῦ* > H

XXXI, 2. *οὐχὶ δικαιοσύνην*] Cf. Iac. 2, 21.

3. *ἡδέως*] Hoc non refert S. Scriptura, sed Iosephus Antiquit. I, 14, 4, Melito in fragmento PG V, 1218; Otto, Corp. Apolog. IX, 417.

4. *δωδεκάσκηπτρον*] = *δωδεκάφυλον* cf. III Reg. 11, 31. 32. 35. 36.

XXXII, 1. *αὐτοῦ*] sc. Dei. Cf. 19, 2; 23, 1; 35, 1, ubi Deus auctor omnium donorum praedicatur. In versibus praecedente et sequente quidem pronomine Iacob significatur; in hoc versu autem de donis a Deo Iacobo impertitis, non de beneficiis a Iacobo in nobis collocatis, ut Lipsius De Clem. Rom. ep. p. 55 n. 2 censuit, sermonem esse contextus clare ostendit. Postquam Clemens

bonorum nostrorum operum ab aliis nobis exhibeatur, sicut patribus nostris, qui iusti erant, exhibitum est. 8. Temeritas, arrogantia et audacia apud eos, qui maledicti sunt a deo; moderatio vero, humilitas et mansuetudo apud illos, qui a deo benedicti sunt.

XXXI. Eius igitur benedictioni firmiter adhaereamus, et quaenam sint benedictionis viae videamus. Animo repetamus, quae ab initio facta sunt. 2. Cuius gratia Abraham pater noster benedictus fuit? Nonne, quia iustitiam et veritatem per fidem operatus est? 3. Isaac cum confidentia, futurum cognoscens, libenter oblatus est sacrificium. 4. Iacob in humilitate ob fratrem secessit e terra sua et profectus est ad Laban et servivit; et data sunt ei duodecim sceptra Israel.

XXXII. Quod si quis animo sincero singulatim perpenderit, donorum quae ab eo tributa sunt magnificentiam intelleget. 2. Ab illo enim orti sunt sacerdotes omnes et levitae, qui altari dei inserviunt; ab illo dominus Iesus secundum carnem; ab illo reges, principes et duces per familiam Iudae. Nec reliquae eius tribus in parvo honore sunt, promittente scilicet domino: *Erit semen tuum tamquam stellae caeli.* 3. Ii ergo omnes gloriam et amplitudinem consecuti sunt non per seipsos aut opera sua aut iustas actiones, quas fecerunt, sed per voluntatem eius. 4. Et nos igitur, ex voluntate eius in Christo Iesu vocati, non per nos ipsos iustificamur neque per sapientiam nostram aut intellegentiam aut pietatem aut opera, quae in cordis sanctitate operati sumus, sed per fidem, per quam omni-

7 Gen. 21, 17. — 8 Gen. 22, 7 sqq. — 9 Gen. 28 sq. — 19 Gen. 15, 5; 22, 17; 26, 4.

31, 4 dixit, Iacobo duodecim sceptra Israel data esse, 32, 1 declarat, inde magnificentiam donorum ab eo (i. e. a Deo ei) tributorum apparere, v. 2 dona vel sceptra singula exponit, v. 3 particula οὖν pergens expresse dicit, omnes (sc. supradictos, Iacobum, Iudam etc.) a Deo glorificatos esse. Cf. *Theol. Studien und Kritiken* 1898 p. 445.

2. αὐτοῦ] sc. Iacob. — σάρκα] Cf. Rom. 9, 5.

3. οὐ δι' αὐτῶν κτλ.] Cf. II Tim. 1, 9; Tit. 3, 5 sqq.

4. διὰ θελήματος κτλ.] Cf. Eph. 1, 4. — πίστεως] Fidem fundamentum iustitiae esse Clemens hoc loco docet; fide autem sola vel sine operibus hominem non iustificari exempla sanctorum enumerans (c. 9—20) iam

δι' ἧς πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ θεὸς ἐδικαίωσεν· ᾧ ἔστω ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

XXXIII. Τί οὖν ποιήσωμεν, ἀδελφοί; ἀργήσωμεν ἀπὸ τῆς ἀγαθοποιΐας καὶ ἐγκαταλίπωμεν τὴν ἀγάπην; μηθαμῶς τοῦτο ἐάσαι ὁ δεσπότης ἐφ' ἡμῖν γε γενηθῆναι, ἀλλὰ σπεύσωμεν μετὰ ἐκτενείας καὶ προθυμίας *πᾶν ἔργον ἀγαθὸν* ἐπιτελεῖν. 2. αὐτὸς γὰρ ὁ δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀγαλλιᾶται. 3. τῷ γὰρ παμμεγεθεστάτῳ αὐτοῦ κράτει οὐρανοὺς ἐστήρισεν καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ συνέσει διεκόσμησεν αὐτούς· γῆν τε διεχώρισεν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτὴν ὕδατος καὶ ἥδρασεν ἐπὶ τὸν ἀσφαλῆ τοῦ ἰδίου βουλήματος θεμέλιον· τά τε ἐν αὐτῇ ζῶα φοιτῶντα τῇ ἑαυτοῦ διατάξει ἐκέλευσεν εἶναι· θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα προετοιμάσας ἐνέκλεισεν τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει. 4. ἐπὶ πᾶσι τὸ ἐξοχώτατον καὶ παμμέγεθες κατὰ διάνοιαν, ἄνθρωπον, ταῖς ἱεραῖς καὶ ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασεν τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα. 5. οὕτως γάρ φησιν ὁ θεός· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν· καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς.* 6. ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας ἐπῄνεσεν αὐτὰ καὶ ηὐλόγησεν καὶ εἶπεν· *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε.* 7. ἴδωμεν, ὅτι ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς πάντες ἐκοσμήθησαν οἱ δίκαιοι, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἔργοις ἀγαθοῖς ἑαυτὸν κοσμήσας ἐχάρη. 8. ἔχοντες οὖν τοῦτον τὸν ὑπογραμμὸν ἀόκνως προσέλθωμεν τῷ θελήματι αὐτοῦ· ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος ἡμῶν ἐργασώμεθα ἔργον δικαιοσύνης.

XXXIV. Ὁ ἀγαθὸς ἐργάτης μετὰ παρρησίας λαμβάνει τὸν ἄρτον τοῦ ἔργου αὐτοῦ, ὁ νωθρὸς καὶ παρειμένος οὐκ ἀντοφθαλμεῖ τῷ ἐργοπαρέκτῃ αὐτοῦ. 2. δέον οὖν ἐστὶν προθύμους ἡμᾶς εἶναι εἰς ἀγαθοποιΐαν· ἐξ αὐτοῦ γάρ ἐστιν τὰ πάντα. 3. προλέγει γὰρ ἡμῖν· *Ἰδοὺ ὁ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ⌈ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον⌉ αὐτοῦ.* 4. προ-

2 *τοὺς . . τῶν αἰώνων* > H | 3 *ποιήσωμεν* AS : *ἐροῦμεν* HL | *ἀδελφοί*: *ἀγαπητοὶ* H | *ἀργήσομεν* H | 4 *καὶ* > H | *καταλίπομεν* H | 5 *γε* > H | 8 *ἀγαλλιᾶται* A : *ἀγάλλεται* H Leont Dam | 9 *καὶ* + *ἐν*⌉H | 11/13 *τά τε* — *δυνάμει* > Leont Dam | 12 *ἑαυτοῦ* : *ἑαυτῶν* H | 13 *προετοιμάσας* HLS : *προδημι[ουργη]σας* A | 14 *ἐπὶ πᾶσι* — *παμμέγεθες* (*παμμεγέσθατον*⌉H) AHL : *ἐπὶ τούτοις τὸν ἐξοχώτατον καὶ παμμεγέθη*⌈S ⌉Leont Dam | *κατὰ διάνοιαν* AH : > LS Leont Dam | 21 *δὲ* HS(L) : *ουν* A | 22 *ἀγαθοῖς* HLS : > A | 23 *ἐξ* AL : *καὶ ἐξ* HS | 24 *τῆς* > A | 29 *ὁ* pr > H

[redacted]

potens deus ab initio omnes iustificavit; cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

XXXIII. Quid igitur faciemus, fratres? Cessabimus a bonis operibus et caritatem derelinquemus? Neutiquam hoc apud nos fieri permittat dominus, sed cum diligentia et animi alacritate *omne opus bonum* peragere festinemus. 2. Ipse enim opifex et dominus omnium in operibus suis exsultat. 3. Caelos enim suprema sua et maxima potentia stabilivit illosque incomprehensibili sua sapientia ornavit; terram etiam ab aqua, quae illam ambit, separavit et super immobile propriae voluntatis fundamentum firmavit; et animalia, quae in illa versantur, iussu suo praecepit esse; mare etiam et quae in illo vivunt animalia, cum prius parasset, potentia sua inclusit. 4. Ad haec omnia animal excellentissimum et intellectus dignitate celsissimum, hominem, imaginis suae characterem, sacris et intaminatis manibus formavit. 5. Sic enim dicit deus: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; et creavit deus hominem, masculum et feminam creavit eos.* 6. Haec igitur omnia cum perfecisset, laudavit ea et benedixit dixitque: *Crescite et multiplicamini.* 7. Videamus, iustos omnes bonis operibus ornatos fuisse, ipsum etiam dominum operibus bonis se ornantem gavisum esse. 8. Habentes igitur hoc exemplar, ad voluntatem eius impigre accedamus, totis nostris viribus opus iustitiae operemur.

XXXIV. Bonus operarius bono animo panem operis sui accipit, segnis vero et remissus locatorem suum non audet intueri. 2. Oportet ergo nos ad bonum faciendum prompto animo esse; a deo enim omnia porriguntur. 3. Praedicit enim nobis: *Ecce dominus, et merces eius coram ipso, ut reddat unicuique secundum opus suum.* 4. Itaque adhortatur nos,

6 Tit. 3, 1. — 16 Gen. 1, 26. 27. — 20 Gen. 1, 28. — 29 Ies. 40, 10; 62, 11; Prov. 24, 11 (Apoc. 22, 12).

demonstravit (cf. 30, 3) et adhuc (c. 33 sqq.) demonstrat.

XXXIII, 1. Cf. Rom. 6, 1 sq.

2—6. Leont. et Ioann. Sacr. rer. lib. II, (Mai, Nov. Coll. VII, 84, Lightfoot I, 188); Ioann. Damasc. Sacr. Parall. ed. Lequien II, 310; Holl, *Fragmente* p. 1.

2. Cf. Gen. 1, 8. 10. 12. 18. 21. 25. 31.

3. Cf. Ps. 32, 6. 7.

XXXIV, 2. *ἐξ αὐτοῦ*] sc. *ἐργοπαρέκτου* vel *θεοῦ*. Cf. Rom. 11, 36. I Cor. 8, 6.

3. Tres loci consarcinati.

τρέπεται οὖν ἡμᾶς πιστεύοντας ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπ' αὐτῷ, μὴ ἀργοὺς μηδὲ παρειμένους εἶναι *ἐπὶ πᾶν ἔργον ἀγαθόν*. 5. τὸ καύχημα ἡμῶν καὶ ἡ παρρησία ἔστω ἐν αὐτῷ· ὑποτασσώμεθα τῷ θελήματι αὐτοῦ· κατανοήσωμεν τὸ πᾶν πλῆθος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν παρεστῶτες. 6. λέγει γὰρ ἡ γραφή· *Μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ ἐκέκραγον· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαώθ, πλήρης πᾶσα ἡ κτίσις τῆς δόξης αὐτοῦ.* 7. καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντες τῇ συνειδήσει, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος βοήσωμεν πρὸς αὐτὸν ἐκτενῶς εἰς τὸ μετόχους ἡμᾶς γενέσθαι τῶν μεγάλων καὶ ἐνδόξων ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ. 8. λέγει γάρ· *Ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν τοῖς ὑπομένουσιν αὐτόν.*

XXXV. Ὡς μακάρια καὶ θαυμαστὰ τὰ δῶρα τοῦ θεοῦ, ἀγαπητοί. 2. ζωὴ ἐν ἀθανασίᾳ, λαμπρότης ἐν δικαιοσύνῃ, ἀλήθεια ἐν παρρησίᾳ, πίστις ἐν πεποιθήσει, ἐγκράτεια ἐν ἁγιασμῷ· καὶ ταῦτα ὑπέπιπτεν πάντα ὑπὸ τὴν διάνοιαν ἡμῶν. 3. τίνα οὖν ἄρα ἐστὶν τὰ ἑτοιμαζόμενα τοῖς ὑπομένουσιν; ὁ δημιουργὸς καὶ πατὴρ τῶν αἰώνων ὁ πανάγιος αὐτὸς γινώσκει τὴν ποσότητα καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῶν. 4. ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα εὑρεθῆναι ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ὑπομενόντων αὐτόν, ὅπως μεταλάβωμεν τῶν ἐπηγγελμένων δωρεῶν. 5. πῶς δὲ ἔσται τοῦτο, ἀγαπητοί; ἐὰν ἐστη-

1 *πιστεύοντας* > A | 2 *μηδὲ* HS : *μητε* A | 8 *κτίσις* : *γῆ* H LXX | 12 *ὀφθαλμὸς* A : *ὁ ὀφθ.* HLS | 13 *ἡτοίμασεν* A : + *κύριος* HLS | 14 *ὑπομένουσιν* AL : *ἀγαπῶσιν* HS | 18 *ὑπέπιπτεν* (*ὑποπίπτει* H) *πάντα* : *ὑποπίπτοντα* LS Knopf | 19/20 *καὶ πατὴρ — πανάγιος* : *τῶν αἰώνων καὶ πατὴρ πανάγιος* H | 22 *αὐτὸν* A : > HLS | 22/23 *ἐπηγγ. δωρεῶν* AL : *δωρεῶν τῶν ἐπηγγ.* HS

6. Verba prophetarum laudata iam in liturgiis veteribus locum obtinent, in liturgiis Constitutionum apost. VIII, 12, Iacobi, Marci, Basilii, Chrysostomi, etiam a Cyrillo Hieros. Catech. myst. V, 6 tanquam pars liturgiae commemorantur. Probst, *Liturgie der drei ersten christl. Jahrhunderte* 1870 p. 41 sqq., etiam Clementem hic et alias liturgiam respicere censet. Mihi de hac re nihil certi dici posse videtur.

8. Eadem fere verba a s. Paulo I Cor. 2, 9 laudantur tamquam e S. Scriptura deprompta; reperiuntur etiam II Clem. 11, 7; 14, 5; Clem. Ep. ad virg. I, 9, 4; Mart. Polyc. 2, 3; Const. ap. VII, 32, in liturgiis Iacobi et Marci etc. Referente Hieronymo In Ies. 64, 4: Prolog. in Ge-

qui toto corde credimus in eum, ne segnes et desides simus *ad omne opus bonum.* 5. Gloriatio nostra et fiducia in ipso sit; voluntati eius subiciamur et multitudinem universam angelorum eius diligenter consideremus, quomodo adstantes voluntatem eius exsequantur. 6. Dicit enim scriptura: *Dena milia denum milium adsistebant ei, et mille milia deserviebant ei, et clamabant: Sanctus, sanctus, sanctus dominus sabaoth; plena est omnis creatura gloria eius.* 7. Et nos ergo conscientia ducti, in concordia in unum congregati, tamquam ex uno ore ad ipsum perseveranter clamemus, ut magnarum et gloriosarum promissionum eius participes fiamus. 8. Dicit enim: *Oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis adscendit, quanta praeparavit exspectantibus eum.*

XXXV. Quam beata, dilecti, et mirabilia sunt dona dei! 2. Vita in immortalitate, splendor in iustitia, veritas in libertate, fides in confidentia, temperantia in sanctitate; et haec omnia sub intellectum nostrum cadunt. 3. Quaenam igitur sunt, quae exspectantibus eum praeparantur? Sanctissimus opifex et saeculorum pater solus quantitatem et pulcritudinem eorum novit. 4. Nos igitur, ut promissorum donorum participes fiamus, summo studio contendamus, ut in numero eorum reperiamur, qui eum exspectent. 5. Quomodo autem hoc fiet, dilecti? Si

2 Tit. 3, 1. — 6 Dan. 7, 10; Ies. 6, 3. — 12 Ies. 64, 4; 65, 16.

nes. (ed. Vallars. IV, 761; IX, 3) legebantur in Ascensione Iesaiae et in Apocalypsi Eliae. Teste Hippolyto vel auctore Philosophumenorum VI, 24. 26. 27 (ed. Duncker p. 216. 222. 230) a Gnosticis ad adstruenda ipsorum dogmata adhibebantur. Origeni In Matth. 27, 9 (ed. Bened. III, 916) ex Apocalypsi Eliae (de hoc libro cf. Fabricius, Codex pseudepigr. V. T. I, 1072 sq.) desumpta esse videbantur. Quam sententiam Hieronymus ll. cc. et Ep. 57 ad Pammach. c. 9 (I, 314) impugnat et locum ad Ies. 64, 4 refert; inter recentiores multi Origeni assensi sunt. Hilgenfeld, Clem. Rom. epist. ed. II p. 40, locum ex IV Esdra 10, 35. 36. 55. 56 haustum esse censuit. Quae vero in hac scriptura leguntur, non adeo prope ad locum accedunt quam verba Iesaiae 64, 4; 65, 16, neque est, cur ea fontem loci esse dubitemus.

XXXV, 2. ὑπὸ τ. διάνοιαν] i. e. horum bonorum iam in hac vita participes sumus; alia (v. 3) in vita futura consequemur.

3. πατὴρ τῶν αἰώνων] Cf. 55, 6; 61, 2; I Tim. 1, 17. — πανάγιος] Vox h. l. in litteris christianis primum nobis occurrit.

ριγμένη ᾖ ἡ διάνοια ἡμῶν πιστῶς πρὸς τὸν θεόν, ἐὰν ἐκζητῶμεν τὰ εὐάρεστα καὶ εὐπρόσδεκτα αὐτῷ, ἐὰν ἐπιτελέσωμεν τὰ ἀνήκοντα τῇ ἀμώμῳ βουλήσει αὐτοῦ καὶ ἀκολουθήσωμεν τῇ ὁδῷ τῆς ἀληθείας, ἀπορρίψαντες ἀφ' ἑαυτῶν πᾶσαν ἀδικίαν καὶ πονηρίαν, πλεονεξίαν, ἔρεις, κακοηθείας τε καὶ δόλους, ψιθυρισμούς τε καὶ καταλαλιάς, θεοστυγίαν, ὑπερηφανίαν τε καὶ ἀλαζονείαν, κενοδοξίαν τε καὶ ἀφιλοξενίαν. 6. ταῦτα γὰρ οἱ πράσσοντες στυγητοὶ τῷ θεῷ ὑπάρχουσιν· οὐ μόνον δὲ οἱ πράσσοντες αὐτά, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες αὐτοῖς. 7. λέγει γὰρ ἡ γραφή· *Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ θεός· Ἱνατί σὺ διηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου ἐπὶ στόματός σου;* 8. *σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω. εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ, καὶ μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα σου ἐτίθεις. τὸ στόμα σου ἐπλεόνασεν κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκεν δολιότητα. καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον.* 9. *ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα· ὑπέλαβες, ἄνομε, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος.* 10. *ἐλέγξω σε καὶ παραστήσω σε κατὰ πρόσωπόν σου.* 11. *σύνετε δὴ ταῦτα, οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ θεοῦ, μήποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων, καὶ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος.* 12. *θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ ἐκεῖ ὁδός, ἣν δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ.*

XXXVI. Αὕτη ἡ ὁδός, ἀγαπητοί, ἐν ᾗ εὕρομεν τὸ σωτήριον ἡμῶν, Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἀρχιερέα τῶν προσφορῶν ἡμῶν, τὸν προστάτην καὶ βοηθὸν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. 2. διὰ τούτου ἀτενίζομεν εἰς τὰ ὕψη τῶν οὐρανῶν, διὰ τούτου ἐνοπτριζόμεθα τὴν ἄμωμον καὶ ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ, διὰ τούτου ἠνεῴχθησαν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας, διὰ τούτου ἡ ἀσύνετος καὶ ἐσκοτωμένη διάνοια ἡμῶν ἀναθάλλει εἰς τὸ φῶς, διὰ τούτου ἠθέλησεν ὁ δεσ-

1 ᾖ > H | *πιστῶς* HL : *πιστεως* A, *διὰ πίστεως* S | *ἐκζητήσωμεν* H | 2 *τὰ — αὐτῷ* : *τὰ ἀγαθὰ καὶ εὐάρεστα αὐτῷ καὶ εὐπρόσδεκτα* H | 4 *πονηρίαν* HLS : *ανομιαν* A | 5 *πλεονεξίαν* > H | 7 *ἀφιλοξενίαν* A (*φιλ.*) HS : inhumilitatem L, *φιλοδοξίαν* Knopf | 10 *ἐκδιηγῇ* H | 11 *ἐπὶ* AL : *διὰ* HS LXX | 11/21 *σὺ δὲ — ῥυόμενος* vel v. 8—11 > H | 12 *ἐξέβαλες* LS : *-βαλλες* A | 18 *ἀνομίαν* LS | 21 *θυσία* : *καὶ ἐν τῷ τέλει· θυσία* H cf. l. 11 | 22 *τοῦ θεοῦ* : *μου* H | 25 sq. *ἀτενίζομεν* HL : *ατενισωμεν* A | 29 *τὸ* LS Clem : + *θαυμαστὸν* H, *θ. αυτου* A ex I Petr. 2, 9

5. *ἀπορρίψαντες κτλ.*] Cf. Rom. 1, | 29—32.

aens nostra fideliter in deum stabilita fuerit, si grata illi et ccepta diligenter quaesiverimus, si, quae ad inculpatam eius oluntatem spectant, fecerimus et viam veritatis secuti fuerimus, bicientes a nobis omnem iniustitiam, malitiam, avaritiam, conentiones, malitias et fraudes, susurrationes et obtrectationes, dium dei, superbiam, fastum, vanam gloriam et inhospitalitaem. 6. Qui enim haec faciunt, deo odio sunt, neque illi soum, qui haec faciunt, sed et qui iis consentiunt. 7. Dicit enim criptura: *Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras ustitias meas et assumis testamentum meum per os tuum? :. Tu enim odisti disciplinam et proiecisti sermones meos etrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit malitia, t lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem uum loquebaris, et filio matris tuae ponebas laqueum.* 9. *Haec ecisti et tacui; existimasti, inique, me tui similem fore.* 0. *Arguam te, et statuam te contra faciem tuam.* 11. *Inellegite utique haec, qui obliviscimini deum, ne quando raiat vos tamquam leo neque sit, qui eripiat.* 12. *Sacrificium audis honorificabit me, et illic iter, quo ostendam illi saluem dei.*

XXXVI. Haec est via, dilecti, in qua salutem nostram inenimus, Iesum Christum, oblationum nostrarum pontificem, nfirmitatis nostrae patronum et auxiliatorem. 2. Per hunc caeorum altitudinem adspicimus; per hunc vultum eius immacuatum et excelsum speculamur; per hunc oculi cordis nostri perti sunt; per hunc insipiens et obscurata mens nostra in ucem efflorescit; per hunc voluit dominus nos immortalem

9 Ps. 49, 16—23.

6. *οὐ μόνον κτλ.*] Cf. Rom. 1, 32. XXXVI, 1. *ἀρχιερέα . . προστάην*] Cf. 61, 3; 64. Hebr. 2, 17; 3, ; 4, 14. 15; 5, 1. 5 etc. Habes hic ertium locum (cf. 20, 8; 25, 2—5), ui offendit Photium. Vituperat Bibl. cod. 126) Clementem, *ὅτι ἀρχερέα καὶ προστάτην τὸν κύριον μῶν 'Ι. Χριστὸν ἐξονομάζων οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς.*

2. Clem. Al. Strom. IV, 17, 112 p. 613 (*ἡ ἀσύνετος — γεύσασθαι*). — *ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας*] Cf. 59, 3; Eph. 1, 18; Polyc. Mart. 2, 3. — *ἡ ἀσύνετος κτλ.*] Videtur Clemens alludere ad I Petr. 2, 9. Cf. Rom. 1, 21. Eph. 4, 18.

πότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γεύσασθαι, ὃς *ὢν ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, τοσούτῳ μείζων ἐστὶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον ὄνομα κεκληρονόμηκεν*. 3. γέγραπται γὰρ οὕτως· *Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα*. 4. ἐπὶ δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ οὕτως εἶπεν ὁ δεσπότης· *Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς*. 5. καὶ πάλιν λέγει πρὸς αὐτόν· *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου*. 6. τίνες οὖν οἱ ἐχθροί; οἱ φαῦλοι καὶ ἀντιτασσόμενοι τῷ θελήματι αὐτοῦ.

XXXVII. Στρατευσώμεθα οὖν, ἄνδρες ἀδελφοί, μετὰ πάσης ἐκτενείας ἐν τοῖς ἀμώμοις προστάγμασιν αὐτοῦ. 2. κατανοήσωμεν τοὺς στρατευομένους τοῖς ἡγουμένοις ἡμῶν, πῶς εὐτάκτως, πῶς εἰκτικῶς, πῶς ὑποτεταγμένως ἐπιτελοῦσιν τὰ διατασσόμενα. 3. οὐ πάντες εἰσὶν ἔπαρχοι οὐδὲ χιλίαρχοι οὐδὲ ἑκατόνταρχοι οὐδὲ πεντηκόνταρχοι οὐδὲ τὸ καθεξῆς, ἀλλ' ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τὰ ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἡγουμένων ἐπιτελεῖ. 4. οἱ μεγάλοι δίχα τῶν μικρῶν οὐ δύνανται εἶναι οὔτε οἱ μικροὶ δίχα τῶν μεγάλων· σύγκρασίς τίς ἐστιν ἐν πᾶσιν, καὶ ἐν τούτοις χρῆσις. 5. λάβωμεν τὸ σῶμα ἡμῶν· ἡ κεφαλὴ δίχα τῶν ποδῶν οὐδέν ἐστιν, οὕτως οὐδὲ οἱ πόδες δίχα τῆς κεφαλῆς· τὰ δὲ ἐλάχιστα μέλη τοῦ σώματος ἡμῶν ἀναγκαῖα καὶ εὔχρηστά εἰσιν ὅλῳ τῷ σώματι· ἀλλὰ πάντα συνπνεῖ καὶ ὑποταγῇ μιᾷ χρῆται εἰς τὸ σῴζεσθαι ὅλον τὸ σῶμα.

XXXVIII. Σῳζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλον τὸ σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ὑποτασσέσθω ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, καθὼς ἐτέθη ἐν τῷ χαρίσματι αὐτοῦ. 2. ὁ ἰσχυρὸς τημελείτω τὸν ἀσθενῆ, ὁ δὲ ἀσθενὴς ἐντρεπέσθω τὸν ἰσχυρόν· ὁ πλούσιος ἐπιχορηγείτω τῷ πτωχῷ, ὁ δὲ πτωχὸς εὐχαριστείτω τῷ θεῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ, δι'

11 *αὐτοῦ* : *τω θελημα* . . . A | 15 *εἰκτικῶς* (Lightfoot, vel *εὐείκτως*, Tischendorf) A : *ἐκτικῶς* H, leniter S, > L | *τελοῦσι* H | 18 *ὑποτασσόμενα* H | 20 *ἐν τούτοις* AHS : aliud alio L, *ἐν ἀλλήλοις* Knopf | 24 *χρᾶται* H | 27 *Ἰησοῦ* AL : > HS | *καθὼς* + *και* A | 28 *τημελείτω* HLS : *μητμμελειτω* (*μὴ ἀτημ.*) A | 29 *εντρεπετω* A

XXXVII, 1. *στρατευσώμεθα*] Cf. | Tim. 1, 18; II Tim. 2, 3. 4; Ign. II Cor. 10, 3. 4; Eph. 6, 11—17; I | Polyc. 6, 2.

cognitionem gustare, *qui maiestatis dei splendor exsistens, tanto maior est angelis, quanto excellentius nomen sortitus est.* 3. Scriptum enim est: *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam.* 4. De filio autem suo sic dixit dominus: *Filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae.* 5. Et iterum dicit ei: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* 6. Quinam autem sunt inimici? Homines perversi et qui voluntati eius resistunt.

XXXVII. Militemus igitur, viri fratres, omnibus viribus sub inculpatis eius praeceptis. 2. Consideremus milites, qui sub ducibus nostris merent, quam ordinate, quam oboedienter, quam submisse imperata exsequantur. 3. Non omnes sunt praefecti neque chiliarchae neque centuriones neque quinquagenarii et sic deinceps; unusquisque vero in suo ordine et statione, quae a rege et ducibus imperantur, peragit. 4. Magni sine parvis et parvi sine magnis consistere nequeunt; mixti sunt omnes, et inde utilitas. 5. Exemplo nobis sit corpus nostrum. Caput sine pedibus nihil est, prout neque pedes sine capite; minima autem corporis nostri membra universo corpori necessaria et utilia sunt; immo cuncta conspirant et una se subiciunt, ut salvum sit totum corpus.

XXXVIII. Servetur itaque totum corpus nostrum in Christo Iesu, et unusquisque proximo suo se subiciat iuxta gratiae donum ipsi assignatum. 2. Fortis patrocinetur imbecillem, imbecillis fortem revereatur; dives pauperi largiatur, pauper deum laudet, quod ei dederit, per quem eius inopia suppleatur. Sa-

1 Hebr. 1, 3. 4. — 4 Ps. 103, 4; Hebr. 1, 7. — 6 Ps. 2, 7. 8; Hebr. 1, 5. — 9 Ps. 109, 1; Hebr. 1, 13.

2. *ἡγουμένοις*] Cf. 5, 7 nota.

3. *οὐ πάντες*] Cf. 1 Cor. 12, 29. 30. — *ἕκαστος κτλ.*] Cf. 41, 1; I Cor. 15, 23.

4. Cf. Sophocl. Aiax 156; Plato Leg. X p. 902 E; Liv. II, 32. — *σύγκρασις κτλ.*] Lightfoot contulit Eurip. Fragm. Aeol. 2: *ἀλλ᾽ ἔστι τις σύγκρασις ὥστ᾽ ἔχειν καλῶς.*

5. Cf. I Cor. 12, 12—31; Rom. 12, 4.

XXXVIII, 1. *ὑποτασσέσθω κτλ.*] Cf. Eph. 5, 21; I Petr. 5. 5; Ign. Magn. 13, 2; Polyc. Phil. 10, 2. — *καθὼς κτλ.*] Cf. I Petr. 4, 10: *ἕκαστος καθὼς ἔλαβεν χάρισμα.*

2. Clem. Al. Strom. IV, 17, 112

οὗ ἀναπληρωθῇ αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα· ὁ σοφὸς ἐνδεικνύσθω τὴν σοφίαν αὐτοῦ μὴ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς· ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτω, ἀλλ' ἐάτω ὑφ' ἑτέρου ἑαυτὸν μαρτυρεῖσθαι· ὁ ἁγνὸς ἐν τῇ σαρκὶ μὴ ἀλαζονευέσθω, γινώσκων, ὅτι ἕτερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν αὐτῷ τὴν ἐγκράτειαν. 3. ἀναλογισώμεθα οὖν, ἀδελφοί, ἐκ ποίας ὕλης ἐγενήθημεν, ποῖοι καὶ τίνες εἰσήλθαμεν εἰς τὸν κόσμον, ἐκ ποίου τάφου καὶ σκότους ὁ πλάσας ἡμᾶς καὶ δημιουργήσας εἰσήγαγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ, προετοιμάσας τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ, πρὶν ἡμᾶς γεννηθῆναι. 4. ταῦτα οὖν πάντα ἐξ αὐτοῦ ἔχοντες ὀφείλομεν κατὰ πάντα εὐχαριστεῖν αὐτῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

XXXIX. Ἄφρονες καὶ ἀσύνετοι καὶ μωροὶ καὶ ἀπαίδευτοι χλευάζουσιν ἡμᾶς καὶ μυκτηρίζουσιν, ἑαυτοὺς βουλόμενοι ἐπαίρεσθαι ταῖς διανοίαις αὐτῶν. 2. τί γὰρ δύναται θνητός; ἢ τίς ἰσχὺς γηγενοῦς; 3. γέγραπται γάρ· *Οὐκ ἦν μορφὴ πρὸ ὀφθαλμῶν μου, ἀλλ' ἢ αὔραν καὶ φωνὴν ἤκουον·* 4. *Τί γάρ; μὴ καθαρὸς ἔσται βροτὸς ἔναντι κυρίου; ἢ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ ἄμεμπτος ἀνήρ, εἰ κατὰ παίδων αὐτοῦ οὐ πιστεύει, κατὰ δὲ ἀγγέλων αὐτοῦ σκολιόν τι ἐπενόησεν;* 5. *οὐρανὸς δὲ οὐ καθαρὸς ἐνώπιον αὐτοῦ· ἔα δέ, οἱ κατοικοῦντες οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἐσμέν. ἔπαισεν αὐτοὺς σητὸς τρόπον, καὶ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας οὐκ ἔτι εἰσίν· παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἑαυτοῖς βοηθῆσαι ἀπώλοντο.* 6. *ἐνεφύσησεν αὐτοῖς, καὶ ἐτελεύτησαν παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σοφίαν.* 7. *ἐπικάλεσαι δέ, εἴ τίς σοι ὑπακούσεται, ἢ εἴ τινα ἁγίων ἀγγέλων ὄψῃ· καὶ γὰρ ἄφρονα ἀναιρεῖ ὀργή, πεπλανημένον δὲ θανατοῖ ζῆλος.* 8. *ἐγὼ δὲ ἑώρακα ἄφρονας ῥίζας βαλόντας, ἀλλ' εὐθέως ἐβρώθη αὐτῶν ἡ δίαιτα.* 9. *πόρρω*

2 *ἐν λόγοις* AH : *λόγοις μόνον* L Clem Knopf | *ἐν* sec > H | 2 sq. *ταπεινόφρων* H Clem | 7 *εἰσήλθομεν* H | 12 *καὶ ἀσύνετοι* > H | *μωροὶ .. ἀπαίδευτοι* ∾ H | 17 *ἐναντίον* H | 18 *αὐτοῦ* : *ἑαυτοῦ* H | 25 *σοι* AS: *σου* HL | 26 *ὄψει* H | 28 *βάλλοντας* H | *εὐθὺς* H

p. 613 (*ὁ σοφὸς κτλ.*). — *ὁ σοφὸς κτλ.*] Cf. Iac. 3, 13. — *λόγοις κτλ.*] Cf. 30, 3. — *ταπεινοφρονῶν κτλ.*] Cf. 30, 7; Prov. 27, 2. — *ἁγνὸς κτλ.*] Cf. Ign. Polyc. 5, 2; Tert. De virg. vel. c. 13. In hoc loco Cotelerius vidit unum ex illis, in quibus Clementem pro virginitate per epistulas suas locutum esse Epiphanius H. 30 c. 15 et Hieronymus C. Iovin.

piens non in verbis, sed in bonis operibus sapientiam suam manifestet; humilis non sibi testimonium ferat, sed ab altero sibi ferri sinat. Qui carne castus est, ne glorietur, cum sciat alium esse, qui continentiae donum ipsi tribuat. 3. Consideremus ergo, fratres, ex qua materia facti simus, qui et quales mundum ingressi simus; ex quo sepulcro quibusque tenebris, qui nos fecit et condidit, praeparatis benefactis suis, antequam nasceremur, in mundum suum nos introduxerit. 4. Haec igitur omnia cum ab eo habeamus, propter omnia gratias ipsi agere debemus, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

XXXIX. Stulti unice et insipientes et fatui et imperiti derident nos ac subsannant, dum cogitationibus suis se extollere cupiunt. 2. Quid enim potest mortalis, aut quale robur terrigenae? 3. Scriptum enim est: *Non erat figura ante oculos meos, sed auram et vocem audiebam dicentem:* 4. *Quid enim? numquid homo coram domino mundus erit, vel de operibus suis inculpabilis vir, si servis suis non confidit et in angelis suis prava animadvertit?* 5. *Caelum quoque non est mundum ante eum: multo minus habitantes domus luteas, ex quibus et ipsi de eodem luto sumus. Devoravit illos tamquam tinea, et a mane usque ad vesperam ultra non sunt; eo quod non possunt sibi ipsis subvenire, perierunt.* 6. *Adflavit eos, et interierunt, quia non habebant sapientiam.* 7. *Invoca autem, si quis tibi respondeat, vel si quem sanctorum angelorum adspicias; etenim insipientem perimit ira, stultum autem occidit zelus.* 8. *Ego autem vidi stultos radices mittentes; sed statim absumpta est illorum habitatio.* 9. *Longe fiant filii*

15 Iob 4, 16—18; 15, 15; 4, 19—5, 5.

I, 12 tradunt. Sed viro doctissimo epistulae de virginitate Clementi assignatae, quae saeculo demum XVIII in lucem editae sunt, nondum fuerunt cognitae.

3. ἐκ π. τάφου] Cf. Ps. 138, 15. — προετοιμάσας κτλ.] Ad hunc locum accedit fragmentum, quod Leontius et Ioannes atque Ioannes Damascenus tanquam e Clementis epistula IX depromptum tradunt et fragmento 33, 2 commemorato adiungunt (Lighfoot I, 189; Holl, *Fragmente* p. 13), sed non adeo, ut revera ad eum referri possit.

4. Cf. I Thess. 5, 18.

XXXIX, 1. ἄφρονες κτλ.] Cf. Herm. Sim. IX, 14, 4.

5. Verba οὐρανὸς — αὐτοῦ Iob 15, 15 leguntur, reliqua 4, 19. 20.

γένοιντο οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἀπὸ σωτηρίας· κολαβρισθείησαν ἐπὶ θύραις ἡσσόνων, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐξαιρούμενος· ἃ γὰρ ἐκείνοις ἡτοίμασται, δίκαιοι ἔδονται, αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαίρετοι ἔσονται.

XL. Προδήλων οὖν ἡμῖν ὄντων τούτων, καὶ ἐγκεκυφότες εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως, πάντα τάξει ποιεῖν ὀφείλομεν, ὅσα ὁ δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐκέλευσεν κατὰ καιροὺς τεταγμένους. 2. τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι, καὶ οὐκ εἰκῆ ἢ ἀτάκτως ἐκέλευσεν γίνεσθαι, ἀλλ' ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις. 3. ποῦ τε καὶ διὰ τίνων ἐπιτελεῖσθαι θέλει, αὐτὸς ὥρισεν τῇ ὑπερτάτῃ αὐτοῦ βουλήσει, ἵν' ὁσίως πάντα γινόμενα ἐν εὐδοκήσει εὐπρόσδεκτα εἴη τῷ θελήματι αὐτοῦ. 4. οἱ οὖν τοῖς προστεταγμένοις καιροῖς ποιοῦντες τὰς προσφορὰς αὐτῶν εὐπρόσδεκτοί τε καὶ μακάριοι· τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ δεσπότου ἀκολουθοῦντες οὐ διαμαρτάνουσιν. 5. τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσίν, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ λευΐταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται· ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέδεται.

XLI. Ἕκαστος ἡμῶν, ἀδελφοί, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐαρεστείτω τῷ θεῷ ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα, ἐν σεμνότητι. 2. οὐ πανταχοῦ, ἀδελφοί, προσφέρονται θυσίαι ἐνδελεχισμοῦ ἢ εὐχῶν ἢ περὶ ἁμαρτίας καὶ πλημμελείας, ἀλλ' ἢ ἐν Ἰερουσαλὴμ μόνῃ· κἀκεῖ δὲ οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ προσφέρεται, ἀλλ' ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ πρὸς τὸ θυσιαστήριον, μωμοσκοπηθὲν τὸ προσφερόμενον διὰ

8 *λειτουργίας* + *ἐπιμελῶς* Lightfoot ¦ *ἐπιτελεῖσθαι καὶ* AH : > LS Knopf | 10 *ὑπερτάτῃ* H cf. 36, 2: *υπερτατω* A | 11 *πάντα* LS : + *τὰ* AH | 12 *προσταγεῖσι* H | 16 *ὁ* > H | 18 *δέδεται* A : *δέδοται* HLS | 19 *υμων* A | 19/20 *εὐαρεστείτω* HLS : *ευχαριστειτω* A | 22 *προσευχῶν* H | 23 *πλημμελημάτων* H | *μόνῃ* > H

XL, 1. Clem. Al. Strom. IV, 17, 112 p. 613. — *ἐγκεκυφότες*] Cf. 45, 2; 53, 1; 62, 3; Polyc. Phil. 3, 2. — *βάθη*] Cf. Rom. 11, 33; I Cor. 2, 10. — *τάξει*] Cf. I Cor. 14, 40.

2. Interpretes minore fide digni sunt quam testes graeci, et horum textus mihi tolerari posse videtur.

5. *τόπος*] i. e. ordo sacri ministerii. Cf. 44, 5; Ign. Polyc. 1, 2; Smyrn. 6, 1; Polyc. Phil. 11, 1; Eus. H. E. V, 5, 2. Constit. apost. II, 11. 18. — *λαϊκός*] Credibile est, vocem *λαϊκὸς* usitatam apud Hellenistas fuisse, ut significaretur alienus a tribu Levis aut etiam prosapia Aaronis. Quibus

eorum a salute et contemnantur ante ianuas minorum, et non erit, qui eripiat. Quae enim illis parata sunt, iusti comedent; ipsi vero de malis non liberabuntur.

XL. Cum igitur haec nobis sint manifesta et in profunda divinae cognitionis nos introspexerimus, cuncta ordine debemus facere, quae nos dominus statutis temporibus peragere iussit. 2. Oblationes scilicet et officia sacra perfici, neque temere vel inordinate fieri praecepit, sed statutis temporibus et horis. 3. Ubi etiam et a quibus eas celebrari vult, ipse excelsissima sua voluntate definivit, ut religiose omnia secundum eius beneplacitum adimpleta accepta essent voluntati eius. 4. Qui ergo adsignatis temporibus oblationes suas faciunt, accepti et beati sunt; domini enim mandata sequentes non aberrant. 5. Summo quippe sacerdoti sua munera tributa sunt, sacerdotibus locus proprius adsignatus est, et levitis sua ministeria incumbunt. Homo laicus praeceptis laicis constringitur.

XLI. Unusquisque nostrum, fratres, in suo ordine cum bona conscientia praescriptam ministerii sui regulam non transgrediens, honeste deo gratias agat. 2. Non in omni loco, fratres, offeruntur sacrificia perpetua vel votiva vel pro peccatis et delictis, sed Hierosolymis tantum; neque illic in quovis loco fit oblatio, sed in atrio templi ad altare, diligenter prius inspecto

verisimile fit, iam a primaevis scriptoribus Christianorum vocem *λαϊκὸς* adhibitam esse ad significandum eum, qui sacro nullo ministerio fungebatur (Clericus). Legitur haec vox etiam Ep. Clem. ad Iac. c. 5; Clem. Al. Strom. III, 12, 90 p. 552; V, 6, 33 p. 665; Eus. H. E. V, 28, 12; Tert. De praescr. c. 41; De bapt. c. 17; De fuga c. 11; Didasc. vel Constit. apost. II, 6. 14. 18 etc. — Canones ecclesiastici apostolorum 23, 1—2 dicentes: *ὁ λαϊκὸς τοῖς λαϊκοῖς πράγμασι περιπειθέσθω· . . ἕκαστος τῷ ἰδίῳ τόπῳ ἀρεσκέτω τῷ θεῷ* (cf. Funk, Doctrina duod. apostolorum p. 68), haud dubie hunc versum et sequentem respiciunt.

XLI, 1. Hunc locum Pseudo-Clemens vel auctor Constitutionum apost. VIII, 46 in. ante oculos habere videtur.

2. *προσφέρονται*] E tempore praesenti non sequitur, templum Hierosolymitanum tempore auctoris adhuc stetisse. Clemens eo uti potuit templo etiam deleto. Animo enim videt cultum iudaicum adhuc vigentem, describens, ut e c. 40 apparet, quae a Deo praecepta fuerunt, non quae adhuc fiebant. Similiter loquuntur Barnabas c. 7—9, auctor epistulae ad Diognetum c. 3, Iustinus Dialog. c. 117, Iosephus Fl. Antiq. III, 7—11.

ἐνδόξῳ ὀνόματι κεκοσμημένῃ, ἐκέλευσεν τοὺς δώδεκα φυλάρχους προσενεγκεῖν αὐτῷ ῥάβδους ἐπιγεγραμμένας ἑκάστης φυλῆς κατ' ὄνομα· καὶ λαβὼν αὐτὰς ἔδησεν καὶ ἐσφράγισεν τοῖς δακτυλίοις τῶν φυλάρχων, καὶ ἀπέθετο αὐτὰς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῦ θεοῦ. 3. καὶ κλείσας τὴν σκηνὴν ἐσφράγισεν τὰς κλεῖδας ὡσαύτως καὶ τὰς ῥάβδους, 4. καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἄνδρες ἀδελφοί, ἧς ἂν φυλῆς ἡ ῥάβδος βλαστήσῃ, ταύτην ἐκλέλεκται ὁ θεὸς εἰς τὸ ἱερατεύειν καὶ λειτουργεῖν αὐτῷ. 5. πρωΐας δὲ γενομένης συνεκάλεσεν πάντα τὸν Ἰσραήλ, τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας τῶν ἀνδρῶν, καὶ ἐπεδείξατο τοῖς φυλάρχοις τὰς σφραγῖδας καὶ ἤνοιξεν τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου καὶ προεῖλεν τὰς ῥάβδους· καὶ εὑρέθη ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν οὐ μόνον βεβλαστηκυῖα, ἀλλὰ καὶ καρπὸν ἔχουσα. 6. τί δοκεῖτε, ἀγαπητοί; οὐ προῄδει Μωϋσῆς τοῦτο μέλλειν ἔσεσθαι; μάλιστα ᾔδει· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀκαταστασία γένηται ἐν τῷ Ἰσραήλ, οὕτως ἐποίησεν, εἰς τὸ δοξασθῆναι τὸ ὄνομα τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου θεοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

XLIV. Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. 2. διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν κατέστησαν τοὺς προειρημένους καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως, ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν

3 *αὐτὸς* H | *ἐσφράγισεν* + *εν* H | 6 *ῥάβδους* : *θύρας* S | 9 *τὸν* > H | 10 *ἐπέδειξε* H | 15 *εἰς τὸ* A : *ὥστε* H | 16 *θεοῦ* S : *κυρίου* H, deficit A, > L Knopf | 19 *ἐπὶ* A : *περὶ* HLS (?) | 21 *ἐπινομὴν* AL (legem) : *ἐπιδομὴν* H, *ἐπὶ δοκιμὴν* vel *-μῇ* S | *δεδώκασιν* em : *εδωκασιν* A, *ἔδωκαν* H | 22 *ἐὰν* + *τινες* HS | *ἄνδρες* > H

Mangey II, 162). — *ὀνόματι*] i. e. officio sacerdotii, cf. 44, 1.

6. Hunc versum et sequentem (44,1) tanquam epistulae s. Clementis ad Corinthios depromptum paraphrastice laudat Ioannes diaconus Expos. in Heptateuchum (saec. VI). Fragmentum vel locum allegatum edidit Pitra, Spicilegium Solesmense I, 293; Lightfoot I, 187. Num Ioannes textum graecum legerit an versionem latinam, non liquet. — *τοῦ ἀληθινοῦ κτλ.*] Cf. Ioann. 17, 3. — *θεοῦ*] Cum hanc vocem vel vocem *κυρίου* spatio etiam codex A agnoscat, tres testes ergo consentiant, vox retinenda esse videtur. Latinus quidem eam omisit, et facilius est intellectu, eam additam quam deletam fuisse; sed etiam fieri potuit, ut vox in versione vel in exemplari interpreti proposito casu aliquo evanesceret. Harnack, *Texte und Untersuchungen, N. F.* V, 3 (1900), 70—76, aeque ac

illo nomine ornanda esset, iussit duodecim tribuum principes afferre sibi virgas, quae uniuscuiusque tribus nomen inscriptum haberent. Quas cum accepisset, in fasciculum ligavit et annulis principum tribuum signavit, et in tabernaculo testimonii super mensam dei deposuit eas. 3. Clausoque tabernaculo signavit claves similiter ac virgas, 4. et dixit eis: Viri fratres, cuius tribus virga germinaverit, hanc elegit deus, quae ipsi sacra faciat et ministret. 5. Mane autem facto congregavit universum populum Israel, sexcenta milia virorum, et tribuum principibus sigilla ostendit et tabernaculum testimonii aperuit et virgas protulit. Et inventa est virga Aaron non tantum germinasse, sed et fructum ferre. 6. Quid, dilecti, vobis videtur? An hoc futurum non praesciverat Moses? Maxime noverat; verum ne seditio in populo Israel oriretur, ita fecit, ut nomen veri et solius dei glorificaretur; cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen!

XLIV. Apostoli quoque nostri per Iesum Christum dominum nostrum cognoverunt, contentionem de nomine episcopatus oborituram; 2. ob eam ergo causam, perfecta praescientia praediti, constituerunt praedictos ac deinceps ordinationem dederunt, ut cum illi decessissent, ministerium eorum alii viri probati ex-

Knopf Latinum sequens verba *τὸ ὄνομα τοῦ ἀληθινοῦ κ. μ.* de sacerdotio interpretatur et doxologiam *ᾧ ἡ δόξα κτλ.* interpolatam esse putat.

XLIV, 1. *ἔρις κτλ.*] Harnack contulit Tert. De bapt. c. 17: Episcopatus aemulatio schismatum mater est. Cf. Eus. H. E. IV, 22, 5; VI, 43, 5; Cypr. Ep. 59 c. 5 ed. Hartel p. 671 sq. — *ὀνόματος*] i. e. de dignitate vel auctoritate muneris episcopalis.

2. *προειρημένους*] sc. episcopos et diaconos cf. 42, 4. — *μεταξύ*] = *μετέπειτα* cf. Act. 13, 42; Barn. 13, 5; Eus. H. E. V, 16, 18. — *ἐπινομήν*] Vox obscura est ac multarum controversiarum occasionem dedit; multi etiam, praesertim olim, quamdiu codex A solus praesto erat, textum emendabant et alii alia coniciebant: *ἐπιμονήν* (sic etiamnunc Lightfoot), *ἐπιλογήν, ἐπιτροπήν, ἔτι νόμον, ἐπιταγὴν* etc. Hilgenfeld lectionem (vel versionem) Syri recepit. Quoniam autem etiam Latinus haud dubie *ἐπινομὴν* legit, haec vox recte retinenda est. A verbo *νέμω* derivata apud antiquos de iure pascendi in alieno et de depastione ignis usurpatur. Sed fortasse etiam a *νόμος* derivari potest, ita ut praeceptum, ordinationem, dispositionem vel legem significet. Contextus eiusmodi notionem postulat, et iam interpres latinus vocem ita intellexit. — *κοιμηθῶσιν*] sc. episcopi et diaconi, de

λειτουργίαν αὐτῶν. 3. τοὺς οὖν κατασταθέντας ὑπ᾽ ἐκείνων ἢ μεταξὺ ὑφ᾽ ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας πάσης, καὶ λειτουργήσαντας ἀμέμπτως τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἡσύχως καὶ ἀβαναύσως, μεμαρτυρημένους τε πολλοῖς χρόνοις ὑπὸ πάντων, τούτους οὐ δικαίως νομίζομεν ἀποβάλλεσθαι τῆς λειτουργίας. 4. ἁμαρτία γὰρ οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται, ἐὰν τοὺς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενεγκόντας τὰ δῶρα τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν. 5. μακάριοι οἱ προοδοιπορήσαντες πρεσβύτεροι, οἵτινες ἔγκαρπον καὶ τελείαν ἔσχον τὴν ἀνάλυσιν· οὐ γὰρ εὐλαβοῦνται, μή τις αὐτοὺς μεταστήσῃ ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου. 6. ὁρῶμεν γάρ, ὅτι ἐνίους ὑμεῖς μετηγάγετε καλῶς πολιτευομένους ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς τετιμημένης λειτουργίας.

XLV. Φιλόνεικοί ἐστε, ἀδελφοί, καὶ ζηλωταὶ περὶ τῶν ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν. 2. ἐνκεκύφατε εἰς τὰς ἱερὰς γραφάς, τὰς ἀληθεῖς, τὰς διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. 3. ἐπίστασθε, ὅτι οὐδὲν ἄδικον οὐδὲ παραπεποιημένον γέγραπται ἐν αὐταῖς. οὐχ εὑρήσετε δικαίους ἀποβεβλημένους ἀπὸ ὁσίων ἀνδρῶν. 4. ἐδιώχθησαν δίκαιοι, ἀλλ᾽ ὑπὸ ἀνόμων· ἐφυλακίσθησαν, ἀλλ᾽ ὑπὸ ἀνοσίων· ἐλιθάσθησαν ὑπὸ παρανόμων· ἀπεκτάνθησαν ἀπὸ τῶν μιαρὸν καὶ ἄδικον ζῆλον ἀνειληφότων. 5. ταῦτα πάσχοντες εὐκλεῶς

6 *αποβαλεσθαι* A | 7 *ἐστιν* H | 12 *πολιτευσαμένους* H | *τετιμημένης* AHS : facto (*πεποιημένης*?) L, *τετηρημένης* con Lightfoot | 14 *ἱερὰς* > A 16 *γέγραπτο* H | 19/20 *μιαρὸν* HL : *μιαρῶν* AS

quorum successione (*διαδέξωνται ἕτεροι . . τὴν λειτουργίαν αὐτῶν*) Clemens agit. Nonnulli verbum ad apostolos referunt. Grammatica huic interpretationi non obstat, sed contextus minus favet.

3. *ὑπ᾽ ἐκείνων*] sc. ab apostolis. — *ἐλλογίμων ἀνδρῶν*] i. e. ab episcopis vel presbyteris, quos apostoli ipsi constituerant. — *συνευδοκησάσης τ. ἐκκλ. π.*] Clemens ergo apostolis vel episcopis *κατάστασιν*, electionem et ordinationem episcoporum vel presbyterorum adiudicat, ecclesiae *συνευδόκησιν* vel consensum. Tempore progrediente etiam electio ad ecclesiam vel populum spectabat. Cyprianus Ep. 59 c. 5 praeter iudicium divinum de populi suffragio et coepiscoporum consensu loquitur. Cf. quae disputavi in *Kirchengeschichtliche Abhandlungen und Untersuchungen* I (1897), 23 sqq.

4. *ἀμέμπτως καὶ ὁσίως*] Cf. I Thess. 2, 10. — *δῶρα*] Clemens hac voce cum preces et orationes ad Deum missas (cf. 52, 3. 4; Hebr. 13, 15. 16), tum dona, quae ab ecclesia dabantur et a presbyteris Deo offerebantur, et sacram cenam vel eucharistiam, quae illis donis parabatur, significare videtur. Didascalia (ed.

ciperent. 3. Itaque qui constituti sunt ab illis vel deinceps ab aliis viris eximiis consentiente universa ecclesia, quique inculpate gregi Christi deservierunt cum humilitate, quiete nec illiberaliter, et longo tempore ab omnibus testimonium praeclarum reportarunt, hos iudicamus munere suo non iuste deici. 4. Non enim leve erit peccatum nostrum, si eos, qui sancte et sine reprehensione munera obtulerunt, episcopatu eicimus. 5. Beati presbyteri viam prius emensi, qui fructuosam perfectamque dissolutionem consecuti sunt; non enim verentur, ne quis eos transferat de loco ipsis constituto. 6. Videmus enim, vos nonnullos honeste viventes ab officio, quo inculpate honorati erant, removisse.

XLV. Contentiosi estis, fratres, et in rebus, quae ad salutem pertinent, accensi zelo. 2. Inspexistis diligenter scripturas sacras, quae verae sunt et datae per spiritum sanctum. 3. Non fugit vos, nihil iniustum neque perversum scriptum esse in illis. Non invenietis iustos reiectos a viris sanctis. 4. Persecutionem passi sunt iusti, sed ab iniquis; in carcerem sunt coniecti, sed ab impiis; lapidati sunt, sed a nefariis; occisi sunt, sed a scelesto et iniusto zelo abreptis. 5. Haec patientes gloriose tule-

Hauler p. 37) et Constitutiones apost. II, 25 s. f.: *αἱ τότε* (in V. T.) *θυσίαι νῦν* (in N. T.) *εὐχαὶ καὶ δεήσεις καὶ εὐχαριστίαι· αἱ τότε ἀπαρχαὶ καὶ δεκάται καὶ ἀφαιρέματα καὶ δῶρα νῦν προσφοραὶ αἱ διὰ τῶν* [*ὁσίων* Const.] *ἐπισκόπων προσφερόμεναι κυρίῳ τῷ θεῷ*, ibid. II, 34 (Hauler p. 40): *τοὺς καρποὺς ὑμῶν καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ὑμῶν εἰς εὐλογίαν ὑμῶν προσφέροντες αὐτῷ (τῷ ἐπισκόπῳ) .. καὶ ἔσται σοι ἡ προσφορά σου δεκτὴ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ τῷ θεῷ σου κτλ.*, ib. II, 53: *δῶρόν δέ ἐστι τῷ θεῷ ἡ ἑκάστου προσευχὴ καὶ εὐχαριστία.*

5. *μακάριοι*] Sarcastice defunctos, qui iam diem obierunt, presbyteros hic memorat Clemens (Laurent). — *ἀνάλυσιν*] Cf. II Tim. 4, 6; Phil. 1, 23; Luc. 2, 29.

6. *ἐκ τῆς ἀ. αὐτοῖς τετιμημένης λ.*] Locutio singularis est. *Τιμᾶν τινί τι* nonnisi rarissime et apud poetas reperitur. Gebhardt contulit Pind. Pyth. IV, 270; Soph. Antig. 514. At Constit. apost. II, 26: *ὁ ἐπίσκοπος .. θεοῦ ἀξίᾳ τετιμημένος*. Cum autem testes consentiant, Latinus non aliter ac ceteri legisse, verbum *τετιμημένης* potius libere reddidisse, hanc lectionem etiam adprobare videatur, si, ut Morin conicit, *functo* (non *facto*) vertit, locus non mutandus est.

XLV, 1. Cf. Gal. 4, 17. 18; I Petr. 3, 13. — *ἀνηκόντων εἰς σ.*] Cf. Barn. 17, 1.

4. *ζῆλον ἀνειλ.*] Cf. 3, 4.

agentes salvi fiamus; neque assentatores simus nec fratribus solum placere studeamus, sed etiam externis propter iustitiam, ne nomen per nos blasphemetur. 2. Dicit enim dominus: *Omnino nomen meum blasphematur in omnibus gentibus*, et iterum: *Vae illi, propter quem blasphematur nomen meum.* Qua re blasphematur? Quia non facitis, quae volo. 3. Gentes enim verba dei ex ore nostro audientes tamquam bona et magna admirantur; deinde cognoscentes opera nostra non digna esse verbis, quae loquimur, inde ad blasphemiam se convertunt dicentes, fabulam quandam et errorem illa esse. 4. Cum enim audiant a nobis, quod deus dicit: *Non est gratia vobis, si eos diligitis, qui vos diligunt, sed gratia vobis, si diligitis inimicos vestros et qui vos oderunt:* quae cum audiant, admirantur bonitatis sublimitatem; cum autem viderint, nos non tantum eos non diligere, qui nos oderunt, sed ne eos quidem, qui diligunt, irrident nos ac nomen blasphematur.

XIV. Itaque, fratres, facientes voluntatem dei patris nostri erimus ex ecclesia prima, spirituali, quae ante solem et lunam condita est; sin autem voluntatem domini non faciamus, erimus ex scriptura dicente: *Facta est domus mea spelunca latronum.* Quamobrem praeferamus ex ecclesia vitae esse, ut salvi fiamus. 2. Non autem vos ignorare puto, quod *ecclesia* viva *est corpus Christi;* dicit enim scriptura: *Fecit deus hominem masculum*

4 Ies. 52, 5. — 5 ? — 11 Luc. 6, 32. 35. — 20 Ierem. 7, 11; Matth. 21, 13. — 23 Eph. 1, 22. 23. — 24 Gen. 1, 27.

ἐν τῷ μὴ κτλ.] i. e. quia opera nostra contraria sunt fidei nostrae. Cf. 3, 4.

3. *τὰ λόγια τ. θεοῦ*] Cf. I Clem. 19, 1. — *τὰ ἔργα κτλ.*] Cf. Constit. apost. II, 8 s. f.

XIV. Hoc caput praesertim Photius respexisse videtur Bibl. cod. 126 scribens: *καὶ ἑρμηνείας δὲ ῥητῶν τινων ἀλλοκότους ἔχει.*

1. *ἐκκλησίας κτλ.*] Similiter atque auctor homiliae nostrae de ecclesia Paulus Eph. 1, 3—5 (*ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ, καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου ... προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν κτλ.*) loquitur de electione, et ille huius verba forsan suo more amplificavit. Cf. Herm. Vis. II, 4; Heracleon apud Origenem ed. Bened. IV, 263 sq. — *πρὸ ἡλίου κτλ.*] Cf. Ps. 71, 5. 17. — *αἱρετισώμεθα κτλ.*] Cf. II Petr. 1, 10. 11. Sensus: simus membra Christi viva, non mortua.

2. *ἐκκλησία κτλ.*] Cf. 4, 12. Col. 1, 18 etc. — *ἐποίησεν κτλ.*] Recte dicit Lightfoot, Paulum Eph. 5, 31. 32

τὸ ἄρσεν ἐστὶν ὁ Χριστός, τὸ θῆλυ ἡ ἐκκλησία· καὶ ἔτι τὰ βιβλία τῶν προφητῶν καὶ οἱ ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν οὐ νῦν εἶναι, ἀλλὰ ἄνωθεν· ἦν γὰρ πνευματική, ὡς καὶ ὁ Ἰησοῦς ἡμῶν, ἐφανερώθη δὲ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ἵνα ἡμᾶς σώσῃ· 3. ἡ ἐκκλησία δὲ πνευματικὴ οὖσα ἐφανερώθη ἐν τῇ σαρκὶ Χριστοῦ, δηλοῦσα ἡμῖν, ὅτι ἐάν τις ἡμῶν τηρήσῃ αὐτὴν ἐν τῇ σαρκὶ καὶ μὴ φθείρῃ, ἀπολήψεται αὐτὴν ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ· ἡ γὰρ σὰρξ αὕτη ἀντίτυπός ἐστιν τοῦ πνεύματος· οὐδεὶς οὖν τὸ ἀντίτυπον φθείρας τὸ αὐθεντικὸν μεταλήψεται. ἄρα οὖν τοῦτο λέγει, ἀδελφοί· τηρήσατε τὴν σάρκα, ἵνα τοῦ πνεύματος μεταλάβητε. 4. εἰ δὲ λέγομεν εἶναι τὴν σάρκα τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ πνεῦμα Χριστόν, ἄρα οὖν ὁ ὑβρίσας τὴν σάρκα ὕβρισεν τὴν ἐκκλησίαν. ὁ τοιοῦτος οὖν οὐ μεταλήψεται τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστιν ὁ Χριστός. 5. τοσαύτην δύναται ἡ σὰρξ αὕτη μεταλαβεῖν ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν κολληθέντος αὐτῇ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὔτε ἐξειπεῖν τις δύναται οὔτε λαλῆσαι, *ἃ ἡτοίμασεν ὁ κύριος* τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ.

XV. Οὐκ οἴομαι δέ, ὅτι μικρὰν συμβουλίαν ἐποιησάμην περὶ ἐγκρατείας, ἣν ποιήσας τις οὐ μετανοήσει, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν σώσει κἀμὲ τὸν συμβουλεύσαντα. μισθὸς γὰρ οὐκ ἔστιν μικρὸς πλανωμένην ψυχὴν καὶ ἀπολλυμένην ἀποστρέψαι εἰς τὸ σωθῆναι. 2. ταύτην γὰρ ἔχομεν τὴν ἀντιμισθίαν ἀποδοῦναι τῷ θεῷ τῷ κτίσαντι ἡμᾶς, ἐὰν ὁ λέγων καὶ ἀκούων μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης καὶ λέγῃ καὶ ἀκούῃ. 3. ἐμμείνωμεν οὖν ἐφ' οἷς ἐπιστεύσαμεν δίκαιοι καὶ ὅσιοι, ἵνα μετὰ παρρησίας αἰτῶμεν τὸν θεὸν τὸν λέγοντα·

1 *ἔτι* S : *ὅτι* H | 2 *τῶν προφητῶν* S : > H | *νῦν* : + dicunt S | 3 *ἄνωθεν* H : + [*λέγουσιν. δῆλον*] Lightfoot | 7/8 *ἀντίτυπος* H : typus S | 8 typum S | 11/12 *ὁ ὑβρίσας* — *ἐκκλησίαν* H : is qui contumelia affecit carnem [suam, contumelia affecit Christi carnem] ecclesiam S, locum suo more, ut videtur, amplificans. An H verba uncinis inclusa propter homoeoteleuton omisit?

auctori occasionem dedisse videri, ut hunc locum suo more interpretaretur. — *βιβλία τῶν προφητῶν*] Cum veteres vocem *βιβλία* solam ad Testamentum Vetus significandum nusquam usurpent, Syrus non tam explicationem quam lectionem rectam exhibere videtur. Cf. Zahn, *Geschichte des neutestam. Kanons* II, 942—945. — *ἐκκλησίαν*] In memoriam revocanda est allegorica illa S. Scripturae interpretatio, quae patribus veteribus placuit, quos totum Hexaemeron de Christo et ecclesia intellexisse Anastasius Sinaita (PG 89, 860) testatur. — *ἄνωθεν*] i. e. ante solem et lunam. Cf. Luc. 1, 3; Act. 26, 5. — *ἐφανερώθη*] sc. Iesus. Cf.

et feminam; mas est Christus, femina ecclesia; atque etiam biblia prophetarum et apostoli dicunt, ecclesiam non ex hoc demum tempore esse, sed a principio; spiritualis enim erat, sicut et Iesus noster, apparuit autem in novissimis diebus, ut nos salvos faceret. 3. Ecclesia autem, quae spiritualis est, apparuit in carne Christi, ostendens nobis, quod si quis nostrum in carne eam servet neque perdat, recipiet eam in spiritu sancto; haec enim caro est typus spiritus; nemo igitur typum perdens archetypum percipiet. Itaque hoc dicit, fratres: servate carnem, ut spiritus participes fiatis. 4. Sin autem dicimus, carnem esse ecclesiam et spiritum Christum, sequitur, ut qui carnem stuprat, stupret ecclesiam. Talis igitur non particeps erit spiritus, qui est Christus. 5. Tantam vitam et incorruptibilitatem haec caro accipere potest adiuvante spiritu sancto, neque enarrare quis potest neque dicere, *quae praeparaverit dominus* electis suis.

XV. Non autem vile consilium de continentia me dedisse puto, quod si quis sequitur non paenitebit eum, sed et semet ipsum salvabit et me consiliantem. Merces enim haud parva est, animam errantem ac perditam reducere ad salutem. 2. Hanc enim remunerationem retribuere possumus deo, qui nos creavit, si, qui dicit et audit, cum fide et caritate et dicat et audiat. 3. Maneamus igitur in iis, quae credidimus, iusti ac sancti, ut cum fiducia precemur deum dicentem: *Adhuc loquente te re-*

16 I Cor. 2, 9.

I Petr. 1, 20.

3. *ἡ ἐκκλησία κτλ.*] Cf. Ps.-Cypr. De monte Sina et Sion c. 9—10. — *ὅτι ἐὰν κτλ.*] i. e. qui est membrum vivum ecclesiae visibilis, recipietur in ecclesiam spiritualem. — *ἀντίτυπος κτλ.*] Auctor ecclesiam spiritualem comparat cum archetypo et ecclesiam visibilem cum imagine sive effigie, in qua illud exprimitur, vel cum exemplo sive apographo, quod secundum illud efficitur, ut probet, utramque artissime inter se contineri ideoque simul a nobis aut servari aut perdi. — *ἄρα οὖν κτλ.*] Applicantur, quae hucusque de ecclesia dicta sunt. Cf. 8, 3.

4. Sensus: Si caro hominis typus est ecclesiae et spiritus hominis typus Christi, sequitur, ut qui carnem polluit, polluat et ecclesiam, carnis archetypum, et offendat perdatque Christum, archetypum spiritus.

XV, 1. *ἑαυτὸν σώσει κτλ.*] Cf. 19, 1; Ezech. 3, 21; I Tim. 4, 16; Hipp. De Antichristo c. 2 ed. Achelis p. 5. — *μισθὸς κτλ.*] Cf. Iac. 5, 19. 20.

2. *λέγων κ. ἀκούων*] Homiliam agnoscis. Cf. 17, 3; 19, 1.

Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι. 4. τοῦτο γὰρ τὸ ῥῆμα μεγάλης ἐστὶν ἐπαγγελίας σημεῖον· ἑτοιμότερον γὰρ ἑαυτὸν λέγει ὁ κύριος εἰς τὸ διδόναι τοῦ αἰτοῦντος. 5. τοσαύτης οὖν χρηστότητος μεταλαμβάνοντες μὴ φθονήσωμεν ἑαυτοῖς τυχεῖν τοσούτων ἀγαθῶν. ὅσην γὰρ ἡδονὴν ἔχει τὰ ῥήματα ταῦτα τοῖς ποιήσασιν αὐτά, τοσαύτην κατάκρισιν ἔχει τοῖς παρακούσασιν.

XVI. Ὥστε, ἀδελφοί, ἀφορμὴν λαβόντες οὐ μικρὰν εἰς τὸ μετανοῆσαι, καιρὸν ἔχοντες ἐπιστρέψωμεν ἐπὶ τὸν καλέσαντα ἡμᾶς θεόν, ἕως ἔτι ἔχομεν τὸν παραδεχόμενον ἡμᾶς. 2. ἐὰν γὰρ ταῖς ἡδυπαθείαις ταύταις ἀποταξώμεθα καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν νικήσωμεν ἐν τῷ μὴ ποιεῖν τὰς ἐπιθυμίας αὐτῆς τὰς πονηράς, μεταληψόμεθα τοῦ ἐλέους Ἰησοῦ. 3. γινώσκετε δέ, ὅτι *ἔρχεται ἤδη ἡ ἡμέρα* τῆς κρίσεως *ὡς κλίβανος καιόμενος, καὶ τακήσονταί* τινες *τῶν οὐρανῶν* καὶ πᾶσα ἡ γῆ ὡς μόλιβος ἐπὶ πυρὶ τηκόμενος· καὶ τότε φανήσεται τὰ κρύφια καὶ φανερὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. 4. καλὸν οὖν ἐλεημοσύνη ὡς μετάνοια ἁμαρτίας· κρείσσων νηστεία προσευχῆς, ἐλεημοσύνη δὲ ἀμφοτέρων· *ἀγάπη δὲ καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν*, προσευχὴ δὲ ἐκ καλῆς συνειδήσεως ἐκ θανάτου ῥύεται. μακάριος πᾶς ὁ εὑρεθεὶς ἐν τούτοις πλήρης· ἐλεημοσύνη γὰρ κούφισμα ἁμαρτίας γίνεται.

XVII. Μετανοήσωμεν οὖν ἐξ ὅλης καρδίας, ἵνα μή τις ἡμῶν παραπόληται. εἰ γὰρ ἐντολὰς ἔχομεν, ἵνα καὶ τοῦτο πράσσωμεν, ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἀποσπᾶν καὶ κατηχεῖν, πόσῳ μᾶλλον ψυχὴν ἤδη γινώσκουσαν τὸν θεὸν οὐ δεῖ ἀπόλλυσθαι; 2. συλλάβωμεν οὖν ἑαυτοῖς καὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἀνάγειν περὶ τὸ ἀγαθόν, ὅπως σωθῶμεν ἅπαντες καὶ ἐπιστρέψωμεν ἀλλήλους καὶ νουθετήσωμεν. 3. καὶ μὴ μόνον ἄρτι δοκῶμεν πιστεύειν καὶ προσέχειν ἐν τῷ νουθετεῖσθαι ἡμᾶς ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων, ἀλλὰ καὶ ὅταν εἰς οἶκον

9 *παραδεχόμενον* H : patrem qui accipit (*πρα δεχομενον*) S | 12 *Ἰησοῦ*: domini nostri Iesu Christi S | 22 *ἵνα .. πράσσωμεν* S : *πράσσομεν* H | 28 sq. *εἰς οἶκον ἀπαλλ.* : domum dimissi fuerimus et cessaverimus ab omnibus S cf. 14, 4

3. *ἔτι λαλοῦντος κτλ.*] Cf. Barn. 3, 5: Clem. Al. Strom. VII, 7, 49 p. 861.

4. *αἰτοῦντος*] sc. *εἰς τὸ αἰτεῖν*.

XVI, 3. *ἔρχεται κτλ.*] Cf. II Petr. 2, 9; 3, 7. — *καὶ τακήσονται κτλ.*] Cf. II Petr. 3, 10. 11. S. Scriptura Ies. 34, 4 loco vocis *τινες* habet *αἱ δυνάμεις*. et Lightfoot conicit, hanc lectionem esse genuinam.

4. *καλὸν κτλ.*] Cf. Tob. 12, 8. 9. Ad hunc maxime locum referendum

spondebo: Ecce adsum. 4. Hoc enim dictum magnae promissionis signum est; nam paratiorem se dominus ad dandum esse dicit quam petentem. 5. Tantae igitur benignitatis participes ne invideamus alter alteri tanta bona accepisse. Quantam enim voluptatem haec verba afferunt facientibus, tantam condemnationem inoboedientibus.

XVI. Itaque, fratres, occasionem paenitendi haud exiguam nacti, tempus habentes convertamur ad deum, qui nos vocavit, dum habemus qui nos suscipiat. 2. Si enim his libidinibus renuntiamus et animam nostram vincimus non facientes cupiditates eius malas, misericordiae Iesu participes erimus. 3. Cognoscite autem, quod iam *venit dies* iudicii *ut caminus ardens, et tabescent* quaedam *caelorum* ac tota terra sicut plumbum in igne liquescens, et tum manifestabuntur opera hominum occulta et aperta. 4. Bona igitur eleemosyna quasi paenitentia peccati; melius ieiunium oratione, eleemosyna autem utroque; *caritas operit multitudinem peccatorum,* oratio autem ex bona conscientia a morte liberat. Beatus omnis, qui invenitur in his rebus perfectus; eleemosyna enim fit levamen peccati.

XVII. Paenitentiam igitur agamus ex toto corde, ne quis ex nobis pereat. Si enim mandata habemus, ut et hoc faciamus, ab idolis abducere et docere, quanto magis anima deum iam cognoscens non perire debet? 2. Adiuvemus igitur alter alterum, ut etiam infirmos ad bonum adducamus, ut salvi fiamus omnes et convertamus nos invicem et commonefaciamus. 3. Et non solum nunc videamur credere et animum advertere, dum commonefimus a presbyteris, sed etiam cum domum abie-

1 Ies. 58, 9. — 12 Malach. 4, 1. — 13 Ies. 34, 4. — 17 I Petr. 4, 8.

est iudicium Photii Bibl. cod. 126 dicentis: *ἄλλως τε δὲ καὶ τὰ ἐν αὐταῖς* (sc. ambabus Clem. epistulis) *νοήματα ἐρριμένα πως καὶ οὐ συνεχῆ τὴν ἀκολουθίαν ὑπῆρχε φυλάττοντα.* — *προσευχὴ κτλ.*] Forma desumpta est e Tob. 4. 10; 12, 9, sententia autem reperitur IV Reg. 20, 1 sqq. Iac. 5, 13—15. — *ἐλεημοσύνη κτλ.*] Cf. Prov. 16, 6 (15, 27); Sir. 3, 30; Dan. 4, 24.

XVII, 1. *ἐντολὰς κτλ.*] Cf. Matth. 28, 19. 20; Marc. 16, 15.

2. *σωθῶμεν ἀπ.*] Cf. 15, 1. I Clem. 2, 4.

3. Hic versus perspicue ostendit, scripturam nostram esse homiliam. Cf. 15, 2; 19, 1. — *νουθετεῖσθαι κτλ.*] Apud auctorem nostrum presbyteri homiliam faciunt, apud Iustinum

ἀπαλλαγῶμεν, μνημονεύωμεν τῶν τοῦ κυρίου ἐνταλμάτων καὶ μὴ ἀντιπαρελκώμεθα ἀπὸ τῶν κοσμικῶν ἐπιθυμιῶν, ἀλλὰ πυκνότερον προσερχόμενοι πειρώμεθα προκόπτειν ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ κυρίου, ἵνα πάντες *τὸ αὐτὸ φρονοῦντες* συνηγμένοι ὦμεν ἐπὶ τὴν ζωήν. 4. εἶπεν γὰρ ὁ κύριος· *Ἔρχομαι συναγαγεῖν πάντα τὰ ἔθνη, φυλὰς καὶ γλώσσας.* τοῦτο δὲ λέγει τὴν ἡμέραν τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ, ὅτε ἐλθὼν λυτρώσεται ἡμᾶς ἕκαστον κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. 5. *καὶ ὄψονται τὴν δόξαν* αὐτοῦ καὶ τὸ κράτος οἱ ἄπιστοι, καὶ ξενισθήσονται ἰδόντες τὸ βασίλειον τοῦ κόσμου ἐν τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες· Οὐαὶ ἡμῖν, ὅτι σὺ ἦς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν καὶ οὐκ ἐπιστεύομεν καὶ οὐκ ἐπειθόμεθα τοῖς πρεσβυτέροις τοῖς ἀναγγέλλουσιν ἡμῖν περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν· *καὶ ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί.* 6. τὴν ἡμέραν ἐκείνην λέγει τῆς κρίσεως, ὅταν ὄψονται τοὺς ἐν ἡμῖν ἀσεβήσαντας καὶ παραλογισαμένους τὰς ἐντολὰς Ἰησοῦ Χριστοῦ. 7. οἱ δὲ δίκαιοι εὐπραγήσαντες καὶ ὑπομείναντες τὰς βασάνους καὶ μισήσαντες τὰς ἡδυπαθείας τῆς ψυχῆς, ὅταν θεάσωνται τοὺς ἀστοχήσαντας καὶ ἀρνησαμένους διὰ τῶν λόγων ἢ διὰ τῶν ἔργων τὸν Ἰησοῦν, ὅπως κολάζονται δειναῖς βασάνοις πυρὶ ἀσβέστῳ, ἔσονται δόξαν διδόντες τῷ θεῷ αὐτῶν λέγοντες, ὅτι ἔσται ἐλπὶς τῷ δεδουλευκότι θεῷ ἐξ ὅλης καρδίας.

XVIII. Καὶ ἡμεῖς οὖν γενώμεθα ἐκ τῶν εὐχαριστούντων, τῶν δεδουλευκότων τῷ θεῷ, καὶ μὴ ἐκ τῶν κρινομένων ἀσεβῶν.

3 *προσερχόμενοι* H : *προσευχόμενοι* S | 8 *τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ τὸ κράτος* : gloriam eius in robore et potestate S | 9 *ἰδόντες* H : *εἰδότες* S | 15 *ἡμῖν* S : *ὑμῖν* H | 18 *ἀρνησαμένους* + *ἢ* S | 20 *ἔσονται* + *ἐν ἀγαλλιάσει* S | *διδόντες* S : *δόντες* H

Apol. I, 67 praeses vel episcopus, in Constit. apost. II, 57 presbyteri et episcopus, et hic quidem cunctorum postremus. Vox autem *πρεσβύτεροι* hoc loco certe etiam episcopum complectitur nec dubium est, quin auctor homiliae, quamquam auditoribus (*ἡμᾶς νουθ.*) sese adnumerare videtur, presbyter vel episcopus fuerit; laici enim nonnisi rarissime sermonem in ecclesia fecerunt. — *πυκνότερον πρ.*] Cf. Ign. Eph. 13, 1; Polyc. 4, 1; Didasc. vel Constit. apost. II, 59. 60.

4. Tribus non a Iesaia quidem, sed saepius a propheta Daniel una cum gentibus et linguis commemorantur, e. g. 3, 7. 96; 5, 19. Cf. Matth. 24, 31; 25, 32. — *λυτρώσεται*] Eph. 4, 30 dies iudicii *ἡμέρα ἀπολυτρώσεως* appellatur. Cf. Luc. 21, 28; Rom. 8, 23.

5. *κ. ὄψονται*] Cf. Matth. 24, 30; 25, 31; Apoc. 1, 7. — *λέγοντες κτλ.*] Cf. Barn. 7, 9; Sap. 5, 3 sqq., ubi

rimus, memores simus mandatorum domini neque rursus abstrahamur a mundanis cupiditatibus, sed crebrius accedentes nitamur proficere in praeceptis domini, ut omnes *idem sentientes* congregati simus ad vitam. 4. Dixit enim dominus: *Venio, ut congregem omnes gentes, tribus et linguas.* Quod dicit diem adventus eius, cum veniens redimet nos secundum sua quemque opera. 5. *Et videbunt gloriam* eius et virtutem increduli et mirabuntur intuentes regiam mundi in Iesu dicentes: Vae nobis, quoniam tu eras, neque scivimus neque credidimus neque oboedivimus presbyteris de salute nostra nobis praedicantibus; et *vermis eorum non morietur et ignis eorum non exstinguetur, et erunt in visionem omni carni.* 6. Diem illum dicit iudicii, quando videbunt eos ex nobis, qui impie egerunt et mandata Iesu Christi fefellerunt. 7. Iusti autem, qui bona fecerunt et tormenta sustinuerunt oderuntque animae libidines, ubi videbunt, quomodo qui aberraverunt et dictis vel factis Iesum abnegaverunt tormentis terribilibus igne inexstinguibili puniantur, deo suo gloriam dabunt dicentes: Erit spes ei, qui deo ex toto corde servivit.

XVIII. Et nos igitur ex iis simus, qui gratias agunt, qui deo servierunt, neque ex impiis, qui iudicantur. 2. Etenim ipse

4 Rom. 12, 16 cf. Phil. 2, 2. — 5 Ies. 66, 18. — 8 Ies. 66, 18. — 12 Ies. 66, 24.

iniusti similiter loquuntur de iustis. — *σὺ ἦς*] sc. is, qui nobis annuntiatus est. Cf. Ioann. 8, 24. 28; 13, 19. — *ὁ σκώληξ κτλ.*] Cf. supra 7, 6.

6. Ad hunc locum vel 16, 3 referri potest, quod dicit Ps.-Iustinus Quaest. ad Orthod. 74: *εἰ τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθά φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθώς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ.* Particula *καθὼς* Ps.-Iustinus Clementem testem Sibyllae facit, quam auctor noster non commemorat. Fortasse autem emendandum est *καὶ ὡς* vel *καὶ καθώς*, ita ut Clemens tanquam novus iudicii testis appareat; fortasse auctor minus accurate scripsit aut epistulam Clementis nobis incognitam ante oculos habuit. Quomodocunque autem res se habet, Ps.-Iustinus cum non de secunda Clementis epistula, sed de epistula solum loquatur, epistulam seu homiliam nostram mutilam ad nos pervenisse non probat. Cf. 10, 3 not.

7. Cf. Sap. 3, 1 sqq. Apoc. 13, 10; 14, 12 etc. — *πυρὶ ἀσβέστῳ*] Cf. Matth. 3, 12; Luc. 3, 17. — *δόξαν διδ.*] Cf. Apoc. 11, 13. 16, 19.

XVIII, 1. *ἀσεβῶν*] i. e. impiorum Christianorum. Cf. 17, 6.

2. καὶ γὰρ αὐτὸς πανθαμαρτωλὸς ὢν καὶ μήπω φυγὼν τὸν πειρασμόν, ἀλλ' ἔτι ὢν ἐν μέσοις τοῖς ὀργάνοις τοῦ διαβόλου, σπουδάζω τὴν δικαιοσύνην διώκειν, ὅπως ἰσχύσω κἂν ἐγγὺς αὐτῆς γενέσθαι, φοβούμενος τὴν κρίσιν τὴν μέλλουσαν.

XIX. Ὥστε, ἀδελφοὶ καὶ ἀδελφαί, μετὰ τὸν θεὸν τῆς ἀληθείας ἀναγινώσκω ὑμῖν ἔντευξιν εἰς τὸ προσέχειν τοῖς γεγραμμένοις, ἵνα καὶ ἑαυτοὺς σώσητε καὶ τὸν ἀναγινώσκοντα ἐν ὑμῖν· μισθὸν γὰρ αἰτῶ ὑμᾶς τὸ μετανοῆσαι ἐξ ὅλης καρδίας σωτηρίαν ἑαυτοῖς καὶ ζωὴν διδόντας. τοῦτο γὰρ ποιήσαντες σκοπὸν πᾶσιν τοῖς νέοις θήσομεν, τοῖς βουλομένοις περὶ τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν χρηστότητα τοῦ θεοῦ φιλοπονεῖν. 2. καὶ μὴ ἀηδῶς ἔχωμεν καὶ ἀγανακτῶμεν οἱ ἄσοφοι, ὅταν τις ἡμᾶς νουθετῇ καὶ ἐπιστρέφῃ ἀπὸ τῆς ἀδικίας εἰς τὴν δικαιοσύνην. ἐνίοτε γὰρ πονηρὰ πράσσοντες οὐ γινώσκομεν διὰ τὴν διψυχίαν καὶ ἀπιστίαν τὴν ἐνοῦσαν ἐν τοῖς στήθεσιν ἡμῶν, καὶ *ἐσκοτίσμεθα τὴν διάνοιαν* ὑπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν ματαίων. 3. πράξωμεν οὖν τὴν δικαιοσύνην, ἵνα εἰς τέλος σωθῶμεν. μακάριοι οἱ τούτοις ὑπακούοντες τοῖς προστάγμασιν· κἂν ὀλίγον χρόνον κακοπαθήσωσιν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, τὸν ἀθάνατον τῆς ἀναστάσεως καρπὸν τρυγήσουσιν. 4. μὴ οὖν λυπείσθω ὁ εὐσεβής, ἐὰν ἐπὶ τοῖς νῦν χρόνοις ταλαιπωρῇ· μακάριος αὐτὸν ἀναμένει χρόνος· ἐκεῖνος ἄνω μετὰ τῶν πατέρων ἀναβιώσας εὐφρανθήσεται εἰς τὸν ἀλύπητον αἰῶνα.

XX. Ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνο τὴν διάνοιαν ὑμῶν ταρασσέτω, ὅτι βλέπομεν τοὺς ἀδίκους πλουτοῦντας καὶ στενοχωρουμένους τοὺς τοῦ

1 *φυγὼν* em S (?) : *φεύγων* H | 6 *ἔντευξιν* H : supplicationem id est admonitionem S (glossa manifesta) | 7 *ὑμῖν* + verba Dei S | 9 *σκοπὸν* S: *κόπον* H | 13 *ἐνίοτε* S : *ἔνια* H | 18/19 *τούτῳ* > S | 19 *ἀθάνατον* S : *δὲ θάνατον* H | *τρυγήσουσιν* : *τρυφήσουσιν* S

2. *δικ. διώκειν*] Cf. I Tim. 6, 11; II Tim. 2, 22.

XIX, 1. *μετὰ τ. θεὸν κτλ.*] i. e. postquam S. Scripturae lectae sunt, in quibus Deus est, qui loquitur. Cf. Iust. Apol. I, 67. Constit. ap. II, 39. 54 (*μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν .. καὶ τὴν ἐπὶ ταῖς γραφαῖς διδασκαλίαν*). Lectio *θεὸν* dura est; sed codicibus consentientibus mutare nolui. Zahn, *Gött. Gel. Anzeigen* 1876 p. 1418 proposuit *λόγον*, et verba *λόγον τῆς ἀληθείας* Paulus II Cor. 6, 7; Eph. 1, 13; II Tim. 2, 15 exhibet. — *ἔντευξιν*] Cf. I Clem. 63, 2. — *ἀναγινώσκω*] Homilia nostra igitur l e c t a fuit. Iustinus autem l. c. tradit, episcopum, ubi lector desiisset, exhortationem verbis (*διὰ λόγου*) fecisse et similiter Tertullianus De

cum per omnia peccator sim necdum fugerim tentationem, sed adhuc verser mediis in instrumentis diaboli, iustitiam sectari studeo, ut possim vel prope ad eam accedere, timens iudicium futurum.

XIX. Itaque, fratres et sorores, postquam deus veritatis auditus est, lego vobis exhortationem, ut animum advertentes ad ea, quae scripta sunt, et vosmet ipsos salvetis et eum, qui legit inter vos; mercedem enim peto, ut ex toto corde paenitentiam agatis salutem vobis et vitam dantes. Hoc enim facientes scopum proponemus omnibus iuvenibus, qui pietati et bonitati dei operam volunt impendere. 2. Nec aegre feramus neque indignemur, qui sumus insipientes, si quis nos commonefaciat et convertat ab iniustitia ad iustitiam. Nonnunquam enim mala facientes non attendimus propter animae duplicitatem et incredulitatem, quae est in pectoribus nostris, et ***mens nostra obscurata est*** cupiditatibus inanibus. 3. Faciamus igitur iustitiam, ut in finem salvemur. Beati, qui his praeceptis oboediunt; etiamsi breve tempus in hoc mundo mala patiuntur, incorruptibilem resurrectionis fructum vendemiabunt. 4. Ne contristetur igitur pius, si in his temporibus miseriam patitur; exspectat eum beatum tempus; sursum ille cum patribus reviviscens gaudebit usque in saeculum tristitia non turbatum.

XX. Nec vero illud mentem nostram perturbet, quod iniustos divites et servos dei angustatos videmus. 2. Credamus

15 Eph. 4, 17. 18.

anim. c. 9 allocutiones prolatas esse narrat. Cf. 15, 1. 2. — *γεγραμμένοις*] i. e. S. Scriptura, quae modo lecta fuit. — *ἵνα καὶ κτλ.*] Cf. 15, 1 — *σκοπὸν κτλ.*] Cf. Constit. apost. II, 6.

2. *οἱ ἄσοφοι*] De articulo cf. Sap. 5, 4; Orig. De orat. c. 5. — *οὐ γινώσκομεν*] Cf. Ps. 18, 13. — *ἐσκοτίσμεθα κτλ.*] Cf. Rom. 1, 21; I Clem. 36, 2.

3. *μακάριοι κτλ.*] Cf. Ps. 105, 3; 127, 1; Prov. 8, 32. 34; 29, 18; Apoc. 1, 3 etc. — *ὀλίγον κτλ.*] Cf. Ps.-Ign. Mar. 4, 3.

4. *λυπείσθω κτλ.*] Cf. I Petr. 4, 12. 13; Rom. 8, 18. — *ἀναβιώσας*] Cf. II Macc. 7, 9.

XX, 1. 3—4. Ioann. Dam. Sacra Parallela ed. Lequien II, 783, Holl, *Fragmente* p. 2 (— *διώκοντες*). De altera sententia, quae in eadem collectione tamquam e secunda Clementis ad Corinthios epistula repetita legitur, cf. 10, 3. — *ταρασσέτω*] Cf. Ioann. 14, 1. 27. — *ἀδίκους πλ.*] Cf. Iac. 5, 1 sqq. Clem. Recogn. III, 40; Orig. In Ps. 36 hom. II, 2 ed. Bened. II, 660.

θεοῦ δούλους. 2. πιστεύωμεν οὖν, ἀδελφοὶ καὶ ἀδελφαί· θεοῦ ζῶντος πεῖραν ἀθλοῦμεν καὶ γυμναζόμεθα τῷ νῦν βίῳ, ἵνα τῷ μέλλοντι στεφανωθῶμεν. 3. οὐδεὶς τῶν δικαίων ταχὺν καρπὸν ἔλαβεν, ἀλλ' ἐκδέχεται αὐτόν. 4. εἰ γὰρ τὸν μισθὸν τῶν δικαίων ὁ θεὸς συντόμως ἀπεδίδου, εὐθέως ἐμπορίαν ἠσκοῦμεν καὶ οὐ θεοσέβειαν· ἐδοκοῦμεν γὰρ εἶναι δίκαιοι, οὐ τὸ εὐσεβές, ἀλλὰ τὸ κερδαλέον διώκοντες. καὶ διὰ τοῦτο θεία κρίσις ἔβλαψεν πνεῦμα μὴ ὂν δίκαιον, καὶ ἐβάρυνεν δεσμοῖς.

5. Τῷ μόνῳ θεῷ ἀοράτῳ, πατρὶ τῆς ἀληθείας, τῷ ἐξαποστείλαντι ἡμῖν τὸν σωτῆρα καὶ ἀρχηγὸν τῆς ἀφθαρσίας, δι' οὗ καὶ ἐφανέρωσεν ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν ἐπουράνιον ζωήν, αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ $\overline{\beta}$.

1 *πιστεύωμεν* S : *πιστεύομεν* H | *θεοῦ* : *ὅτι θεοῦ* S | 3 *ταχὺν* H Dam : *ταχὺ* S | 5/6 *θεοσέβειαν* HS : *εὐσέβειαν* Dam | 6 *οὐ* + *διὰ* Dam | *εὐσεβὲς* H Dam : *θεοσεβὲς* S | 8 *δεσμοῖς* S : *δεσμὸς* H | 13 Subscriptio, quam etiam codici A adiectam fuisse conicere licet, ad subscriptionem epistulae I Clem. ad Cor. accommodata est: hic finitur secunda epistula Clementis ad Corinthios S, *στίχοι* $\bar{\chi}$ *ῥητὰ κε* H

3. Cf. Iac. 5, 7 sqq.

4. *ἐμπορίαν κτλ.*] Cf. I Tim. 6, 5; Aug. De civit. Dei I, 8. — *καὶ διὰ τοῦτο κτλ.*] Locus obscurus est. Quaeritur inprimis, quid sit *πνεῦμα μὴ ὂν δίκαιον*. Cum auctor v. 2 de militia christiana loquatur, hoc loco diabolum tanquam adversarium Christianorum respicere atque dicere putari potest: divinum iudicium spiritum iniustum vinculis detinuisse, ne pios opprimat. Cum autem potius de spiritu hominis loquatur, sensus est: divinum iudicium affligit

igitur, fratres et sorores: dei vivi certamen subimus et exercemus in hac vita, ut in futura coronemur. 3. Nemo iustorum celerem fructum accepit, sed exspectat eum. 4. Si enim deus mercedem iustorum cito retribueret, statim negotium exerceremus, non pietatem; videremur enim iusti esse, non pium, sed lucrativum sectantes. Et propterea iudicium divinum damnat spiritum, qui non est iustus, et aggravat vinculis.

5. Soli deo invisibili, patri veritatis, qui nobis misit salvatorem et auctorem incorruptibilitatis, per quem etiam manifestavit nobis veritatem et vitam caelestem, ei sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

Clementis ad Corinthios epistula II.

iniustos divitias tanquam vincula eis praebens, vel: Deus iudex spiritum, quem lucrum sectari neque vere iustum esse videt, affligit et vinculis aggravat (ἔβλαψεν, ἐβάρυνεν aoristus gnomicus).

5. *τῷ μόνῳ κτλ.*] Cf. Rom. 16, 27; I Tim. 1, 17; Iud. 25. — *πατρὶ τ. ἀλ.*] Cf. 3, 1; 19, 1. — *σωτῆρα κ. ἀρχ.*] Cf. Act. 5, 31. — *ἀρχηγὸν τ. ἀφθ.*] Cf. Act. 3, 15; Hebr. 2, 10.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΓΝΑΤΙΟΥ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν μεγέθει θεοῦ πατρὸς πληρώματι, τῇ προωρισμένῃ πρὸ αἰώνων εἶναι διὰ παντὸς εἰς δόξαν παράμονον, ἄτρεπτον ἡνωμένην καὶ ἐκλελεγμένην ἐν πάθει ἀληθινῷ, ἐν θελήματι τοῦ πατρὸς καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ θεοῦ ἡμῶν, τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀξιομακαρίστῳ, τῇ οὔσῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας, πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ καὶ ἐν ἀμώμῳ χαρᾷ χαίρειν.

I. Ἀποδεξάμενος ἐν θεῷ τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα, ὃ

G = textus graecus recensionis brevioris (codex Laurentianus, in epistula ad Romanos Colbertinus), L = versio latina eiusdem recensionis, S = versio syriaca epistularum ad Eph. Rom. Polyc. decurtata, Sf = versio syriaca fragmentis tradita, Sm = v. s. epistulae ad Rom. Martyrio inclusa, A = versio armeniaca, Am = v. a. ep. ad Rom. Martyrio inclusa; g = textus graecus recensionis longioris, l = versio latina eiusdem recensionis, M = Metaphrastes in Martyrio Ignatii epistulam ad Romanos exhibens, C = versio coptica epistulae ad Smyrnaeos.

3 *Ἰγνάτιος* GL, > A | 5 *πληρώματι* Gg, *καὶ πλ.* L, perfectione A, et perfectae S | 6/7 *ἡνωμένῃ καὶ ἐκλελεγμένῃ* S Lightf., *ἡνωμένῃ* A | 9 *τῆς Ἀσίας* > S | 10 *χαρᾷ* SAg : *χάριτι* GL | 11 *σου* GL : *ὑμῶν* SAgl

Inscr. *ὁ καὶ Θεοφόρος*] i. e. qui et Theophorus vocatur. Locutio apud veteres sescenties reperitur, e. g. Act. 13, 9 (*Σαῦλος, ὁ καὶ Παῦλος*), in Epiphanii anacephalaiosi Panarii paucis paginis (ed. Oehler II, 538—542) non minus quam fere vicies, et recto miraris, quod recentiores de eius vi errare potuerunt. Vox *Θεοφόρος* non virtutem denotat, quam

SANCTI IGNATII
EPISTULAE.

EPHESIIS IGNATIUS.

Ignatius, qui et Theophorus, ecclesiae merito beatae, quae est Ephesi in Asia — benedictae dei patris magnitudine cum plenitudine, praedestinatae ante saecula, ut in permanentem et immutabilem gloriam semper esset unita et vera passione, per voluntatem patris et Iesu Christi, dei nostri, electa — plurimam in Iesu Christo et in gaudio perfecto salutem.

I. Suscepi tuum in deo valde dilectum nomen, quod vobis

auctor sibi vindicat, sed potius nihil nisi nomen proprium est et quidem graecum, quod Ignatius praeter latinum τοῦ Ἰγνατίου gestabat. Cf. Prolegom. c. 4. — εὐλογημένῃ κτλ.] Cf. Paul. Eph. 1, 3 sqq. — ἀληθινῷ] Docetas respicit. — ἀξιομακαρίστῳ] Verborum compositio apud Ignatium usitatissima. Praeter hanc vocem ter repetitam (12, 2; Rom. inscr.; 10, 1) s. martyr. adhibet ἀξιονόμαστος (4, 1), ἀξιόθεος (Magn. 2; Trall. inscr.; Rom. inscr.; 1, 1), ἀξιόπιστος (Philad. 2, 2; Polyc. 3, 1), ἀξιοπρεπής (Magn. 13, 1; Rom. inscr.) etc. Cf. index vocabulorum. — τῆς Ἀσίας] i. e. provinciae Romanae, quae hoc nomen gerebat.

I, 1. Severus Antioch. apud Cureton, Corpus Ignat. 213, 245; 217, 248 (ἀναζωπυρήσαντες κτλ.). — ἀποδεξάμενος κτλ.] Ignatius indole singulari praeditus et in condicione singulari versans singulari modo scribit. Sententiam, quam participio incipit, protinus lectores laudans deserit, v. 3 verbis ἐπεὶ οὖν κτλ. quidem resumit, laudem vero Onesimi episcopi Ephesiorum eiusque sociorum canens denuo relinquit atque demum 3, 2 ad eam reverti videtur. Similiter Magn. 2. 5; Rom. 1; Philad. 1; Sm. 1. — σου] i. e. ἐκκλησία, quae vocatur in inscriptione. — πολυαγάπητον ὄνομα] Ign. alludere videtur ad sensum vocis Ἐφέσιοι, quae

κέκτησθε φύσει δικαίᾳ κατὰ πίστιν καὶ ἀγάπην ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῷ σωτῆρι ἡμῶν· μιμηταὶ ὄντες θεοῦ, ἀναζωπυρήσαντες ἐν αἵματι θεοῦ τὸ συγγενικὸν ἔργον τελείως ἀπηρτίσατε· 2. ἀκούσαντες γὰρ δεδεμένον ἀπὸ Συρίας ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος καὶ ἐλπίδος, ἐλπίζοντα τῇ προσευχῇ ὑμῶν ἐπιτυχεῖν ἐν Ῥώμῃ θηριομαχῆσαι, ἵνα διὰ τοῦ ἐπιτυχεῖν δυνηθῶ μαθητὴς εἶναι, ἰδεῖν ἐσπουδάσατε· 3. ἐπεὶ οὖν τὴν πολυπληθίαν ὑμῶν ἐν ὀνόματι θεοῦ ἀπείληφα ἐν Ὀνησίμῳ, τῷ ἐν ἀγάπῃ ἀδιηγήτῳ, ὑμῶν δὲ ἐν σαρκὶ ἐπισκόπῳ, ὃν εὔχομαι κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν ὑμᾶς ἀγαπᾶν καὶ πάντας ὑμᾶς αὐτῷ ἐν ὁμοιότητι εἶναι. εὐλογητὸς γὰρ ὁ χαρισάμενος ὑμῖν ἀξίοις οὖσι τοιοῦτον ἐπίσκοπον κεκτῆσθαι.

II. Περὶ δὲ τοῦ συνδούλου μου Βούρρου, τοῦ κατὰ θεὸν διακόνου ὑμῶν ἐν πᾶσιν εὐλογημένου, εὔχομαι παραμεῖναι αὐτὸν εἰς τιμὴν ὑμῶν καὶ τοῦ ἐπισκόπου· καὶ Κρόκος δέ, ὁ θεοῦ ἄξιος καὶ ὑμῶν, ὃν ἐξεμπλάριον τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης ἀπέλαβον, κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν, ὡς καὶ αὐτὸν ὁ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀναψύξαι ἅμα Ὀνησίμῳ καὶ Βούρρῳ καὶ Εὔπλῳ καὶ Φρόντωνι, δι' ὧν πάντας ὑμᾶς κατὰ ἀγάπην εἶδον. 2. ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντός, ἐάνπερ ἄξιος ὦ. πρέπον οὖν ἐστίν, κατὰ πάντα τρόπον δοξάζειν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν δοξάσαντα ὑμᾶς, ἵνα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ κατηρτισμένοι, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, κατὰ πάντα ἦτε ἡγιασμένοι.

1 *φύσει* + *ἐν γνώμῃ ὀρθῇ καὶ* SA Lightf. | *Χριστῷ Ἰησοῦ* Lg : *Ἰ. Χρ.* GSA | 2 *ἡμῶν* + glorificato Iesum Christum deum L, verba glossa librarii esse videntur | *θεοῦ* + *καὶ* L | 3 *ἀπαρτίσατε* G | 6 *ἐπιτυχεῖν* LSA : *μαρτυρίου* g, *μαρτυρίου ἐπιτυχεῖν* G | *μαθητὴς εἶναι* L : + dei SA, + *τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἀνενεγκόντος θεῷ προσφορὰν καὶ θυσίαν* Gg ex Eph. 5, 2 | *ἰδεῖν* (*ἱστορῆσαι* Lightf. cf. Gal. 1, 18) *ἐσπουδάσατε* : > Gg | 7 *ἐπεὶ* > LA | *οὖν* : *γὰρ* L, *δὲ* S | 8 *δὲ* > SA | *ἐν σαρκὶ* GL : > SAg | 13 *ὑμῶν* + *καὶ* Ag Lightf. | 18 *ὠναίμην* G fere semper | 20/21 *κατηρτισμένοι* L : *ἦτε κατηρτισμένοι τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ καὶ τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἵνα* Gg ex I Cor. 1, 10 | 21 *ἐπιτασσόμενοι* G

idem significat ac *ποθητοί*, desiderabiles. Ps.-Ignatius pro *πολυαγάπητον* posuit *πολυπόθητον*. — *πίστιν καὶ ἀγάπην*] Has virtutes Ignatius saepe coniungit, cf. Eph. 9, 1; 14, 1. 2; 20, 1; Magn. 1, 2; 13, 1; Philad. 11, 2; Sm. inscr.; 1, 1; 6, 1; 13, 2. — *μιμηταὶ* — *ἐσπουδάσατε* in v. 2 parenthesin putes. — *ἀναζωπυρήσαντες*] Hoc verbum modo transitive (II Tim. 1, 6) modo intransitive vel absolute (Gen. 45, 27. I Maccab. 13, 7. I Clem. 27, 3) usurpatur.

2. *μαθητής*] Hoc dicit Ignatius

[redacted]

comparastis indole proba secundum fidem et caritatem in Iesu Christo, salvatore nostro; (cum imitatores sitis dei, ad vitam revocati per sanguinem dei, opus fraternitatis perfecte absolvistis; 2. postquam enim audistis, me vinctum e Syria pro communi nomine et spe, videre festinastis me sperantem, quod vestris precibus consequar, ut Romae adversus bestias pugnem, ut consequens possim discipulus esse); 3. suscepi ergo in nomine dei multitudinem vestram in Onesimo, inenarrabilis caritatis viro, vestro autem in carne episcopo, quem iuxta Iesum Christum a vobis amari cuique similes vos omnes fieri opto. Benedictus enim, qui gratia sua vos talem episcopum possidere dignatus est.

II. De conservo autem meo Burrho, secundum deum diacono vestro in omnibus benedicto, oro, ut permaneat apud me in honorem vestrum et episcopi vestri. Sed et Crocus, deo dignus et vobis, quem exemplar vestrae caritatis accepi, per omnia me recreavit, quomodo et ipsum refrigeret pater Iesu Christi una cum Onesimo et Burrho et Euplo et Frontone, per quos vos omnes quoad caritatem vidi. 2. Fruar vobis perpetuo, si dignus fuero. Decet itaque vos omnibus modis glorificare Iesum Christum, qui glorificavit vos, ut in oboedientia una perfecti, subiecti episcopo et presbyterio, per omnia sanctificati sitis.

saepius, cf. index vocabulorum.

3. *ἐπεὶ οὖν*] Cf. not. ad v. 1. — *ἐν σαρκί*] Cf. Rom. 9, 3; Philem. 16. Quoniam haec vox opposita est alteri *ἐν ἀγάπῃ*, sensus est: ob amorem suum Onesimus omnium et Ignatii est, secundum carnem autem Ephesiorum, episcopatum ipsorum gerens.

II, 1. *τοῦ συνδούλου μου κτλ.*] Similiter Ignatius Magn. 2 Zotionem diaconum conservum suum et Philad. 4 diaconos conservos suos appellat. Neque vero ex illis locis, ut Bruston, *Ignace d' Antioche* 1897 p. 30—35, censet, eum ipsum diaconum fuisse colligendum est. Vox *σύνδουλος* non eadem est ac vox *συνδιάκονος*, et Ignatius Paulum imitari videtur Col. 4, 7 scribentem: *Τυχικὸς ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ πιστὸς διάκονος καὶ σύνδουλος ἐν κυρίῳ.* — *κατὰ θεόν*] Locutio Ignatii frequentior, cf. index vocabulorum. — *παραμεῖναι*] sc. apud Ignatium, quem sociis domum redeuntibus Troadem comitatus est. Cf. Philad. 11, 2; Sm. 12, 1 — *ἀνέπαυσεν*] Vox frequens in S. Scriptura. Cf. Luc. 12, 19; I Cor. 16, 18; II Cor. 7, 13; Philem. 7. 20. — *ἀναψύξαι*] Cf. II Tim. 1, 16; Luc. 16, 24; Act. 3, 20.

2. *ὀναίμην*] Cf. Magn. 2. 12; Rom. 5, 2; Polyc. 1, 1; 6, 2; Paul. ad Philem. 20.

III. Οὐ διατάσσομαι ὑμῖν ὡς ὤν τις. εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι ἐν τῷ ὀνόματι, οὔπω ἀπήρτισμαι ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ. νῦν γὰρ ἀρχὴν ἔχω τοῦ μαθητεύεσθαι καὶ προσλαλῶ ὑμῖν ὡς συνδιδασκαλίταις μου. ἐμὲ γὰρ ἔδει ὑφ' ὑμῶν ὑπαλειφθῆναι πίστει, νουθεσίᾳ, ὑπομονῇ, μακροθυμίᾳ. 2. ἀλλ' ἐπεὶ ἡ ἀγάπη οὐκ ἐᾷ με σιωπᾶν περὶ ὑμῶν, διὰ τοῦτο προέλαβον παρακαλεῖν ὑμᾶς, ὅπως συντρέχητε τῇ γνώμῃ τοῦ θεοῦ. καὶ γὰρ Ἰησοῦς Χριστός, τὸ ἀδιάκριτον ἡμῶν ζῆν, τοῦ πατρὸς ἡ γνώμη, ὡς καὶ οἱ ἐπίσκοποι, οἱ κατὰ τὰ πέρατα ὁρισθέντες, ἐν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμῃ εἰσίν.

IV. Ὅθεν πρέπει ὑμῖν συντρέχειν τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ, ὅπερ καὶ ποιεῖτε. τὸ γὰρ ἀξιονόμαστον ὑμῶν πρεσβυτέριον, τοῦ θεοῦ ἄξιον, οὕτως συνήρμοσται τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ. διὰ τοῦτο ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν καὶ συμφώνῳ ἀγάπῃ Ἰησοῦς Χριστὸς ᾄδεται. 2. καὶ οἱ κατ' ἄνδρα δὲ χορὸς γίνεσθε, ἵνα σύμφωνοι ὄντες ἐν ὁμονοίᾳ, χρῶμα θεοῦ λαβόντες ἐν ἑνότητι, ᾄδητε ἐν φωνῇ μιᾷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ πατρί, ἵνα ὑμῶν καὶ ἀκούσῃ καὶ ἐπιγινώσκῃ δι' ὧν εὖ πράσσετε μέλη ὄντας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. χρήσιμον οὖν ἐστίν, ὑμᾶς ἐν ἀμώμῳ ἑνότητι εἶναι, ἵνα καὶ θεοῦ πάντοτε μετέχητε.

V. Εἰ γὰρ ἐγὼ ἐν μικρῷ χρόνῳ τοιαύτην συνήθειαν ἔσχον πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν, οὐκ ἀνθρωπίνην οὖσαν, ἀλλὰ πνευματικήν, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς μακαρίζω τοὺς ἐνκεκραμένους οὕτως, ὡς ἡ ἐκκλησία Ἰησοῦ Χριστῷ καὶ ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρί, ἵνα πάντα ἐν ἑνότητι σύμφωνα ᾖ; 2. μηδεὶς πλανάσθω· ἐὰν μή τις ᾖ ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου, ὑστερεῖται τοῦ ἄρτου τοῦ θεοῦ. εἰ γὰρ ἑνὸς καὶ δευτέρου προσευχὴ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει, πόσῳ μᾶλ-

1 *τις* GL : *τι* Ag cf. Gal. 2, 6; 6, 3 | 2 *ὀνόματι* + *Χριστοῦ* L | *γὰρ* Gg : *δὲ* L, > A | 4 *ὑποληφθῆναι* L | 7 *ἡμῶν* LA : *ὑμῶν* G | 8 *τὰ πέρατα* G : terrae fines L | 9 *ἐν* > L | 14 *γίνεσθε* G, *γένεσθε* g : *ἐγένεσθε* LA | 15 *ᾄδετε* G | 17 *ἐπιγινώσκῃ* LA : *ἐπιγινώσκων* G | 19 *μετέχετε* G | 22 *ἐνκεκραμένους* G, coniunctos L, mixtos A : *ἀνακεκραμένους* g Lightf. | *οὕτως* GL : *αὐτῷ* Ag | 25 *τοῦ θεοῦ* > A

III, 1. *οὐ διατάσσομαι*] Cf. Trall. 3, 3; Rom. 4, 3. — *ὀνόματι*] sc. Christi. Eandem omissionem habes 7, 1; Philad. 10, 1; Act. 5, 41; III Ioann. 7; II Clem. 13, 1; Tert. De idol. c. 14. — *νῦν γὰρ κτλ.*] Ignatius semet ipsum discipulum et Ephesios condiscipulos appellat, quoniam Christus, doctor unicus (15, 1), utrorumque magister est. Voce *συνδιδασκαλίτης* praeter Ignatium nullus auctor uti videtur. — *ὑπαλειφθῆναι*]

III. Non praecipio vobis, quasi sim aliquis. Etiamsi enim vinctus sum propter nomen, nondum tamen perfectus sum in Iesu Christo. Nunc enim incipio discipulus esse et alloquor vos ut condiscipulos meos. Nam opportebat me a vobis confirmari fide, admonitione, patientia, aequanimitate. 2. At cum caritas non sinat me tacere de vobis, propterea anteverti vos admonere, ut uniamini in sententia dei. Etenim Iesus Christus, inseparabilis nostra vita, sententia patris est, ut et episcopi, per tractus terrae constituti, in sententia Iesu Christi sunt.

IV. Unde decet vos in episcopi sententiam concurrere, quod et facitis. Nam memorabile vestrum presbyterium, dignum deo, ita coaptatum est episcopo, ut chordae citharae. Propter hoc in consensu vestro et concordi caritate Iesus Christus canitur. 2. Sed et vos singuli chorus estote, ut consoni per concordiam, melos dei recipientes in unitate, cantetis voce una per Iesum Christum patri, quo et vos audiat et agnoscat ex iis, quae bene operamini, membra esse vos filii ipsius. Utile itaque est, in immaculata unitate vos esse, ut et semper participetis deo.

V. Si enim ego brevi temporis spatio talem consuetudinem contraxi cum episcopo vestro, quae non humana, sed spiritualis est; quanto vos beatiores iudico, qui ita estis coniuncti, sicuti ecclesia Iesu Christo et sicut Iesus Christus patri, ut omnia per unitatem consentiant? 2. Nemo erret: nisi quis intra altare sit, privatur pane dei. Si enim unius atque alterius precatio tantam vim habet, quanto magis illa, quae episcopi est et totius

i. e. ungi, excitari, instrui, ad certamen praeparari (Pearson).

2. *διὰ τοῦτο κτλ.*] Cf. Philem. 8—10. — *γνώμῃ*] et sententiam et voluntatem hic significat. — *τὸ ἀδ. ἡμῶν ζῆν*] i. e. vita, quae a nobis separari nequit. Cf. Magn. 15; Trall. 1, 1; Rom. et Philad. inscr. — *κ. τ. πέρατα*] i. e. in partibus extremis vel in orbe universo. Cf. Rom. 6, 1; Ps. 64, 9. Sensus est: episcopi, quamquam alii ab aliis valde remoti, omnes sententiam Christi habent.

IV, 1. *ὅπερ καὶ ποιεῖτε*] Similiter Trall. 2, 2; Sm. 4, 1; Polyc. 1, 2; 4, 1. — *ὡς χορδαὶ κ.*] Cf. Philad. 1, 2.

2. *χρῶμα*] Vocabulum musicum difficile ad definiendum. Lightfoot interpretatur: clavis notarum (*key-note*).

V, 1. *ἀνθρωπίνην*] i. e. *κατὰ σάρκα* i. e. qualem homines saeculo addicti exercent (Hefele).

2—3. Ioann. Dam. Sacra Parallela ed. Lequien II, 772; Holl, *Fragmente* p. 16 (— *ἀντιτάσσεται*). — *ἐντὸς τ. θυσιαστηρίου*] Cf. Trall. 7.

λον ἥ τε τοῦ ἐπισκόπου καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας; 3. ὁ οὖν μὴ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ αὐτό, οὗτος ἤδη ὑπερηφανεῖ καὶ ἑαυτὸν διέκρινεν. γέγραπται γάρ· *Ὑπερηφάνοις ὁ θεὸς ἀντιτάσσεται.* σπουδάσωμεν οὖν μὴ ἀντιτάσσεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ὦμεν θεῷ ὑποτασσόμενοι.

VI. Καὶ ὅσον βλέπει τις σιγῶντα ἐπίσκοπον, πλειόνως αὐτὸν φοβείσθω· πάντα γάρ, ὃν πέμπει ὁ οἰκοδεσπότης εἰς ἰδίαν οἰκονομίαν, οὕτως δεῖ ἡμᾶς αὐτὸν δέχεσθαι, ὡς αὐτὸν τὸν πέμψαντα. τὸν οὖν ἐπίσκοπον δῆλον ὅτι ὡς αὐτὸν τὸν κύριον δεῖ προσβλέπειν. 2. αὐτὸς μὲν οὖν Ὀνήσιμος ὑπερεπαινεῖ ὑμῶν τὴν ἐν θεῷ εὐταξίαν, ὅτι πάντες κατὰ ἀλήθειαν ζῆτε καὶ ὅτι ἐν ὑμῖν οὐδεμία αἵρεσις κατοικεῖ· ἀλλ' οὐδὲ ἀκούετέ τινος πλέον, εἴπερ Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλοῦντος ἐν ἀληθείᾳ.

VII. Εἰώθασιν γάρ τινες δόλῳ πονηρῷ τὸ ὄνομα περιφέρειν, ἄλλα τινὰ πράσσοντες ἀνάξια θεοῦ· οὓς δεῖ ὑμᾶς ὡς θηρία ἐκκλίνειν. εἰσὶν γὰρ κύνες λυσσῶντες, λαθροδῆκται· οὓς δεῖ ὑμᾶς φυλάσσεσθαι ὄντας δυσθεραπεύτους. 2. εἷς ἰατρός ἐστιν, σαρκικός τε καὶ πνευματικός, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν σαρκὶ γενόμενος θεός, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινή, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ θεοῦ, πρῶτον παθητὸς καὶ τότε ἀπαθής, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν.

VIII. Μὴ οὖν τις ὑμᾶς ἐξαπατάτω, ὥσπερ οὐδὲ ἐξαπατᾶσθε,

1 *τε* > L | 2 *οὕτως* L | 4 *θεοῦ* G Lightf. | 9 *δῆλον ὅτι* L : *δηλονότι* G | 9/10 *προβλέπειν* G | 12 *εἴπερ* G : *ἤπερ* L, *εἰ μὴ περὶ* A, *ἢ περὶ* Lightf. 18/19 *ἐν σαρκὶ γενόμενος* GL : *ἐν ἀνθρώπῳ* Ath Theod Gelas Sev Sf Lightf. | 19 *ἐν ἀθανάτῳ* GL | *ζωὴ ἀληθινὴ* Ath Theod Sev Sf, vita vera L : *ζωῇ ἀληθινῇ* G | 20 *Ἰησοῦς — ἡμῶν* A Theod Sev Sf : dominus Christus noster L, > G

3—VI, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 779; Holl, *Fragmente* p. 17. Anton. Melissa II serm. 3. Fragment. syr. Curet. Corp. Ign. 197, 232 (*σπουδάσωμεν κτλ.*)

VI, 1. Ioann. Dam. S. P. ed. Lequien II, 750 (*πάντα — πέμψαντα*). — *σιγῶντα*] i. e. non punientem auctoritatis suae contemptores. Cf. 15, 1; Philad. 1, 1. — *πάντα κτλ.*] Ignatius verba Evangelii: *Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος, .. ὃν κατέστησεν ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ* (Luc. 12, 42 cf. Matth. 24, 45) speciatim ad episcopos refert. Eodem modo dictum illud interpretatur Irenaeus Adv. haer. IV, 26, 5. — *οὕτως δεῖ κτλ.*] Cf. Ioann. 13, 20; Matth. 10, 40.

2. *εἴπερ Ἰησοῦ κτλ.*] Opponitur Christus re vera (*ἐν ἀληθείᾳ* = *ἀληθῶς* cf. 17, 2; Rom. 8, 2) loquens Christo, qui dicere ac docere aliquid dicitur a doctoribus haereticis. Con-

ecclesiae? 3. Qui igitur in conventum non venit, hic iam superbia elatus est et seipsum separavit atque iudicavit. Scriptum est enim: *Superbis deus resistit.* Studeamus igitur episcopo non resistere, ut simus subiecti deo.

VI. Et quamdiu quis episcopum tacentem videt, tanto magis eum revereatur; quemcumque enim paterfamilias mittit ad gubernandam familiam suam, hunc ita accipere debemus ut illum ipsum, qui mittit. Manifestum igitur est, quod episcopum respicere oporteat ut ipsum dominum. 2. Et ipse quidem Onesimus supra modum laudat vestrum decentem divinumque ordinem, quod omnes secundum veritatem vivatis et quod inter vos nullus sit haeresi locus; sed neque auditis aliquem amplius, si quidem Iesus Christus re vera ad vos loquitur.

VII. Solent enim nonnulli malo dolo nomen quidem circumferre, alia quaedam patrantes indigna deo; quos oportet vos ut feras evitare. Sunt enim canes rabidi, clam mordentes; quos a vobis vitari oportet ut morbo difficulter curabili laborantes. 2. Medicus autem unus est, et carnalis et spiritualis, genitus et ingenitus, in carne exsistens deus, in morte vita vera, et ex Maria et ex deo, primum passibilis et tunc impassibilis, Iesus Christus dominus noster.

VIII. Ne quis igitur vos seducat, sicut nec seducimini;

3 Prov. 3, 34; Iac. 4, 6; I Petr. 5, 5.

fidit Ign. Ephesios, si quidem Christum per apostolos, episcopos, doctores quoslibet pios loquentem audiant veramque eius loquelam perceperint (cf. 15, 2), alieni doctoris ne audiendi quidem, nedum recipiendi cupidos esse (Zahn).

VII, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 772; Holl, *Fragmente* p. 18. — ὄνομα] Cf. 3, 1. — ὡς θηρία] Cf. Smyrn. 4, 1; Eus. H. E. IV, 24, 2. — φυλάσσεσθαι κτλ.] i. e. haeretici cum vix corrigendi sint, relinquendi sunt uni et corporum et animarum medico Christo.

2. Athan. De synod. c. 47. Theodoret. Dialog. I ed. Migne IV, 83. Gelasius De duabus in Chr. naturis (Magna bibl. patr. Paris. 1654. IV. I, 423). Severus Antioch. Curet. 218, 249. Fragm. syr. Curet. ib. — γεννητὸς κ. ἀγένν.] Genitus ab Ignatio Christus vocatur, quatenus ex Maria virgine per virtutem et voluntatem Dei carnem sumpsit (Sm. 1, 1); ingenitus autem, quatenus Deus est et una cum patre ante saecula exsistit (Polyc. 3, 2). Similiter Tertullianus De carne Christi c. 5. Referente Hippolyto Refut. IX, 10 ed. Duncker p. 448 Noetiani etiam de Deo sic loquebantur.

ὅλοι ὄντες θεοῦ. ὅταν γὰρ μηδεμία ἔρις ἐνήρεισται ἐν ὑμῖν ἡ δυναμένη ὑμᾶς βασανίσαι, ἄρα κατὰ θεὸν ζῆτε. περίψημα ὑμῶν καὶ ἁγνίζομαι ὑμῶν Ἐφεσίων, ἐκκλησίας τῆς διαβοήτου τοῖς αἰῶσιν. 2. οἱ σαρκικοὶ τὰ πνευματικὰ πράσσειν οὐ δύνανται οὐδὲ οἱ πνευματικοὶ τὰ σαρκικά, ὥσπερ οὐδὲ ἡ πίστις τὰ τῆς ἀπιστίας οὐδὲ ἡ ἀπιστία τὰ τῆς πίστεως. ἃ δὲ καὶ κατὰ σάρκα πράσσετε, ταῦτα πνευματικά ἐστιν· ἐν Ἰησοῦ γὰρ Χριστῷ πάντα πράσσετε.

IX. Ἔγνων δὲ παροδεύσαντάς τινας ἐκεῖθεν, ἔχοντας κακὴν διδαχήν· οὓς οὐκ εἰάσατε σπεῖραι εἰς ὑμᾶς, βύσαντες τὰ ὦτα, εἰς τὸ μὴ παραδέξασθαι τὰ σπειρόμενα ὑπ' αὐτῶν, ὡς ὄντες λίθοι ναοῦ πατρός, ἡτοιμασμένοι εἰς οἰκοδομὴν θεοῦ πατρός, ἀναφερόμενοι εἰς τὰ ὕψη διὰ τῆς μηχανῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν σταυρός, σχοινίῳ χρώμενοι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ· ἡ δὲ πίστις ὑμῶν ἀναγωγεὺς ὑμῶν, ἡ δὲ ἀγάπη ὁδὸς ἡ ἀναφέρουσα εἰς θεόν. 2. ἐστὲ οὖν καὶ σύνοδοι πάντες, θεοφόροι καὶ ναοφόροι, χριστοφόροι, ἁγιοφόροι, κατὰ πάντα κεκοσμημένοι ἐν ταῖς ἐντολαῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ· οἷς καὶ ἀγαλλιώμενος ἠξιώθην δι' ὧν γράφω προσομιλῆσαι ὑμῖν καὶ συγχαρῆναι, ὅτι κατ' ἄλλον βίον οὐδὲν ἀγαπᾶτε εἰ μὴ μόνον τὸν θεόν.

X. Καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων δὲ ἀνθρώπων, *ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε*. ἔστιν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐλπὶς μετανοίας, ἵνα θεοῦ τύχωσιν.

1 *ἐνήρεισται* em: *ἐνείρισται* G, complexa est L, plantata est SA | 3 *ἁγνίζομαι* G: + a (*ὑπὸ* ?) L, pro A, *ὑπὲρ* Zahn, cf. Trall. 13, 3 | 6/7 *πράσσετε* GSA : *πράσσεται* L | 11 *πατρὸς ἡτοιμασμένοι* GLA (Ant): *προητοιμασμένοι* Lightf. | 15 *ναοφόροι* + *καὶ* L | 16 *ἐν ταῖς* gL Ant : *ἐν* Lightf., > G | 17 *ἀγαλλιώμενος* Lg : *ἀγαλλιῶμαι ὅτι* G | 18 *ἄλλον* GL(A) : *ἀνθρώπων* Lightf. | 20/21 *προσεύχεσθε* : *θεὸν πρ.* L | 21 *ἐν* GL : > SAg

VIII, 1. *περίψημα*] Cf. 18, 1; Barn. 4, 9. Non sordes vel purgamentum (I Cor. 4, 13), ut editores plerique hunc locum interpretati sunt, sed piaculum se declarat Ignatius. — *ἁγνίζομαι κτλ.*] Verbum sensum similem habet ac praecedens. Repetitur Trall. 13, 2, ubi iterum cum genetivo sine praepositione construitur.

2. Antioch. Monach. Hom. 112, PG 89, 1783 (— *σαρκικά*). Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 687; Holl, *Fragmente* p. 18 (— *πίστεως*). — *οἱ σαρκικοὶ κτλ.*] Cf. Matth. 7, 18; Ioann. 3, 6; Rom. 8, 5; I Cor. 2, 14—15. Nemesianus Tubuniensis postquam in concilio Carthaginiensi a. 256 Ioann. 3, 16 protulit, pergit: Ergo omnes haeretici et schismatici omnia quaecunque faciunt carnalia sunt (Cypr. opp. ed. Hartel I, 439). — *ἃ δὲ κτλ.*] Cf. Rom. 8, 28; I Cor. 10, 31.

IX. Substantiam capitis exhibet Antiochus Monachus Hom. 1, PG 89,

toti namque estis dei. Cum enim nulla lite implicemini, quae vos discruciare possit, profecto secundum deum vivitis. Peripsema vestri sum et immolòr pro vobis Ephesiis, ecclesia celeberrima in saeculis. 2. Carnales spiritualia exercere nequeunt neque spirituales carnalia, sicut nec fides, quae incredulitatis sunt, nec incredulitas, quae fidei. Quae vero et secundum carnem agitis, ea spiritualia sunt; in Iesu Christo enim omnia agitis.

IX. Cognovi autem nonnullos inde transiisse, habentes perversam doctrinam; quos non permisistis seminare inter vos, et obturastis aures, ne reciperetis, quae ab ipsis sunt disseminata, ut qui lapides sitis templi patris, praeparati in dei patris aedificium, sublati in alta per machinam Iesu Christi, quae est crux, spiritu sancto pro fune utentes; fides autem vestra vos sursum trahit, caritas vero via deducens ad deum. 2. Estis igitur et viae comites omnes, deiferi et templiferi, christiferi, sanctiferi, per omnia ornati in praeceptis Iesu Christi; propter quos exsultans dignus habitus sum, per ea, quae scribo, colloqui vobiscum et simul gaudere, quia ratione alterius vitae habita nihil diligitis praeter solum deum.

X. Sed et pro aliis hominibus *indesinenter orate*. Est enim ipsis spes paenitentiae, ut deum nanciscantur. Permittite

20 I Thess. 5, 17.

1431.

1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 785; Holl, *Fragmente* p. 18 (*ἡ δὲ πίστις κτλ.*). — *παροδεύσαντας*] sc. Ephesi. — *ἐκεῖθεν*] Cum haec vox in epistula Ephesiis missa aegre ad Ephesum referenda sit, concludendum est, haereticos ab alia urbe venisse, fortasse ex Philadelphia, per quam urbem Ignatius ipse transiit. Cf. Prolegom. c. 1. — *β. τ. ὦτα*] Cf. Trall. 9, 1. — *ἀναφερόμενοι κτλ.*] Cf. Hippolyt. De Chr. et Antichr. c. 59 (ed. Achelis 40, 5 sq.). Method. De cruce (Opp. Gretseri II, 403). Iren. Fragm. 28 (ed. Stieren I, 842).

2. *σύνοδοι* (= *συνοδῖται*) *κτλ.*] Ign. his verbis utens, ut Pearson (Annotat. p. 27) opinatur, pompas et processiones Ephesiorum gentilium prae oculis habuisse videtur. — *χριστοφόροι*] Cf. Magn. 12; II Cor. 4, 10. — *κατ' ἄλλον βίον*] i. e. secundum vitam christianam, quae alia est a vita naturali (Smith). Lectio, quam interpolator quoque habuisse videtur, difficilis quidem est, sed sensu non caret.

X, 1. *ἄλλων*] i. e. qui nondum sunt Christi discipuli. — *ἔστιν* — *μετανοίας*] Cf. Herm. Sim. VIII, 7, 2; 10, 2.

ἐπιτρέψατε οὖν αὐτοῖς κἂν ἐκ τῶν ἔργων ὑμῖν μαθητευθῆναι. 2. πρὸς τὰς ὀργὰς αὐτῶν ὑμεῖς πραεῖς, πρὸς τὰς μεγαλορημοσύνας αὐτῶν ὑμεῖς ταπεινόφρονες, πρὸς τὰς βλασφημίας αὐτῶν ὑμεῖς τὰς προσευχάς, πρὸς τὴν πλάνην αὐτῶν ὑμεῖς *ἑδραῖοι τῇ πίστει,* πρὸς τὸ ἄγριον αὐτῶν ὑμεῖς ἥμεροι, μὴ σπουδάζοντες ἀντιμιμήσασθαι αὐτούς. 3. ἀδελφοὶ αὐτῶν εὑρεθῶμεν τῇ ἐπιεικείᾳ· μιμηταὶ δὲ τοῦ κυρίου σπουδάζωμεν εἶναι, τίς πλέον ἀδικηθῇ, τίς ἀποστερηθῇ, τίς ἀθετηθῇ; ἵνα μὴ τοῦ διαβόλου βοτάνη τις εὑρεθῇ ἐν ὑμῖν, ἀλλ' ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ μένητε ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς.

XI. Ἔσχατοι καιροί. λοιπὸν αἰσχυνθῶμεν, φοβηθῶμεν τὴν μακροθυμίαν τοῦ θεοῦ, ἵνα μὴ ἡμῖν εἰς κρίμα γένηται. ἢ γὰρ τὴν μέλλουσαν ὀργὴν φοβηθῶμεν, ἢ τὴν ἐνεστῶσαν χάριν ἀγαπήσωμεν, ἓν τῶν δύο· μόνον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὑρεθῆναι εἰς τὸ ἀληθινὸν ζῆν. 2. χωρὶς τούτου μηδὲν ὑμῖν πρεπέτω, ἐν ᾧ τὰ δεσμὰ περιφέρω, τοὺς πνευματικοὺς μαργαρίτας, ἐν οἷς γένοιτό μοι ἀναστῆναι τῇ προσευχῇ ὑμῶν, ἧς γένοιτό μοι ἀεὶ μέτοχον εἶναι, ἵνα ἐν κλήρῳ Ἐφεσίων εὑρεθῶ τῶν Χριστιανῶν, οἳ καὶ τοῖς ἀποστόλοις πάντοτε συνῄνεσαν ἐν δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ.

XII. Οἶδα, τίς εἰμι καὶ τίσιν γράφω. ἐγὼ κατάκριτος, ὑμεῖς ἠλεημένοι· ἐγὼ ὑπὸ κίνδυνον, ὑμεῖς ἐστηριγμένοι. 2. πάροδός ἐστε τῶν εἰς θεὸν ἀναιρουμένων, Παύλου συμμύσται, τοῦ ἡγιασμένου, τοῦ μεμαρτυρημένου, ἀξιομακαρίστου, οὗ γένοιτό μοι ὑπὸ τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι, ὅταν θεοῦ ἐπιτύχω, ὃς ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ μνημονεύει ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

7 *ἀδικηθῇ κτλ.* G (-θεῖ) LS : *ἀδικηθεὶς κτλ.* Hefele | 9 *μένητε* L(A) : *μένετε* G | 11 *αἰσχυνθῶμεν* + *καὶ* L | 14 *ἓν τῶν δύο* GL : *ἐν τῷ νῦν βίῳ* g Dam (A ?) | *εὑρεθῆναι* Gg : *εὑρεθῶμεν* A Dam, *εὑρίσκεται* L | 15 *ᾧ* Lg : *τῷ* G | 18 *ἐν* Lg : *ἐνὶ* G | 19 *συνῄνεσαν* GL : *συνῆσαν* gA Zahn qui lectionem etiam in *Geschichte des neutest. Kanons* I, 807 n. 3 defendit

2—3. Antioch. Mon. Hom. 116, PG 89, 1794 (— *ἀδικηθῇ*). — *προσευχάς*] sc. *ἀντιτάξατε*, quod addit interpolator. — *ἑδραῖοι τ. π.*] Cf. Sm. 13, 2; Polyc. Phil. 10, 1. — *μὴ σπουδάζοντες κτλ.*] Smith et alii haec verba cum *ἀδελφοὶ κτλ.* in v. 3 coniunxerunt.

3. *τίς πλέον ἀδικηθῇ κτλ.*] Cf. I Cor. 6, 7—8. — *βοτάνη*] Cf. Philad. 3, 1; Trall. 6 (11, 1). — *σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς*] i. e. in substantia humana tota. Similiter Magn. 1, 2; 13, 1; Trall. inscr.; 12, 1; Rom. inscr.; Sm. 1, 1; 12, 2; 13, 2; Polyc. 1, 2; 5, 1.

XI, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 777; Holl, *Fragmente* p. 18. —

II, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 780; Holl p. 22. — *τέκνα κτλ.*] *Τέκνα φωτός* commemorantur Eph. 5, 9; *υἱοὶ φωτός* Luc. 16, 8; Ioann. 12, 36; I Thess. 5, 5; *φῶς καὶ ἀλήθεια* Ps. 42, 3; *φῶς ἀληθείας* alias nusquam occurrit et locutio Ignatio

τὰς κακοδιδασκαλίας· ὅπου δὲ ὁ ποιμήν ἐστιν, ἐκεῖ ὡς πρόβατα ἀκολουθεῖτε, 2. πολλοὶ γὰρ λύκοι ἀξιόπιστοι ἡδονῇ κακῇ αἰχμαλωτίζουσιν τοὺς θεοδρόμους· ἀλλ' ἐν τῇ ἑνότητι ὑμῶν οὐχ ἕξουσιν τόπον.

III. Ἀπέχεσθε τῶν κακῶν βοτανῶν, ἅστινας οὐ γεωργεῖ Ἰησοῦς Χριστός, διὰ τὸ μὴ εἶναι αὐτοὺς φυτείαν πατρός· οὐχ ὅτι παρ' ὑμῖν μερισμὸν εὗρον, ἀλλ' ἀποδιϋλισμόν. 2. ὅσοι γὰρ θεοῦ εἰσιν καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗτοι μετὰ τοῦ ἐπισκόπου εἰσίν· καὶ ὅσοι ἂν μετανοήσαντες ἔλθωσιν ἐπὶ τὴν ἑνότητα τῆς ἐκκλησίας, καὶ οὗτοι θεοῦ ἔσονται, ἵνα ὦσιν κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν ζῶντες. 3. *μὴ πλανᾶσθε*, ἀδελφοί μου· εἴ τις σχίζοντι ἀκολουθεῖ, *βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομεῖ*· εἴ τις ἐν ἀλλοτρίᾳ γνώμῃ περιπατεῖ, οὗτος τῷ πάθει οὐ συγκατατίθεται.

IV. Σπουδάσατε οὖν μιᾷ εὐχαριστίᾳ χρῆσθαι· μία γὰρ σὰρξ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἓν ποτήριον εἰς ἕνωσιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ, ἓν θυσιαστήριον, ὡς εἷς ἐπίσκοπος ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις, τοῖς συνδούλοις μου· ἵνα, ὃ ἐὰν πράσσητε, κατὰ θεὸν πράσσητε.

V. Ἀδελφοί μου, λίαν ἐκκέχυμαι ἀγαπῶν ὑμᾶς καὶ ὑπεραγαλλόμενος ἀσφαλίζομαι ὑμᾶς· οὐκ ἐγὼ δέ, ἀλλ' Ἰησοῦς Χριστός, ἐν ᾧ δεδεμένος φοβοῦμαι μᾶλλον, ὡς ἔτι ὢν ἀναπάρτιστος· ἀλλ' ἡ προσευχὴ ὑμῶν εἰς θεόν με ἀπαρτίσει, ἵνα ἐν ᾧ κλήρῳ

3/4 ἕξουσιν Gg : ἔχουσιν L(A) | 7 ἀποδιϋλισμὸν L : -σμένον G | 13 πάθει + Christi Sf A | 16 ὡς : et L | 21 ἀναπάριστος LAg : ἀνάρπαστος G | 22 εἰς θεὸν Gg : > L(A)

propria est. Lightfoot vocem φωτὸς interpolatam esse opinatur.

2. λύκοι] Cf. Matth. 7, 15. Act. 20, 29. — ἀξιόπιστοι] sunt et qui fide digni sunt (Prov. 27, 6; 28, 20) et qui tales videntur simulando aliisque artificiis fidem usurpantes. Suidas illam notionem antiquiorem vocat. Ign. vocem sensu malo adhibet. Similiter Epist. ad Diogn. 8, 2; Tatian. C. Graec. c. 2; Eus. H. E. V, 18, 5 etc. — αἰχμαλωτίζουσιν] Cf. II Tim. 3, 6. — θεοδρόμους] Cf. Polyc. 7, 2.

III, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 773; Holl p. 23 (— πατρός). — κ. βοτανῶν] sc. haereticorum. Cf. Eph. 10, 3; Trall. 6; Matth. 15, 13. — οὐχ ὅτι] Cf. Magn. 11; Trall. 8, 1. Ign. hoc loco et in capp. VI—VIII indicat, se non tantum Troade degentem per legatos ecclesiae Philadelphensium certiorem factum esse, quomodo res in illa se haberent, sed ipsum nuper Philadelphiam permeasse.

2—IV. Fragm. syr. Cur. 199, 233 (— αἵματος αὐτοῦ).

doctrinas; ubi autem pastor est, eodem ut oves sequamini. 2. Multi enim lupi, fide digni habiti, perniciosis voluptatibus eos capiunt, qui ad deum currunt; sed in vestra concordia non habebunt locum.

III. Abstinete ab herbis noxiis, quas Iesus Christus non colit, quia non sunt plantatio patris: non quod apud vos divisionem invenerim, sed puritatem. 2. Quotquot enim dei et Iesu Christi sunt, hi sunt cum episcopo; et quotquot paenitentia ducti redierint ad unitatem ecclesiae, et hi dei erunt, ut secundum Iesum Christum vivant. 3. *Ne erretis*, fratres mei: si quis schisma facientem sectatur, *regni divini hereditatem non consequitur;* si quis ambulat in aliena doctrina, cum passione non communicat.

IV. Studeatis igitur una eucharistia uti; una enim est caro domini nostri Iesu Christi et unus calix in unitatem sanguinis ipsius, unum altare, sicut unus episcopus cum presbyterio et diaconis, conservis meis; ut, quod faciatis, secundum deum faciatis.

V. Fratres mei, valde effusus sum in amorem vestri et valde laetatus roboro vos; non ego vero, sed Iesus Christus, cuius gratia vinctus plus timeo, quia nondum sum perfectus; sed oratio vestra ad deum me perficiet, ut sorte per misericordiam mihi assignata potiar, confugiens ad evangelium tanquam ad

6 Matth. 15, 13. — 11 I Cor. 6, 9. 10.

3. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 773; Holl p. 23. Fragm. syr. Cur. 218, 249 (— *κληρονομεῖ*). — *ἀλλοτρίᾳ*] i. e. aliena a fide ecclesiae. — *συγκατατίθεται*] Verbum denotat non solum *assentiri*, sed etiam, ut Lightfoot recte animadvertit, *partem habere* vel *communicare.* II Cor. 6, 15—16 *συμφώνησις, μερὶς* et *συγκατάθεσις* tanquam synonyma usurpantur. Cf. Exod. 23, 1. 32; Dan. 1, 20; Luc. 23, 51.

IV. *μιᾷ εὐχαριστίᾳ*] Cf. Eph. 20, 2: *ἕνα ἄρτον κλῶντες*. Unitatem ecclesiae in unitate sacrae mensae se manifestare oportet. *Εὐχαριστία* cena Domini etiam a s. Iustino Apol. I, 66 nominatur. — *μία γὰρ σάρξ*] Cf. I Cor. 10, 16. 17. — *ἓν θυσιαστήριον*] Cum Irenaeus Adv. haer. IV, 18, 6, de eucharistia agens, de altari spiritualiter loquatur, Lightfoot Ignatium similiter intellegendum esse censet. Equidem non video, cur pater de eucharistia vel cena Domini atque de altari dicens non etiam tabulam cenae in mente habuerit.

ἠλεήθην ἐπιτύχω, προσφυγὼν τῷ εὐαγγελίῳ ὡς σαρκὶ Ἰησοῦ καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὡς πρεσβυτερίῳ ἐκκλησίας. 2. καὶ τοὺς προφήτας δὲ ἀγαπῶμεν, διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς εἰς τὸ εὐαγγέλιον κατηγγελκέναι καὶ εἰς αὐτὸν ἐλπίζειν καὶ αὐτὸν ἀναμένειν, ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσώθησαν, ἐν ἑνότητι Ἰησοῦ Χριστοῦ ὄντες, ἀξιαγάπητοι καὶ ἀξιοθαύμαστοι ἅγιοι, ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ μεμαρτυρημένοι καὶ συνηριθμημένοι ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τῆς κοινῆς ἐλπίδος.

VI. Ἐὰν δέ τις Ἰουδαϊσμὸν ἑρμηνεύῃ ὑμῖν, μὴ ἀκούετε αὐτοῦ. ἄμεινον γάρ ἐστιν παρὰ ἀνδρὸς περιτομὴν ἔχοντος Χριστιανισμὸν ἀκούειν, ἢ παρὰ ἀκροβύστου Ἰουδαϊσμόν. ἐὰν δὲ ἀμφότεροι περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ μὴ λαλῶσιν, οὗτοι ἐμοὶ στῆλαί εἰσιν καὶ τάφοι νεκρῶν, ἐφ' οἷς γέγραπται μόνον ὀνόματα ἀνθρώπων. 2. φεύγετε οὖν τὰς κακοτεχνίας καὶ ἐνέδρας τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου, μήποτε θλιβέντες τῇ γνώμῃ αὐτοῦ ἐξασθενήσετε ἐν τῇ ἀγάπῃ· ἀλλὰ πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε ἐν ἀμερίστῳ καρδίᾳ. 3. εὐχαριστῶ δὲ τῷ θεῷ μου, ὅτι εὐσυνείδητός εἰμι ἐν ὑμῖν καὶ οὐκ ἔχει τις καυχήσασθαι οὔτε λάθρα οὔτε φανερῶς, ὅτι ἐβάρησά τινα ἐν μικρῷ ἢ ἐν μεγάλῳ. καὶ πᾶσι δέ, ἐν οἷς ἐλάλησα, εὔχομαι, ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον αὐτὸ κτήσωνται.

VII. Εἰ γὰρ καὶ κατὰ σάρκα μέ τινες ἠθέλησαν πλανῆσαι,

3 *ἀγαπῶμεν* GL : *ἀγαπῶ* Ag | 8 *τις* > L | *ὑμῖν* LA : *ἡμῖν* G | 15 *ἀλλὰ* GAg : + *καὶ* L | 18 *δὲ* GL : > Ag

V, 1. *εὐαγγελίῳ κτλ.*] Hunc locum alii aliter interpretati sunt. Quaeritur praecipue, quid sit *εὐαγγέλιον*, utrum evangelia scripta vel prima pars Novi Testamenti, cuius pars altera *ἀπόστολοι* vel epistulae apostolorum, an summa doctrinae christianae sive scriptae sive ore pronuntiatae, atque apostoli et prophetae ii, qui eam praedicarunt et litteris mandarunt. Hanc interpretationem illi praeferendam esse contextus docet. Recte enim Zahn: Cum prophetas et ipsos (*καὶ αὐτούς*) evangelium annuntiasse dicat Ign., primarios evangelii praecones esse apostolos ante dictos asserit, quod dixisse sibi videri non potuisset, si eosdem tanquam epistularum scriptores evangeliorum libris adiecisset. Itaque evangelio ab apostolis praedicato, ab ecclesia fide recepto, libris quoque variis concepto apostolos adiungit, qui evangelii praeconio non fundarunt tantum ecclesiam, sed etiam nunc tanquam presbyteri universae ecclesiae praesunt (cf. Magn. 6. Trall. 2. 3), docentes discere cupientes, respondentes consulentibus ipsos, praecipientes, quaecumque ad disciplinam pertinent: quae omnia ab apostolis assidue fieri non posse li-

corporaliter praesentem Christum, et ad apostolos tanquam ad praesens ecclesiae presbyterium. 2. Sed et prophetas diligamus, quia et ipsi evangelium annuntiaverint et in Christum speraverint et ipsum exspectaverint, per quem et credentes salutem consecuti sunt, Iesu Christo uniti, sancti amore et admiratione digni, a Iesu Christo testimonium adepti et connumerati in evangelio spei communis.

VI. Si quis autem vobis Iudaismum praedicet, ne audiatis eum. Melius est enim, a viro circumciso Christianismum audire, quam ab habente praeputium Iudaismum. Si autem utrique de Iesu Christo non loquantur, isti mihi columnae sepulcrales sunt et mortuorum monumenta, quibus hominum nomina dumtaxat inscripta sunt. 2. Fugite igitur malas artes et insidias principis saeculi huius, ne quando prudentia eius oppressi in caritate langueatis. Sed omnes uniti sitis indivulso corde. 3. Gratias autem ago deo meo, quod quoad vos bona gaudeam conscientia nec possit quisquam gloriari vel secreto vel palam, a me quemquam gravatum esse aut in parvo aut in magno. Et omnibus, ad quos locutus sum, opto, ne in testimonium id cedat contra ipsos.

VII. Quamquam enim nonnulli secundum carnem me de-

quet, nisi libri exstent in ecclesia, quibus apostolorum et praedicatio evangelica et doctrina praeceptaque contineantur. Cf. quae de apostolis ecclesiae regibus habet Origenes Hom. XII in Num. c. 2 (ed. Bened. II, 313 sq.). — ὡς σαρκὶ Ἰησοῦ] Hieron. ad Ps. 147 (ed. Morin, Anecd. Maredsol. III, II, 301): Ego corpus Iesu evangelium puto, sanctas scripturas puto doctrinam eius.

2. εἰς τὸ εὐαγγέλιον κατηγγ.] Cf. 9, 2; Barn. 5, 6. — ἐν ἑνότητι Ἰ. Χρ.] Haec verba nonnulli editores cum praecedentibus construunt.

VI, 1. ἀκροβύστου] i. e. Christiani e gentilibus iudaizantis. Zahn (*Ignatius v. A.* p. 368—371) vocem de haereticis e Iudaismo profectis interpretatur. — στῆλαι κτλ.] Explicanda haec sunt e veterum philosophorum consuetudine, cuius mentionem fecit Clemens Strom. V, 9, 58 p. 680: φασὶ γοῦν Ἵππαρχον . . . ἐξελαθῆναι τῆς διατριβῆς καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι οἷα νεκρῷ. διὸ καὶ ἐν τῇ βαρβάρῳ φιλοσοφίᾳ νεκροὺς καλοῦσι τοὺς ἐκπεσόντας τῶν δογμάτων. Didym. Al. (Mai, Nov. Bibl. IV, II, 145): οἱ τὰ κενοτάφια οἰκοδομοῦντες τοῖς ἀποφοιτήσασι φιλοσοφίας (Zahn).

3. ἐβάρησα] Cf. II Cor. 11, 9; 12, 13. 16; I Thess. 2, 7; I Tim. 5, 16. — αὐτό] sc. ὃ ἐλάλησα ἐν αὐτοῖς. Cf. Trall. 12, 3.

VII. Fragm. syr. Cureton 199, 233 (ἐκραύγασα — μηδὲν ποιεῖτε).

ἀλλὰ τὸ πνεῦμα οὐ πλανᾶται ἀπὸ θεοῦ ὄν. *Οἶδεν γάρ, πόθεν ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει.* ἐκραύγασα μεταξὺ ὢν, ἐλάλουν μεγάλῃ φωνῇ, θεοῦ φωνῇ· Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις. 2. οἱ δὲ ὑποπτεύσαντές με ὡς προειδότα τὸν μερισμόν τινων λέγειν ταῦτα· μάρτυς δέ μοι, ἐν ᾧ δέδεμαι, ὅτι ἀπὸ σαρκὸς ἀνθρωπίνης οὐκ ἔγνων. τὸ δὲ πνεῦμα ἐκήρυσσεν λέγον τάδε· Χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε, τὴν σάρκα ὑμῶν ὡς ναὸν θεοῦ τηρεῖτε, τὴν ἕνωσιν ἀγαπᾶτε, τοὺς μερισμοὺς φεύγετε, μιμηταὶ γίνεσθε Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

VIII. Ἐγὼ μὲν οὖν τὸ ἴδιον ἐποίουν ὡς ἄνθρωπος εἰς ἕνωσιν κατηρτισμένος. οὗ δὲ μερισμός ἐστιν καὶ ὀργή, θεὸς οὐ κατοικεῖ. πᾶσιν οὖν μετανοοῦσιν ἀφίει ὁ κύριος, ἐὰν μετανοήσωσιν εἰς ἑνότητα θεοῦ καὶ συνέδριον τοῦ ἐπισκόπου. πιστεύω τῇ χάριτι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς λύσει ἀφ' ὑμῶν πάντα δεσμόν. 2. παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς μηδὲν κατ' ἐρίθειαν πράσσειν, ἀλλὰ κατὰ χριστομαθίαν. ἐπεὶ ἤκουσά τινων λεγόντων, ὅτι, ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἀρχείοις εὕρω, ἐν τῷ

3 *ὢν* GL Sf A : *ὧν* g Zahn | *θεοῦ φωνῇ* > G | 4 *οἱ δὲ* GL (Sf A) : *εἰ δὲ* g Zahn | *ὑποπτεύσαντες* L (Sf A) : *πτέσαντες* G, *ὑποπτεύετε* g, *ὑπώπτευσάν τινες* Zahn | 5 *ὡς προειδότα* GL(g) : *ὥσπερ εἰδότα* Sf A (?) Zahn | 7 *λέγον* g Ant : *λέγων* G | 8 *τηρεῖτε* g Dam : *τηρῆτε* G | 16 *πράσσειν* GL : *πράσσετε* Ag | 17 *ἀρχείοις* g : *ἀρχαίοις* GL, scripturis antiquis (prioribus) A

1. *τὰ κρυπτὰ ἐλ.*] Cf. I Cor. 2, 10; 14, 25; Eph. 5, 12. 13.

2. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 780; Holl p. 23 (*μάρτυς κτλ.*) Antiochus Mon. H. 124, PG 89, 1819 (*μάρτυς — ποιεῖτε*). — *οἱ δὲ ὑποπτεύσαντες κτλ.*] Anacoluthon. — *τὴν σάρκα κτλ.*] Similiter II Clem. 9, 3.

VIII, 1. *συνέδριον*] Vox hic sensu ampliore usurpata esse et non tam consessum quam consensum vel communionem denotare videtur. Lightfoot conferens Constit. apost. II, 28 vertit: concilium episcopi, et interpretatur: episcopus cum concilio presbyterorum tanquam assessorum. — *πιστεύω*] sc. quod ad vos adtinet.

2. *κατ' ἐρίθειαν*] Cf. Philipp. 2, 3. — *ἀρχείοις*] Qui cum testibus G et L legunt *ἀρχαίοις*, statuunt, haereticos illos, quibuscum Ign. ubi et quando nescimus disputaverit, ad Vetus Testamentum seu ad vetera vaticinia provocasse negantes, Christi adventum et passionem in his libris praenuntiatum esse. Sed haec lectio vix genuina est. Concedunt quidem fere omnes, codicem (G) et versionem latinam in aliquo loco falsam lectionem exhibere. Sed non vox posterior (*ἀρχεῖα*), quae bis legitur, secundum priorem (*ἀρχαῖα*) corrigenda est, sed haec secundum

cipere voluerunt, spiritus tamen non decipitur a deo ortus. *Novit* enim, ***unde veniat et quo vadat,*** et secreta coarguit. Clamavi, cum praesens essem, loquebar magna voce, dei voce: Episcopo oboedite et presbyterio et diaconis. 2. Isti autem suspicati sunt, me ut praescium schismatis quorundam haec dixisse; testis vero mihi is est, pro quo vinctus sum, quod a carne humana id non cognoverim. Sed spiritus annuntiavit dicens haec: Sine episcopo nihil facite, carnem vestram ut dei templum custodite, unionem amate, dissidia fugite, imitatores este Iesu Christi, sicut et ipse patris sui.

VIII. Ego itaque, quod meum erat, feci ut homo ad unionem destinatus. Ubi autem divisio est et ira, ibi deus non habitat. Omnibus igitur paenitentibus remittit deus, si se convertant ad unionem cum deo et ad communionem cum episcopo. Credo gratiae Iesu Christi, qui solvet a vobis omne vinculum. 2. Obsecro autem vos, ut nihil contentiose agatis, sed iuxta Christi doctrinam. Cum audirem quosdam dicentes: Nisi in-

1 Ioann. 3, 8.

illam. Neque enim solum verisimilius est, lectionem rectam in uno tantum loco excidisse quam in duobus, sed interpolator ter habet vocem *ἀρχεῖα* et versio armeniaca huic lectioni favet. Accedit, quod Vetus Testamentum a Graecis non *ἀρχαία διαθήκη,* ut patroni alterius lectionis statuunt, se potius *παλαιὰ διαθ.* nominabatur. Cf. Magn. 9, 1, (10, 2); II Cor. 3, 14; Hebr. 8, 13; Melito Sard. ap. Eus. H. E. IV, 26, 16. Vox *ἀρχεῖα* autem non solum *χαρτοφυλάκια* seu locum significat, *ἔνθα αἱ δημόσιαι χάρται ἀπόκεινται* (Suidas), sed etiam documenta vel monumenta litteris conscripta (Cf. Dionys. Halic. Antiq. II, 26; Euseb. H. E. I, 7, 13). Quae autem documenta fuerint, ad quae haeretici provocabant, inde maxime dependet, quomodo verba *ἐν τῷ εὐαγγελίῳ* construantur. Lightfoot ea cum verbis *οὐ πιστεύω* coniungens *τὰ ἀρχεῖα* esse Vetus Testamentum, et locum interpretatur: nisi invenero (argumentum vel controversiam) in archivis, non credo (quoniam apparet) in Evangelio, i. e. nisi e Vetere Testamento probaveris, non credo, quamquam Evangelio traditur. Parallelismo versus quidem illa constructio posci, interpretatio autem nimis coacta esse videtur. Rectius Zahn vocem *εὐαγγέλιον* explicationem vocis *ἀρχεῖα* esse iudicavit. Itaque sensus totius loci hic est: haeretici, quibuscum Ignatius disputavit, petebant argumenta e documentis, ex Evangelio desumpta, cumque Ign. responderet, talia documenta exstare, illi obiciebant, hoc quaeri vel esse demonstrandum; id enim agi, num scriptum esset in Evangelio vel quis esset sensus scrip-

εὐαγγελίῳ, οὐ πιστεύω· καὶ λέγοντός μου αὐτοῖς, ὅτι γέγραπται, ἀπεκρίθησάν μοι, ὅτι πρόκειται. ἐμοὶ δὲ ἀρχεῖά ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός, τὰ ἄθικτα ἀρχεῖα ὁ σταυρὸς αὐτοῦ καὶ ὁ θάνατος καὶ ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ, ἐν οἷς θέλω ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν δικαιωθῆναι.

IX. Καλοὶ καὶ οἱ ἱερεῖς, κρεῖσσον δὲ ὁ ἀρχιερεὺς ὁ πεπιστευμένος τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ὃς μόνος πεπίστευται τὰ κρυπτὰ τοῦ θεοῦ· αὐτὸς ὢν θύρα τοῦ πατρός, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ οἱ προφῆται καὶ οἱ ἀπόστολοι καὶ ἡ ἐκκλησία. πάντα ταῦτα εἰς ἑνότητα θεοῦ. 2. ἐξαίρετον δέ τι ἔχει τὸ εὐαγγέλιον, τὴν παρουσίαν τοῦ σωτῆρος, κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ πάθος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνάστασιν. οἱ γὰρ ἀγαπητοὶ προφῆται κατήγγειλαν εἰς αὐτόν· τὸ δὲ εὐαγγέλιον ἀπάρτισμά ἐστιν ἀφθαρσίας. πάντα ὁμοῦ καλά ἐστιν, ἐὰν ἐν ἀγάπῃ πιστεύητε.

X. Ἐπειδὴ κατὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν καὶ κατὰ τὰ σπλάγχνα, ἃ ἔχετε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἀπηγγέλη μοι, εἰρηνεύειν τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, πρέπον ἐστὶν ὑμῖν ὡς ἐκκλησίᾳ θεοῦ, χειροτονῆσαι διάκονον εἰς τὸ πρεσβεῦσαι ἐκεῖ θεοῦ πρεσβείαν, εἰς τὸ συγχαρῆναι αὐτοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενομένοις καὶ δοξάσαι τὸ ὄνομα. 2. μακάριος ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὃς καταξιωθήσεται τῆς τοιαύτης διακονίας, καὶ ὑμεῖς δοξασθήσεσθε. θέλουσιν δὲ ὑμῖν οὐκ ἔστιν ἀδύνατον ὑπὲρ ὀνόματος θεοῦ, ὡς καὶ αἱ ἔγγιστα ἐκκλησίαι ἔπεμψαν ἐπισκόπους, αἱ δὲ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους.

XI. Περὶ δὲ Φίλωνος τοῦ διακόνου ἀπὸ Κιλικίας, ἀνδρὸς

2 *ἀρχεῖα* G g : principium L, scriptura prior A | 3 *ἄθηκτα* G *ἀρχεῖα* G : principia L, *ἀρχεῖον* g, > A | 6 *κρεῖσσον* GL : *κρείσσων* g | 11 *σωτῆρος* LAg : > G | 21 *ὄνομα* GL : + *τοῦ κυρίου* Sf A (g) | *Ἰησοῦ Χρ.* GL Sf : *Χρ. Ἰησοῦ* Ag

turae. Cf. Zahn ad h. l.; *Geschichte des neutest. Kanons* II, 945—948.

IX, 1. *ἱερεῖς*] nec sunt presbyteri ecclesiae (Cot.) nec Christiani Philadelphenses (Rothe), sed sacerdotes iudaici vel vetus oeconomia, quibus opponitur *ὁ ἀρχιερεύς*, i. e. Christus vel novum foedus. — *κρεῖσσον*] Cf. Matth. 12, 41. 42; Prov. 20, 6. 23. — *ἀρχιερεύς*] Cf. I Clem. 36, 1. — *θύρα*] Cf. Ioann. 10, 7. 9; I Clem. 48, 4; Herm. Sim. IX, 2. 12. Zahn (*Ignatius* p. 618 sq.) contendit, Ignatium, quae hoc loco docet, ex Herm. Sim. IX, 12—16 didicisse (?). — *πάντα κτλ.*] i. e. scopus tum pro-

venero in archivis, hoc est in evangelio, non credo, et dicente me ipsis, quod scriptum est, responderunt mihi, hoc quaeri. Mihi vero archiva Iesus Christus, illibata archiva crux eius et mors et resurrectio eius et fides, quae est per ipsum, quibus iustificari volo per preces vestras.

IX. Boni quidem sunt sacerdotes, praestantior autem est summus pontifex, cui credita sunt sancta sanctorum, cui soli secreta dei sunt tradita; qui ipse est ianua patris, per quam ingrediuntur Abraham et Isaac et Iacob et prophetae et apostoli et ecclesia. Omnia haec ad unionem cum deo. 2. Eximium autem quidquam habet evangelium, nimirum adventum salvatoris, domini nostri Iesu Christi, passionem ipsius ac resurrectionem. Dilecti namque prophetae annuntiaverunt eum; evangelium vero est perfectio vitae aeternae. Omnia simul bona sunt, modo in caritate credatis.

X. Cum mihi nuntiatum sit, per orationem vestram et commiserationem, qua movemini in Christo Iesu, ecclesiam Antiochenam in Syria pacem obtinuisse, decet vos ut dei ecclesiam, eligere diaconum, qui obeat ibi legationem dei, qui cum illis in unum congregatis simul gaudeat et glorificet nomen. 2. Beatus ille in Iesu Christo, qui dignus habitus fuerit eiusmodi ministerio, et vos quoque glorificabimini. Volentibus autem vobis hoc non est impossibile pro nomine dei, ut et quaedam proximae ecclesiae miserunt episcopos, aliae presbyteros et diaconos.

XI. Quod autem Philonem Cilicem diaconum attinet, virum

phetarum, tum apostolorum etc. idem est, nempe unio humani generis cum Deo (Hefele).

2. *εὐαγγέλιον ἀπ. ἀφθαρσίας*] i. e. evangelium perfecit opus immortalitatis, quod lex et prophetae inceperunt. Zahn contulit Orig. Hom. I in Lev. c. 4 (ed. Bened. II, 187): qui novit ostendere, quae fuerint legis principia, qui etiam in prophetis profectus accesserit, quae vero in evangeliis plenitudo perfectionis habeatur. — *πάντα*] i. e. V. et N. T.

X. Fragm. syr. Curet. 199, 234.

1. *τὰ σπλάγχνα — Ἰησοῦ*] Cf. Philipp. 1, 8. — *ἀπηγγέλη*] haud dubie per Agathopodem Antiochenum et Philonem Cilicem, quorum mentio fit 11, 1. — *συγχαρῆναι αὐτοῖς*] Cf. Smyrn. 11, 2; Polyc. 8, 2. Ign. vult, ut Antiocheni omnes ecclesias de pace ipsis reddita laetari cognoscant. — *ὄνομα*] Cf. Eph. 3, 1.

2. *αἱ δέ*] i. e. aliae, sc. ac verbis praecedentibus nominatae, ut videtur.

μεμαρτυρημένου, ὃς καὶ νῦν ἐν λόγῳ θεοῦ ὑπηρετεῖ μοι ἅμα Ῥέῳ Ἀγαθόποδι, ἀνδρὶ ἐκλεκτῷ, ὃς ἀπὸ Συρίας μοι ἀκολουθεῖ ἀποταξάμενος τῷ βίῳ, οἳ καὶ μαρτυροῦσιν ὑμῖν, κἀγὼ τῷ θεῷ εὐχαριστῶ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι ἐδέξασθε αὐτούς, ὡς καὶ ὑμᾶς ὁ κύριος. οἱ δὲ ἀτιμάσαντες αὐτοὺς λυτρωθείησαν ἐν τῇ χάριτι τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. 2. ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούρρου πεμφθέντος ἅμα ἐμοὶ ἀπὸ Ἐφεσίων καὶ Σμυρναίων εἰς λόγον τιμῆς. τιμήσει αὐτοὺς ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστός, εἰς ὃν ἐλπίζουσιν σαρκί, ψυχῇ, πνεύματι, πίστει, ἀγάπῃ, ὁμονοίᾳ. ἔρρωσθε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ θεοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἠγαπημένου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἠλεημένῃ ἐν παντὶ χαρίσματι, πεπληρωμένῃ ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἀνυστερήτῳ οὔσῃ παντὸς χαρίσματος, θεοπρεπεστάτῃ καὶ ἁγιοφόρῳ, τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας, ἐν ἀμώμῳ πνεύματι καὶ λόγῳ θεοῦ πλεῖστα χαίρειν.

I. Δοξάζω Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν θεὸν τὸν οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὥσπερ καθηλωμένους ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ σαρκί τε καὶ πνεύματι καὶ ἡδρασμένους ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι

1 *Ῥέῳ* GLA : *Γαυΐῳ καὶ* g, Gaio et l, *Ῥαίῳ* em Lightf., + *ἀδελφῷ καὶ* A | 1/2 *Ῥέῳ Ἀγαθόποδι* L : *Ῥέω· Ἀγ.* G | 6 *ἀδελφῶν* : *πολλῶν* L | 7 *Βούργου* g, *Βούρδου* A | 9 *ἐλπίζουσιν* Gg : *-ωσιν* L, > A | *πνεύματι* Lg(A) : > G | 11 *Ἰγν. Σμ.* L : *Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἐπιστ Σμυρναίοις* G | 18 *δοξάζω* LAC g Sev : *δοξάζων* G Zahn | *οὕτως* > L | 20 *κυρίου* + *ἡμῶν* L g

XI, 1. *ἐν λόγῳ θεοῦ*] Respiciens Sm. 10, 1: *εἰς λόγον θεοῦ* (cf. Philipp. 4, 17) Zahn interpretatur: Dei causa. Quaeritur autem, num Ignatius illa verba eodem sensu usurpaverit quo haec. — *Ῥέῳ Ἀγ.*] Unius hominis utrumque nomen esse e contextu patet. Cf. Sm. 10, 1. An idem fuerit ac ille Agathopus, ad quem Valentinus haereticus scripsit (Clem. Strom. III, 7, 59 p. 538), quaeritur.

2. *Βούρρου*] Cf. Eph. 2, 1; Sm. 12, 1. — *εἰς λόγον τ.*] Cf. Philipp.

laudatum, qui et nunc in sermone dei mihi ministrat una cum Rheo Agathopode, viro electo, qui a Syria me comitatur vitae renuntians, qui et vobis bonum testimonium perhibent: et ego deo gratias ago pro vobis, quia illos suscepistis, sicut et vos dominus. Iis vero, qui illos ignominia affecerunt, condonet gratia Christi. 2. Salutat vos caritas fratrum in Troade, unde et scribo vobis per Burrhum, qui missus est mecum ab Ephesiis et Smyrnaeis honoris causa. Honorabit eos dominus Iesus Christus, in quem sperant carne, anima, spiritu, fide, caritate, concordia. Valete in Christo Iesu, communi spe nostra.

SMYRNAEIS IGNATIUS.

Ignatius, qui et Theophorus, ecclesiae dei patris et dilecti Iesu Christi, omne donum per misericordiam consecutae, repletae fide et caritate, nulla gratia destitutae, deo dilectissimae et sanctiferae, quae est Smyrnae in Asia, in immaculato spiritu et in verbo dei plurimam salutem.

I. Glorifico Iesum Christum deum, qui vos adeo sapientes reddidit; observavi enim, perfectos vos esse in fide immobili, ut clavis affixos cruci domini Iesu Christi quoad carnem et animam et stabilitos in caritate per sanguinem Christi, plena fir-

4, 15 (*εἰς λ. δόσεως καὶ λήψεως*).

Inscr. *ἀνυστερήτῳ κτλ.*] Cf. I Cor. 1, 7. — *θεοπρεπεστάτῃ*] Cf. c. 11 et 12. — *ἁγιοφόρῳ*] Pearson interpretatur: ferax sanctorum hominum. Ignatius vocabulum iam Eph. 9, 2 usurpavit una cum *θεοφόρος, χριστοφόρος, ναοφόρος,* et hunc locum respiciens explicaveris: sancta ferens, meditans ac perficiens. — *ἐν ἀμώμῳ κτλ.*] Recte Zahn hic non spiritum sanctum et Christum intellegit, sed animos vitiis vacantes ideoque hilares et verbum divinum tamquam verum gaudii fontem. Cf. Ps. 18, 8. 9. 11.

I—II. Severus Antioch. Curet. 214, 246 (— *ἀνέστησεν ἑαυτόν*).

I. Theodoret. Dial. I ed. Migne IV, 82 (*πεπληροφορημένους — ἐν σαρκί*).

1. *καθηλωμένους*] Cf. Clem. Paedag. III, 12, 85 p. 303: *ὅρον ἔχομεν τὸν σταυρὸν τοῦ κυρίου, ᾧ περισταυρούμεθα καὶ περιθριγγούμεθα τῶν προτέρων ἁμαρτιῶν. ἀναγεννηθέντες τοίνυν προσηλωθῶμεν ἐν τῇ ἀληθείᾳ.* — *σαρκὶ κτλ.*] Cf. Eph. 10, 3. —

Χριστοῦ, πεπληροφορημένους εἰς τὸν κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα *ἐκ γένους Δαυὶδ κατὰ σάρκα*, υἱὸν θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν θεοῦ, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα *πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ᾽ αὐτοῦ*· 2. ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκί, ἀφ᾽ οὗ καρποῦ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ θεομακαρίστου αὐτοῦ πάθους, ἵνα *ἄρῃ σύσσημον* εἰς τοὺς αἰῶνας διὰ τῆς ἀναστάσεως εἰς τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ, εἴτε ἐν Ἰουδαίοις εἴτε ἐν ἔθνεσιν, ἐν ἑνὶ σώματι τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.

II. Ταῦτα γὰρ πάντα ἔπαθεν δι᾽ ἡμᾶς, ἵνα σωθῶμεν· καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστησεν ἑαυτόν, οὐχ ὥσπερ ἄπιστοί τινες λέγουσιν, τὸ δοκεῖν αὐτὸν πεπονθέναι, αὐτοὶ τὸ δοκεῖν ὄντες· καὶ καθὼς φρονοῦσιν, καὶ συμβήσεται αὐτοῖς, οὖσιν ἀσωμάτοις καὶ δαιμονικοῖς.

III. Ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα καὶ πιστεύω ὄντα. 2. καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· *Λάβετε, ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον.* καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο καὶ ἐπίστευσαν, κραθέντες τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι. διὰ τοῦτο καὶ θα-

1 *ἡμῶν* GC Theod Sev : + *Ἰησοῦν Χριστὸν* LA g | 2 *θέλημα* : *θεότητα* Theod, *φύσιν* A | 3 *θεοῦ* GLC Sev : > A Theod Lightf. | *γεγενημένον* G 6 *θεομακαρίστου* L g : *-ρίτου* G | 8/9 *εἴτε ἐν* .. *εἴτε ἐν* g C : *ἔντε ἐν* .. *ἔντε ἐν* G(L) | 10 *ἵνα σωθῶμεν* > C g | 15 *οἶδα* : *εἶδον* L | 19 *κραθέντες* G : convicti (*κρατηθέντες*?) L, sacra cena usi A | *πνεύματι* GLC : *αἵματι* A Lightf.

κ. θέλημα κ. δύναμιν] Similiter Iust. Dial. c. 61. 128; Tat. C. Graec. c. 5. — *γεγεννημένον κτλ.*] Zahn, legens *γεγενημένον*, hanc particulam cum praecedente construit.

2. *καὶ Ἡρώδου*] Cf. Luc. 23, 7—12; Act. 4, 27. — *ἀφ᾽ οὗ καρποῦ*] Crucem tanquam arborem cogitans Ign. de fructu arboris loquitur. Veteres versiones et orientales et latina vocabulum *οὗ* ad Christum referunt, ita ut Christiani ad fructum passionis Christi pertinere dicantur. Si vertendum fuerit: e quo fructu, Ign. Christum ipsum fructum in ligno pendentem et Christianos e fructu ortos esse dicere videtur, quatenus eius gustus dat vitam. Cf. Clem. Al. Strom. V, 11, 73 p. 690. — *θεομακαρίστου*] Cf. Polyc. 7, 2. — *ἐν ἑνὶ σώματι*] Cf. Paul. Eph. 2, 16.

II. *ἀνέστησεν ἑαυτόν*] Cf. Ioann. 2, 19; 10, 18. Infra 7, 1 et Trall. 9, 2 Ignatius aeque atque apostoli dicit, patrem Christum resuscitasse. — *δοκεῖν .. δοκεῖν*] Eiusmodi paronomasiae saepius apud Ign. leguntur. Cf. Polyc. inscr.; Rom. 8, 1; Trall. 5, 2. — *οὖσιν ἀσωμάτοις κ. δ.*] Ign. ad Docetas metaphorice referre vi-

maque fide credentes in dominum nostrum vere oriundum *ex genere David secundum carnem*, filium dei secundum voluntatem et potentiam dei, natum vere ex virgine, baptizatum a Ioanne, ut *impleretur ab eo omnis iustitia;* 2. vere sub Pontio Pilato et Herode tetrarcha clavis confixum pro nobis in carne (ex cuius fructu nos sumus, e divine beata passione eius), ut per resurrectionem suam in saecula *elevet vexillum* pro sanctis et fidelibus suis, sive in Iudaeis sive in gentibus, in uno corpore ecclesiae suae.

II. Omnia autem haec passus est propter nos, ut salutem consequeremur; et vere passus est, ut et vere seipsum resuscitavit; non, ut quidam infideles dicunt, secundum apparentiam eum passum esse, ipsi secundum apparentiam exsistentes; et quemadmodum sapiunt, sic et continget iis, quippe qui sint sine corpore et instar daemoniorum.

III. Ego enim scio, et post resurrectionem eum in carne fuisse, et credo eum adhuc in carne esse. 2. Et quando ad Petrum et socios eius venit, dixit iis: *Apprehendite, palpate me et videte, quod non sim daemonium incorporale.* Et confestim ipsum tetigerunt et crediderunt, commixti carne eius et spiritu.

2 Rom. 1, 3. — 4 Matth. 3, 15. — 7 Ies. 5, 26 (11, 12; 49, 22; 62, 10). — 17 Luc. 24, 39?

detur, quod ipsi de Christo enuntiabant. Aut οὖσιν = γενησομένοις forte adhibuit, ita ut interpretari possimus: cum corporibus exuti et daemonia facta erunt, in ipsis ea evenient, quae in Christum mentiti sunt: non resurgent, scilicet in gloriam?

III, 1—2. Eus. H. E. III, 36, 11. 12. Hieron. Catal. c. 16. Theodoret. Dial. II Migne IV, 170 (— ἐπίστευσαν).

1. Non dicit Ign., se Christum post resurrectionem in carne vidisse, sed se scire, Christum p. r. in c. esse. Hieronymus et interpres latinus verba eius male intellexerunt.

2. Ad hunc versum in universum quadrant ea, quae Lucas 24, 33—40 refert. Cum discipuli duo a castello Emmaus ad undecim et eos, qui cum illis erant, reversi (v. 33) audirent, Dominum surrexisse vere et Simoni apparuisse (v. 34), Iesus stetit in medio eorum (v. 36), cumque eos salutasset ac de adventu mirabili turbatos consolatus esset, post alia verba haec dixit v. 39: Ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. Pars prior loci biblici verbotenus cum loco Ignatii consentit, nisi quod λάβετε apud evangelistam deest; pars altera eundem sensum,

νάτου κατεφρόνησαν, ηὑρέθησαν δὲ ὑπὲρ θάνατον. 3. μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν συνέφαγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν ὡς σαρκικός, καίπερ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ πατρί.

IV. Ταῦτα δὲ παραινῶ ὑμῖν, ἀγαπητοί, εἰδώς, ὅτι καὶ ὑμεῖς οὕτως ἔχετε. προφυλάσσω δὲ ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων, οὓς οὐ μόνον δεῖ ὑμᾶς μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλ' εἰ δυνατὸν μηδὲ συναντᾶν, μόνον δὲ προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐάν πως μετανοήσωσιν, ὅπερ δύσκολον. τούτου δὲ ἔχει ἐξουσίαν Ἰησοῦς Χριστός, τὸ ἀληθινὸν ἡμῶν ζῆν. 2. εἰ γὰρ τὸ δοκεῖν ταῦτα ἐπράχθη ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν, κἀγὼ τὸ δοκεῖν δέδεμαι. τί δὲ καὶ ἑαυτὸν ἔκδοτον δέδωκα τῷ θανάτῳ, πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαιραν, πρὸς θηρία; ἀλλ' ἐγγὺς μαχαίρας ἐγγὺς θεοῦ, μεταξὺ θηρίων μεταξὺ θεοῦ· μόνον ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. εἰς τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ πάντα ὑπομένω, αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος τοῦ τελείου ἀνθρώπου γενομένου.

V. Ὅν τινες ἀγνοοῦντες ἀρνοῦνται, μᾶλλον δὲ ἠρνήθησαν ὑπ' αὐτοῦ, ὄντες συνήγοροι τοῦ θανάτου μᾶλλον ἢ τῆς ἀληθείας· οὓς οὐκ ἔπεισαν αἱ προφητεῖαι οὐδὲ ὁ νόμος Μωσέως, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι νῦν τὸ εὐαγγέλιον οὐδὲ τὰ ἡμέτερα τῶν κατ' ἄνδρα παθήματα.

2 *ἀνάστασιν* GLA : + *καὶ* C Theod (g) | 6/7 *δυνατὸν* L Stud : + *ἐστι* G | 7 *συναντᾶν* G Stud : + *αὐτοῖς* LAC Lightf. | *προσεύχεσθαι* GLA g : -*χεσθε* C Sf Lightf. | 9 *τὸ δοκεῖν* G : *τῷ δ.* g Theod | 12 *ἐγγὺς* pr GL : *ὁ ἐγγὺς* SfAC Theod Lightf. | 15 *γενομένου* GL : > C Theod Lightf.

verba autem diversa habet. Verba *οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον* ab Ignatio prolata legebantur in Doctrina Petri, ubi testante Origene De princip. praef. 8 (ed. Bened. I, 49) salvator ad discipulos dicit: Non sum daemonium incorporeum. Verba *incorporale daemonium* etiam in Evangelio secundum Hebraeos vel Nazaraeorum lecta fuisse Hieronymus In Ies. lib. XVIII prol. tradit, idemque contendit, Catal. c. 16, Ignatium citationem ex isto libro protulisse. Cum autem Eusebius, qui illud Evangelium, in bibliotheca Caesariensi servatum, haud dubie cognitum habuit, H. E. III, 36, 11 se nescire dicat, unde Ignatius illa verba acceperit, et Hieronymus Barnabae dictum (5, 9) Ignatio attribuat, testimonio, quod de hoc loco profert, non omnis fides habenda est. Non liquet, e quo fonte Ignatius hauserit, e libro aliquo scripto an e traditione orali.

3. Theodoret. l. c.

IV, 1. Theodor. Stud. Serm. cat. 127, PG 99, 677; graece apud Cot., Testim. veterum (*προφυλάσσω* — *συναντᾶν*). Fragm. syr. Curet. 219, 250 (— *Χριστός*). — *οὕτως ἔχ.*] sc. *περὶ Χριστοῦ*. — *θηρίων τ. ἀνθρωπ.*] Cf. Const. ap. II, 21. — *μὴ παραδέχεσθαι*] Cf. Eph. 7, 1; II Ioann.

Propter hoc etiam mortem contempserunt et mortis sunt inventi victores. 3. Post resurrectionem autem cum illis comedit et bibit ut carnalis, quamvis spiritualiter unitus esset patri.

IV. De his autem admoneo vos, carissimi, quamvis vos idem sentire sciam. Sed praemunio vos contra feras humana specie indutas, quas non solum oportet vos non recipere, sed, si possibile est, neque obviam iis fieri, solum vero pro iis orare, num aliquam paenitentiam agant, quod admodum difficile est. Huius autem potestatem habet Iesus Christus, qui vera est vita nostra. 2. Si autem illud ad apparentiam tantum a domino nostro peractum est, et ego ad apparentiam tantum vinctus sum. Cur vero et meipsum tradidi morti, ad ignem, ad gladium, ad bestias? Verum qui prope gladium, prope deum est, qui cum bestiis, cum deo est; dummodo sit in nomine Iesu Christi. Ut simul cum illo patiar, omnia sustineo, ipso roborante me, qui perfectus homo factus est.

V. Eum stulti quidam abnegant, potius autem ab eo abnegantur, patroni mortis magis quam veritatis; quibus nec prophetiae persuasere nec Mosis lex, sed nec evangelium in hunc usque diem neque nostrae singulorum passiones. 2. Nam et de

2 Act. 10, 41.

10. 11; Tit. 3, 10.

2—V, 1. Theodoret. Dial. I, Migne IV, 82 (— *ἀρνοῦνται*). Fragm. syr. Curet. 202, 236 (— *ὑπ' αὐτοῦ*). — *ταῦτα*] sc. *τὸ παθεῖν*. Cf. c. 2; Trall. 10. — *ἔκδοτον*] Cf. Act. 2, 23. — *ἐγγὺς μαχ. κτλ.*] Origenes In Ierem. hom. XX, 3 (ed. Bened. III, 280) et Didymus In Ps. 88, 8 (PG 39, 1488) tanquam dictum salvatoris proferunt verba: *Ὁ ἐγγύς μου ἐγγὺς τοῦ πυρός, ὁ δὲ μακρὰν ἐμοῦ μακρὰν ἀπὸ τῆς βασιλείας*, et ille se verba alicubi legisse praemittit. Gregorius Naz. Ep. 20 ad Caesar. (PG 37, 54) verba: *Κάμνουσα ψυχὴ ἐγγύς ἐστι θεοῦ*, Petro apostolo attribuit, Orat. XVII, 5 (PG 35, 971), anonyme, sed de Petro loquens, ea repetit, et Elias Cretensis in Commentario ad eius orationes (PG 36, 895) ea ad Didascaliam Petri refert. Itaque Ignatius illa verba scribens fortasse aliquam scripturam apocrypham in mente habuit. — *εἰς τὸ σ. αὐτῷ*] Lightfoot hanc particulam cum praecedente coniungit. — *συμπαθεῖν*] Cf. Rom. 8, 17. — *πάντα — ἐνδυναμοῦντος*] Cf. Philipp. 4, 13.

V, 1. *συνήγοροι τ. θαν.*] Advocati mortis adversarii appellantur, quoniam doctrinam letalem spargebant (cf. Trall. 6, 2; 11, 1), Christi passionem et resurrectionem negantes etiam hominum immortalitatem in dubium vocabant. — *εὐαγγέλιον*] Ign.

2. καὶ γὰρ περὶ ἡμῶν τὸ αὐτὸ φρονοῦσιν. τί γάρ με ὠφελεῖ τις, εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ, τὸν δὲ κύριόν μου βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων τελείως αὐτὸν ἀπήρνηται, ὢν νεκροφόρος. 3. τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν, ὄντα ἄπιστα, οὐκ ἔδοξέν μοι ἐγγράψαι. ἀλλὰ μηδὲ γένοιτό μοι αὐτῶν μνημονεύειν, μέχρις οὗ μετανοήσωσιν εἰς τὸ πάθος, ὅ ἐστιν ἡμῶν ἀνάστασις.

VI. Μηδεὶς πλανάσθω· καὶ τὰ ἐπουράνια καὶ ἡ δόξα τῶν ἀγγέλων καὶ οἱ ἄρχοντες ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι, ἐὰν μὴ πιστεύσωσιν εἰς τὸ αἷμα Χριστοῦ, κἀκείνοις κρίσις ἐστίν. *Ὁ χωρῶν χωρείτω.* τόπος μηδένα φυσιούτω· τὸ γὰρ ὅλον ἐστὶν πίστις καὶ ἀγάπη, ὧν οὐδὲν προκέκριται. 2. καταμάθετε δὲ τοὺς ἑτεροδοξοῦντας εἰς τὴν χάριν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν, πῶς ἐναντίοι εἰσὶν τῇ γνώμῃ τοῦ θεοῦ. περὶ ἀγάπης οὐ μέλει αὐτοῖς, οὐ περὶ χήρας, οὐ περὶ ὀρφανοῦ, οὐ περὶ θλιβομένου, οὐ περὶ δεδεμένου ἢ λελυμένου, οὐ περὶ πεινῶντος ἢ διψῶντος.

VII. Εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν τῇ χρηστότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν. οἱ οὖν ἀντιλέγοντες τῇ δωρεᾷ τοῦ θεοῦ συζητοῦντες ἀποθνήσκουσιν. συνέφερεν δὲ αὐτοῖς ἀγαπᾶν, ἵνα

1 *με* > g Theod | *τις* h. l. GLC : post *ἐπαινεῖ* A g Theod Lightf. | 3 *ὤν* : *ὢν* G | 8/9 *πιστεύσωμεν* G | 9 *Χριστοῦ* GLAC : + *τοῦ θεοῦ* Sf (qui est deus) Tim (qui est dei) Lightf. | 10 *τόπος* : qualiter (*τὸ πῶς*) L, > A ; 15 *ἢ λελυμένου* GL : > AC (g) | 16 *προσευχῆς ἀπέχονται* : *προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται* Theod | 19 *τῇ* G : huic (*τῇδε*) L

hoc quoque loco et 7, 2 non solum de evangelio scripto, sed de universa evangelica praedicatione loqui videtur, quamquam verba minus clara sunt quam Philad. 5, 1.

2. Theodoret. l. c. (*τί γὰρ κτλ.*). — *π. ἡμῶν τὸ αὐτὸ φρ.*] Sicut Christi incarnationem et passionem negant, ita meam passionem ad nihilum redigunt. Cf. 4, 2. — *σαρκοφόρος*] Clem. Strom. V, 6, 34 p. 665: *σαρκοφόρος γενόμενος ὁ λόγος*. Orig. C. Cels. VII, 13: *ὡς σῶμα φορῶν ὁ Ἰησοῦς ἤσθιεν*. — *νεκροφόρος*] Vox baiulum vel hominem funus portantem denotat. Ign. eam ad Docetas refert, quippe qui Christi carnem impugnantes suam quoque destruant, ita ut non corpus, sed cadaver solum portent.

3—VI, 1. Timoth. Aelur. Curet. 210, 243 (*μέχρις οὗ κτλ.*) — *μέχρις κτλ.*] i. e. donec credant, Christum vere passum et mortuum esse, in qua passione et morte salus nostra consistit (Hefele).

VI, 1. Fragm. syr. Curet. 219, 249 (— *κρίσις ἐστίν*). — *ἐπουράνια κτλ.*]

nobis idem sentiunt. Quid enim mihi prodest, si quis me laudet, dominum autem meum blasphemet, eum carnem assumpsisse negans? Qui vero id non profitetur, is prorsus eum negavit, ipse funus portans. 3. Nomina vero eorum, cum sint infidelia, non visum mihi est scribere. Et absit a me, ut eorum mentionem faciam, donec resipiscant ad passionem, quae est nostra resurrectio.

VI. Nemo erret: et si caelestes et gloria angelorum et principes visibiles et invisibiles non credant in sanguinem Christi, et ipsi iudicabuntur. *Qui capere potest, capiat.* Locus neminem efferat; totum enim est fides et caritas, quibus nihil praestantius. 2. Considerate vero eos, qui aliena sentiunt de gratia Iesu Christi, quae ad nos pervenit, quomodo contrarii sint divinae voluntati. Non caritas iis curae est, non vidua, non pupilla, non oppressus, non vinctus vel solutus, non esuriens vel sitiens.

VII. Ab eucharistia et oratione abstinent, eo quod non confitentur, eucharistiam carnem esse salvatoris nostri Iesu Christi, quae pro peccatis nostris passa est quamque pater benignitate sua resuscitavit. Qui ergo contradicunt dono dei, altercantes moriuntur. Melius autem esset illis diligere, ut et resur-

9 Matth. 19, 12.

Cf. Trall. 5, 1. 2. — *πίστις* — *προκέκριται*] Cf. Magn. 1, 2.

2. *ἐναντίοι*] sc. quod caritatem et fidem adtinet. — *λελυμένου*] Voci *δεδεμένου* opposita haec vox hominem denotat, qui non est in vinculis. Quomodo autem is locum obtineat medium inter homines auxilii indigentes, aegre definiri potest. Lightfoot verba *ἢ λελυμένου* interpolata esse censet.

VII, 1. Theodoret. Dial. III Migne IV, 283 (— *ἤγειρεν*). — *ἀπέχονται*] Ex c. 8, 1 apparet, haereticos istos non ab omni eucharistia abstinuisse, sed ab *ecclesiastica* tantum. Similiter quoad orationem seu preces res se habere videtur. — *τῇ δωρεᾷ*] sc. eucharistiae. — *ἀποθνήσκουσιν*] Cf. Eph. 20, 2, ubi eucharistia *φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτον τοῦ μὴ ἀποθανεῖν* vocatur. — *ἀγαπᾶν*] Nirschl subaudit Christum. Smith interpretatur: cum amore amplecti, sc. donum Dei. Vix recte. Plerique censuerunt, vocem idem significare ac *ἀγάπην ποιεῖν* infra 8, 2, et respiciens verba sequentia, *ἵνα καὶ ἀναστῶσιν*, Zahn praeterea conclusit, agapen tunc temporis sacram cenam proprie dictam seu eucharistiam comprehendisse. Cui interpretationi Ignatio versibus proxime praecedentibus de eucharistia loquente con-

καὶ ἀναστῶσιν. 2. πρέπον οὖν ἐστὶν ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων καὶ μήτε κατ' ἰδίαν περὶ αὐτῶν λαλεῖν μήτε κοινῇ, προσέχειν δὲ τοῖς προφήταις, ἐξαιρέτως δὲ τῷ εὐαγγελίῳ, ἐν ᾧ τὸ πάθος ἡμῖν δεδήλωται καὶ ἡ ἀνάστασις τετελείωται. τοὺς δὲ μερισμοὺς φεύγετε ὡς ἀρχὴν κακῶν.

VIII. Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρί, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς τοῖς ἀποστόλοις· τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε ὡς θεοῦ ἐντολήν. μηδεὶς χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω, ἡ ὑπὸ ἐπίσκοπον οὖσα ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. 2. ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω, ὥσπερ ὅπου ἂν ᾖ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. οὐκ ἐξόν ἐστιν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν οὔτε ἀγάπην ποιεῖν· ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ θεῷ εὐάρεστον, ἵνα ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν, ὃ πράσσεται.

IX. Εὔλογόν ἐστιν λοιπὸν ἀνανῆψαι καί, ὡς ἔτι καιρὸν ἔχομεν, εἰς θεὸν μετανοεῖν. καλῶς ἔχει, θεὸν καὶ ἐπίσκοπον εἰδέναι. ὁ τιμῶν ἐπίσκοπον ὑπὸ θεοῦ τετίμηται· ὁ λάθρα ἐπισκόπου τι πράσσων τῷ διαβόλῳ λατρεύει. 2. πάντα οὖν ὑμῖν ἐν χάριτι περισσευέτω· ἄξιοι γάρ ἐστε. κατὰ πάντα με ἀνεπαύσατε, καὶ ὑμᾶς Ἰησοῦς Χριστός. ἀπόντα με καὶ παρόντα ἠγαπήσατε. ἀμείβοι ὑμῖν θεός, δι' ὃν πάντα ὑπομένοντες αὐτοῦ τεύξεσθε.

1 *καὶ* G : > L | *οὖν* G g : > LA | 4 *δὲ* GL g : et A, > Dam | 8 *τοῦ* G : > g Dam | 15 *πράσσεται* GL Dam : *πράσσετε* Sf A g | 16 *ἀνανῆψαι* GLA : + *ἡμᾶς* g Dam (Sf) Lightf. | *καὶ* GL : > Sf A g Dam | *ἔτι* GL g : > Sf A Dam | 17 *ἔχει* + *καὶ* L | 20 *κατὰ* G : + *γὰρ* L(A) | 21 *ἀμείβοι* : *ἀμείβει* G, retribuat L, *ἀμείψεται* g (A)

textus favere videtur. Altera ex parte verbum *ἀγαπᾶν* ad agapen designandam nusquam usurpatur, et Ign. 6, 2, loco haud multo remotiore, caritatem vel opera caritatis adversariis non curae esse dicit. Itaque Lightfoot vocem interpretatur: caritatem habere, et verba *ἵνα καὶ ἀναστῶσιν* ex I Ioann. 3, 14 explicat, ubi apostolus dilectionem de morte ad vitam transferre dicit.

2. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 772; Holl p. 23 (*τοὺς δὲ κτλ.*).

VIII—IX, 1. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 779; Holl p. 24 (verbis nonnullis omissis).

1. *ἐντολήν*] Cf. Trall. 13, 2. — *μηδεὶς κτλ.*] Cf. Magn. 4; 7, 1; Philad. 4; Eph. 5, 2. 3.

2—IX, 1. Antiochus Mon. Hom. 124, PG 89, 1819 (verbis *ἵνα* — *εἰδέναι* omissis). Fragm. syr. Curet. 199, 234. — *καθολικὴ ἐκκλ.*] Hoc vocabulum, quod hic nobis primum occurrit, etiam in Martyrio Polycarpi inscr. et 8, 1; 16, 2; 19, 2 re-

gerent. 2. Decet itaque abstinere a talibus neque in privato neque in communi colloquio de illis verba facere, adtendere autem prophetis, praecipue autem evangelio, in quo passio nobis ostensa et resurrectio perfecte demonstrata est. Divisiones autem fugite ut principium malorum.

VIII. Omnes episcopo obtemperate, ut Iesus Christus patri, et presbyterio ut apostolis; diaconos autem revereamini ut dei mandatum. Separatim ab episcopo nemo quidquam faciat eorum, quae ad ecclesiam spectant. Valida eucharistia habeatur illa, quae sub episcopo peragitur vel sub eo, cui ipse concesserit. 2. Ubi comparuerit episcopus, ibi et multitudo sit, quemadmodum ubi fuerit Christus Iesus, ibi catholica est ecclesia. Non licet sine episcopo neque baptizare neque agapen celebrare; sed quodcumque ille probaverit, hoc et deo est beneplacitum, ut firmum et validum sit omne, quod peragitur.

IX. Rationi ceterum convenit, iterum sobrios fieri et, dum adhuc tempus habemus, ad deum per paenitentiam redire. Bonum est, deum et episcopum honorare. Qui honorat episcopum, a deo honoratus est; qui clam episcopo aliquid agit, diabolo servit. 2. Omnia nunc abundanter vobis gratia largiatur; digni enim estis. Omni modo me recreastis, et vos Iesus Christus. Absentem me et praesentem dilexistis. Retribuat vobis deus, propter quem omnia sustinentes ipsum adipiscemini.

peritur. Nonnulli interpretatores acatholici putaverunt, Ignatium loqui de *visibili* aut de *vera* ecclesia. Revera ecclesiis *singulis universa* ecclesia opponitur, et ut episcopus illarum (visibile), sic Christus harum (invisibile) caput declaratur. — *οὔτε βαπτίζειν*] Cf. Tert. De bapt. c. 17; Cypr. Ep. 73 c. 7; Constit. apost. III, 11. — *οὔτε ἀγάπην π.*] Interpolator sentiens, eucharistiam hoc loco haud facile deesse posse, verbis praemisit: *οὔτε προσφέρειν οὔτε θυσίαν προσκομίζειν*. Revera non sine causa opinamur, Ignatium verbis *βαπτίζειν* et *ἀγάπην ποιεῖν* ministeria episcopi principalia vel sacramenta ecclesiae magna commemorare voluisse, et si res ita se habet, colligendum est, voce *ἀγάπη* eum etiam eucharistiam comprehendisse. Tertullianus quoque, De virg. vel. c. 9; De exhort. cast. c. 7, baptismum et eucharistiam (tingere et offerre) simul commemorat. Eodem fere tempore Plinius Ep. X, 97 quidem eucharistiam ab agape iam separatam fuisse testari videtur. Ritus autem non ubique idem erat vel ubique plane eodem tempore mutabatur.

IX, 1. *λοιπόν*] Cf. Eph. 11, 1. — *ὡς ἔτι κτλ.*] Cf. Gal. 6, 10. — *εἰδέναι*] = *τιμᾶν*. Cf. I Thess. 5, 12.

2. *ἀπόντα κτλ.*] Cf. Philipp. 2, 12.

X. Φίλωνα καὶ Ῥέον Ἀγαθόπουν, οἳ ἐπηκολούθησάν μοι εἰς λόγον θεοῦ, καλῶς ἐποιήσατε ὑποδεξάμενοι ὡς διακόνους Χριστοῦ θεοῦ· οἳ καὶ εὐχαριστοῦσιν τῷ κυρίῳ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι αὐτοὺς ἀνεπαύσατε κατὰ πάντα τρόπον. οὐδὲν ὑμῖν οὐ μὴ ἀπολεῖται. 2. ἀντίψυχον ὑμῶν τὸ πνεῦμά μου καὶ τὰ δεσμά μου, ἃ οὐχ ὑπερηφανήσατε οὐδὲ ἐπῃσχύνθητε. οὐδὲ ὑμᾶς ἐπαισχυνθήσεται ἡ τελεία πίστις, Ἰησοῦς Χριστός.

XI. Ἡ προσευχὴ ὑμῶν ἀπῆλθεν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, ὅθεν δεδεμένος θεοπρεπεστάτοις δεσμοῖς πάντας ἀσπάζομαι, οὐκ ὢν ἄξιος ἐκεῖθεν εἶναι, ἔσχατος αὐτῶν ὤν· κατὰ θέλημα δὲ κατηξιώθην, οὐκ ἐκ συνειδότος, ἀλλ᾽ ἐκ χάριτος θεοῦ, ἣν εὔχομαι τελείαν μοι δοθῆναι, ἵνα ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν θεοῦ ἐπιτύχω. 2. ἵνα οὖν τέλειον ὑμῶν γένηται τὸ ἔργον καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν οὐρανῷ, πρέπει εἰς τιμὴν θεοῦ χειροτονῆσαι τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν θεοπρεσβύτην, εἰς τὸ γενόμενον ἕως Συρίας συγχαρῆναι αὐτοῖς, ὅτι εἰρηνεύουσιν καὶ ἀπέλαβον τὸ ἴδιον μέγεθος καὶ ἀπεκατεστάθη αὐτοῖς τὸ ἴδιον σωματεῖον. 3. ἐφάνη μοι οὖν ἄξιον πρᾶγμα, πέμψαι τινὰ τῶν ὑμετέρων μετ᾽ ἐπιστολῆς, ἵνα συνδοξάσῃ τὴν κατὰ θεὸν αὐτοῖς γενομένην εὐδίαν, καὶ ὅτι λιμένος ἤδη ἐτύγχανεν τῇ προσευχῇ ὑμῶν. τέλειοι ὄντες τέλεια καὶ φρονεῖτε. θέλουσιν γὰρ ὑμῖν εὐπράσσειν θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ παρασχεῖν.

XII. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρῳάδι, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούρρου, ὃν ἀπεστείλατε μετ᾽ ἐμοῦ ἅμα Ἐφεσίοις, τοῖς ἀδελφοῖς ὑμῶν, ὃς κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν. καὶ ὄφελον πάντες αὐτὸν ἐμιμοῦντο, ὄντα ἐξεμπλάριον θεοῦ διακονίας.

1 *Ῥέον* L : *Ῥέων* G, *Γάϊον* g, Agrium A, + *καὶ* LA g | 2,3 *Χριστοῦ* GL : > A | 3 *ὑμῶν* : *ἡμῶν* G | 6 *ἐπαισχύνθητε* G | 7 *πίστις* GL : *ἐλπὶς* A g | 11 *ὢν* G | *δὲ* GL : iam A, > g, + *θεοῦ* L, *μου* A | *συνειδότος* : *συνειδότως* G, *συνειδήσεως* g L(A) | 14 *καὶ* pr > A g | 15 *θεοπρεσβύτην* G g : deo venerabilem L, praecursorem A | 18 *ἄξιον* G g : deo digna L(A) | 20 *ἐτύγχανεν* GL : *ἐτύγχανον* A, *τετύχηκα* g | 24 *Βούρρου* L : *Βύρρου* G, *Βούργου* g, Byrdium A

X, 1. Cf. Philad. 11, 1. — *οὐδὲν κτλ.*] i. e. pro omnibus illis beneficiis mercedem recipietis (Hefele).

2. *ἀντίψυχον*] Vox aeque ac *περίψημα* minus verti quam circumscribi potest. Cf. Eph. 21, 1; Polyc. 6, 1. Attamen hoc loco et Polyc. 2, 3 vertenda esse mihi videbatur. Caveas autem, ne putes, Ignatium se piaculum proprie dictum nominare.

X. Philonem et Rheum Agathopodem, qui me secuti sunt dei causa, ut ministros Christi dei suscipientes bene fecistis. Ii quoque domino gratias agunt propter vos, quod omnibus modis illos refeceritis. Nil horum vobis erit amissum. 2. Piaculum pro vobis spiritus meus et vincula mea, quae non contempsistis quorumque vos non puduit. Nec vestrum pudebit perfectam fidem, Iesum Christum.

XI. Oratio vestra pervenit ad ecclesiam, quae est Antiochiae in Syria, unde vinculis deo maxime placentibus ligatus [abductus] omnes saluto, illo episcopatu fungi non dignus, utpote omnium infimus; sed dei voluntas me dignata est, non iuxta conscientiam meam, sed ex gratia dei, quam perfectam mihi dari opto, ut per orationem vestram deum consequar. 2. Ut nunc opus vestrum absolutum fiat coram deo et hominibus, decet ad dei honorem, ut ecclesia vestra eligat sacrum legatum, qui, cum ad Syriam usque venerit, congratuletur illis, quod pacem consecuti sint et suam receperint magnitudinem ac restitutum sit illis suum corpus. 3. Digna igitur mihi res est visa, ut aliquem vestrum mittatis cum epistula, qui una cum illis glorificet tranquillitatem, quam iuxta dei voluntatem sunt consecuti, et quod ecclesia illa per orationem vestram portu iam sit potita. Cum perfecti sitis, etiam perfecta excogitetis. Cupientibus enim vobis bene agere deus ad largiendum paratus est.

XII. Salutat vos caritas fratrum, qui Troade sunt, unde et scribo vobis per Burrhum, quem vos una cum Ephesiis, fratribus vestris, misistis, ut me comitaretur, qui omni modo me recreavit. Atque utinam omnes illum imitentur, cum sit exem-

— *δεσμά μου κτλ.*] Cf. II Tim. 1, 16. — *πίστις*] Fides = fidelitas.

XI, 1. *ἡ προσευχὴ κτλ.*] Cf. Philad. 10, 1; Polyc. 7, 1. — *οὐκ ὢν ἄξιος κτλ.*] Cf. Rom. 9, 2. Non sua virtute, sed divina voluntate dignus factus est, qui ecclesiae Antiochenorum adscriberetur; omnium enim infimus neque vel minimum sibi conscius est (*οὐκ ἐκ συνειδότος*, cf. I Cor. 4, 4), quasi gratiam illam meruerit.

2. *πρέπει κτλ.*] Cf. Philad. 10, 1. — *σωματεῖον*] sc. ecclesiae.

3. Maximus Confess. Loci comm. ed. Combefis II, 534 (PG 91, 731). Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 314. 747; Holl p. 25 (*τέλειοι κτλ.*) — *ἐτύγχανεν*] i. e. ecclesia Antiochenorum. — *τέλειοι κτλ.*] Cf. Philipp. 3, 15.

XII, 1. *ἀσπάζεται κτλ.*] Cf. Trall. 13, 1. — *ὄφελον*] Cf. I Cor. 4, 8;

ἀμείψεται αὐτὸν ἡ χάρις κατὰ πάντα. 2. ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον καὶ θεοπρεπὲς πρεσβυτέριον καὶ τοὺς συνδούλους μου διακόνους καὶ τοὺς κατ' ἄνδρα καὶ κοινῇ πάντας ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ αἵματι, πάθει τε καὶ ἀναστάσει σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ, ἐν ἑνότητι θεοῦ καὶ ὑμῶν. χάρις ὑμῖν, ἔλεος, εἰρήνη, ὑπομονὴ διὰ παντός.

XIII. Ἀσπάζομαι τοὺς οἴκους τῶν ἀδελφῶν μου σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις καὶ τὰς παρθένους τὰς λεγομένας χήρας. ἔρρωσθέ μοι ἐν δυνάμει πνεύματος. ἀσπάζεται ὑμᾶς Φίλων σὺν ἐμοὶ ὤν. 2. ἀσπάζομαι τὸν οἶκον Ταουΐας, ἣν εὔχομαι ἑδρᾶσθαι πίστει καὶ ἀγάπῃ σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. ἀσπάζομαι Ἄλκην, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα, καὶ Δάφνον τὸν ἀσύγκριτον καὶ Εὔτεκνον καὶ πάντας κατ' ὄνομα. ἔρρωσθε ἐν χάριτι θεοῦ.

ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ ἐκκλησίας Σμυρναίων, μᾶλλον ἐπισκοπημένῳ ὑπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, πλεῖστα χαίρειν.

2 *θεοπρεπὲς* L g (A) : *-πέστατον* G | *καὶ* LA g : > G | 5 *πνευματικῇ* LA g : + *ἐν ὀνόματι* G | *ἐν* GL : > g | 8 *τὰς παρθένους τὰς λεγ.* GLA : *ἀειπαρθένοις καὶ τὰς* g | 9 *πνεύματος* G g : *πατρὸς* LA Lightf. cf. Magn. 3, 1 | 10 *Ταυΐας* GL : *Γαυΐας* g A Lightf. | 11 *ἄλκην* G | 12 *μοι* L g : *μου* G | *Εὔτεκνον* : bonum filium l, *εὔτεκνον* Zahn | 13 *θεοῦ* : G subscripsit *Σμυρναίοις ἀπὸ Τρωάδος* et in eadem linea exaravit inscriptionem epistulae sequentis, neque vero librarius, ut editores priores putaverunt, hanc et illam confudit | 15 *ἐκκλησίας* > S | 16 *μᾶλλον* + *δὲ* L | 17 *κυρίου* GSA g : > L Lightf.

II Cor. 11, 1; Gal. 5, 12; Apoc. 3, 15.

2. *τῇ σαρκὶ κτλ.*] Respicit falsam doctrinam Docetarum.

XIII, 1. *τ. παρθένους κτλ.*] Cotelerius interpretatur: diaconissas, quae virgines erant et vocabantur viduae. Ponit ergo, viduas et diaconissas easdem vel unum ordinem fuisse. At Paulus eas distinguit, de diaconissis I Tim. 3, 11, de viduis ib. 5, 3—16 agens; et etiam magis Didascalia et Constitutiones apostolorum eas discernunt, saepe ambas commemorantes, inprimis qualitates

plar divini ministerii. Remuneretur ipsum gratia per omnia. 2. Saluto episcopum deo dignum et deo dilectum presbyterium et conservos meos diaconos singillatimque ac in universum omnes in nomine Iesu Christi et in carne eius et sanguine, passione et resurrectione corporali simul et spirituali, in unione cum deo ac vobiscum. Gratia vobis, misericordia, pax, patientia sit semper.

XIII. Saluto familias fratrum meorum cum uxoribus et liberis et virgines vocatas viduas. Fortes sitis in virtute spiritus. Salutat vos Philo, qui mecum est. 2. Saluto domum Taviae, quam opto firmari fide et caritate corporali et spirituali. Saluto Alcen, desiderabile mihi nomen, et Daphnum incomparabilem et Eutecnum omnesque nominatim. Valete in gratia dei.

AD POLYCARPUM IGNATIUS.

Ignatius, qui et Theophorus, Polycarpo, episcopo ecclesiae Smyrnaeorum, qui ipse potius episcopum habet deum patrem et dominum Iesum Christum, plurimam salutem.

et officia viduae III, 1—8 (cf. VIII, 25), diaconissae III, 15 (cf. VIII, 19. 20) describentes, III, 7 viduas insuper diaconissis subicientes. Lightfoot interpretatur: saluto feminas, quas, etiamsi nomine et condicione externa viduae sunt, virgines vocare malim, quales propter puritatem ac devotionem coram Deo sunt. Sin autem Ign. haec dicere voluit, voces ei invertendae erant. Non viduas salutat aliquo modo virgines appellandas, sed virgines vocatas viduas. Locus itaque de virginibus intellegendus est, cumque tempore progrediente viduarum coetui etiam virgines aetatis provectioris adscriptas fuisse conicere liceat, apparet, quomodo virgines etiam viduae nominari potuerint. Cf. Zahn, *Ignatius v. A.* p. 334 sqq. 581 sqq.

2. *Ταουΐας*] Cum hoc nomen per testes fide digniores tradatur quam nomen *Γαουΐα*, retinendum esse videtur, quamquam in inscriptionibus nonnisi Tavius bis occurrit. — *Ἄλκην τ. π. μ. ὄνομα*] Item Polyc. 8, 3. Nomen legitur etiam Polyc. Mart. 17, 2. Occurrit praeterea in duabus inscriptionibus, quarum una ad Smyrnam pertinet, altera loci incerti est. Cf. Corpus Inscript. graec. 3268, 7064.

Inscr. *ἐπισκοπημένῳ κτλ.*] Cf. 8, 3;

I. Ἀποδεχόμενός σου τὴν ἐν θεῷ γνώμην, ἡδρασμένην ὡς ἐπὶ πέτραν ἀκίνητον, ὑπερδοξάζω, καταξιωθεὶς τοῦ προσώπου σου τοῦ ἀμώμου, οὗ ὀναίμην ἐν θεῷ. 2. παρακαλῶ σε ἐν χάριτι, ᾗ ἐνδέδυσαι, προσθεῖναι τῷ δρόμῳ σου καὶ πάντας παρακαλεῖν, ἵνα σώζωνται. ἐκδίκει σου τὸν τόπον ἐν πάσῃ ἐπιμελείᾳ σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ· τῆς ἑνώσεως φρόντιζε, ἧς οὐδὲν ἄμεινον. πάντας βάσταζε, ὡς καὶ σὲ ὁ κύριος· πάντων ἀνέχου ἐν ἀγάπῃ, ὥσπερ καὶ ποιεῖς. 3. προσευχαῖς σχόλαζε ἀδιαλείπτοις· αἰτοῦ σύνεσιν πλείονα ἧς ἔχεις· γρηγόρει ἀκοίμητον πνεῦμα κεκτημένος. τοῖς κατ' ἄνδρα κατὰ ὁμοήθειαν θεοῦ λάλει· πάντων *τὰς νόσους βάσταζε* ὡς τέλειος ἀθλητής. ὅπου πλείων κόπος, πολὺ κέρδος.

II. Καλοὺς μαθητὰς ἐὰν φιλῇς, χάρις σοι οὐκ ἔστιν· μᾶλλον τοὺς λοιμοτέρους ἐν πραότητι ὑπόστασσε. οὐ πᾶν τραῦμα τῇ αὐτῇ ἐμπλάστρῳ θεραπεύεται. τοὺς παροξυσμοὺς ἐμβροχαῖς παῦε. 2. *Φρόνιμος γίνου ὡς ὄφις* ἐν ἅπασιν *καὶ ἀκέραιος* εἰς ἀεὶ *ὡς ἡ περιστερά*. διὰ τοῦτο σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικός, ἵνα τὰ φαινόμενά σου εἰς πρόσωπον κολακεύῃς· τὰ δὲ ἀόρατα αἴτει ἵνα σοι φανερωθῇ, ὅπως μηδενὸς λείπῃ καὶ παντὸς χαρίσματος περισσεύῃς. 3. ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ σε, ὡς κυβερνῆται ἀνέμους καὶ ὡς χειμαζόμενος λιμένα, εἰς τὸ θεοῦ ἐπιτυχεῖν. νῆφε ὡς θεοῦ ἀθλητής· τὸ

2 *ὑπερδοξάζω* GL g : + *θεὸν* SA | 3 *τοῦ ἀμώμου* > SA | *ἐν χάριτι* : in deo (dei) gratia L | 5 *σου τὸν τόπον* : convenientia SA | 10 *ὁμοήθειαν* L g : *βοήθειαν* G, voluntatem SA | 11 *πλείων* L g Ant Dam : *πλεῖον* G, multus SA | 13 *πραΰτητι* g | 14 *ἐμβροχαῖς* g Dam Anton : *ἐν βροχαῖς* GL Antioch | 15 *πᾶσιν* g Antioch | *εἰς ἀεὶ* g (SA) : > GL Ant | 18 *ὅπως* G : *ἵνα* g Ant Dam | 19 *κυβ. ἀνέμους* : gubernator navem S

Magn. 3, 1; I Petr. 2, 25.

I, 1. *τ. ἐν θ. γνώμην*] Cf. Rom. 7, 1: *τ. εἰς θεόν μου γνώμην*. — *ὑπερδοξάζω*] sc. Deum. Cf. Trall. 1, 2. — *καταξιωθεὶς κτλ.*] Nunquam igitur ante viderat Polycarpum (Pearson).

2—II, 3. Antioch. Mon. Hom. 111, PG 89, 1779 (— *θεοῦ ἐπιτυχεῖν*).

2—3. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 515; Holl p. 25 (*πάντας — κεκτημένος*).

2. Antioch. Mon. H. 80 p. 1674 (*τῆς ἑνώσεως κτλ.*]. Fragm. syr. Curet. 202, 236. — *ἐνδέδυσαι*] Cf. Paul. Eph. 6, 14; Col. 3, 12. — *δρόμῳ*] Cf. Act. 13, 25; 20, 24; II Tim. 4, 7. — *ἐκδίκει κτλ.*] Similiter Origenes in Matth. t. XII ed. Bened. III, 531: *τὸν τόπον ἐπισκοπῆς ἐκδικοῦντες*. — *τόπον*] i. e. dignitatem, sc. episcopalem, qua Polycarpus fungebatur. Cf. Sm. 6, 1; I Clem. 40, 5; Polyc. Phil. 11, 1; Act. 1, 25; Didasc. et Constit. apost. II, 2. 11. 35; Cypr. Ep. 3 c. 1; 15 c. 1; 16 c. 1; 40. —

I. Piam mentem tuam, velut supra petram immobilem fundatam, comprobans, summis eveho laudibus, quod dignus sim habitus sancta tua facie, qua utinam semper frui possim in deo. 2. Obsecro te per gratiam, qua indutus es, ut augeas cursum tuum omnesque adhorteris, ut salventur. Defende locum tuum in omni cura carnali et spirituali; unitatis curam habe, qua nihil melius. Omnes perfer, ut et te perfert dominus; omnes tolera in caritate, sicut et facis. 3. Precibus vaca perpetuis; postula sapientiam maiorem, quam habes; vigila insomnem spiritum possidens. Singulis loquere secundum consuetudinem dei; cunctorum ***aegrotationes porta*** sicut perfectus athleta. Ubi plus laboris, ibi magnum lucrum.

II. Bonos discipulos si amaveris, nullam inde mereris gratiam; potius pestilentiores in mansuetudine subice. Non omne vulnus eodem emplastro curatur. Impetus febriles superfusionibus seda. 2. ***Prudens esto sicut serpens*** in omnibus ***et simplex*** semper ***ut columba.*** Idcirco corporalis es et spiritualis, ut, quae coram te apparent, placide tractes; invisibilia autem petas ut manifestentur tibi, ne tibi quidquam desit et omni dono abundes. 3. Tempus expetit te, ut gubernator ventos et ut tempestate iactatus portum, ut cum tuis deum assequaris. Sis

10 Matth. 8, 17. — 14 Matth. 10, 16.

οὐδὲν ἄμεινον] Cf. Eph. 13, 2; Magn. 7, 1. — *π. βάσταζε*] Cf. Rom. 15, 1; Gal. 6, 2; Didasc. et Constit. apost. I, 2.

3—II, 2. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 515; Holl p. 25 (*πάντων — λείπῃ*). — *προσευχαῖς κτλ.*] Cf. Eph. 10, 1. — *κ. ὁμοήθειαν*] i. e. Dei amorem erga homines imitans (Hefele). — *πλείων κτλ.*] Cf. I Cor. 3, 8.

II, 1. Petrus Al. De paenitentia (*οὐ πᾶν — θεραπεύεται*). Cf. Lagarde, Reliq. iur. eccl. syr. p. 99; gr. p. XLVI. Anton. Melissa II sermo 63. — *λοιμοτέρους*] Adiectivum *λοιμὸς* saepius legitur apud LXX interpretes. — *οὐ πᾶν κτλ.*] Cf. Didasc. et Const. ap. II, 41; Greg. Nyss. Orat. catech. praef.

2. *διὰ τοῦτο κτλ.*] i. e. compositus e carne et spiritu, ex corpore et anima, ut interpolator addit, duabus virtutibus praeditus es, ut res terrestres (*τὰ φαιν. σου εἰς πρ.*) serpentis instar prudenter vel suaviter tractes, rerum caelestium autem plenam scientiam a Deo petas. — *μηδενὸς λείπῃ κτλ.*] Cf. Iac. 1, 4. 5; I Cor. 1, 7.

3. *ὡς κυβερνῆται κτλ.*] Lightfoot conicit, textum corruptum esse et Ignatium fortasse scripsisse: *ὡς κυβερνήτην ναῦς καὶ ὡς ἀνέμοις χειμαζόμενος λιμένα.* Equidem testibus

θέμα ἀφθαρσία καὶ ζωὴ αἰώνιος, περὶ ἧς καὶ σὺ πέπεισαι. κατὰ πάντα σου ἀντίψυχον ἐγὼ καὶ τὰ δεσμά μου, ἃ ἠγάπησας.

III. Οἱ δοκοῦντες ἀξιόπιστοι εἶναι καὶ ἑτεροδιδασκαλοῦντες μή σε καταπλησσέτωσαν. στῆθι ἑδραῖος ὡς ἄκμων τυπτόμενος. μεγάλου ἐστὶν ἀθλητοῦ τὸ δέρεσθαι καὶ νικᾶν. μάλιστα δὲ ἕνεκεν θεοῦ πάντα ὑπομένειν ἡμᾶς δεῖ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὑπομείνῃ. 2. πλέον σπουδαῖος γίνου οὗ εἶ. τοὺς καιροὺς καταμάνθανε. τὸν ὑπὲρ καιρὸν προσδόκα, τὸν ἄχρονον, τὸν ἀόρατον, τὸν δι' ἡμᾶς ὁρατόν, τὸν ἀψηλάφητον, τὸν ἀπαθῆ, τὸν δι' ἡμᾶς παθητόν, τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ἡμᾶς ὑπομείναντα.

IV. Χῆραι μὴ ἀμελείσθωσαν· μετὰ τὸν κύριον σὺ αὐτῶν φροντιστὴς ἔσο. μηδὲν ἄνευ γνώμης σου γινέσθω μηδὲ σὺ ἄνευ θεοῦ τι πρᾶσσε, ὅπερ οὐδὲ πράσσεις· εὐστάθει. 2. πυκνότερον συναγωγαὶ γινέσθωσαν· ἐξ ὀνόματος πάντας ζήτει. 3. δούλους καὶ δούλας μὴ ὑπερηφάνει· ἀλλὰ μηδὲ αὐτοὶ φυσιούσθωσαν, ἀλλ' εἰς δόξαν θεοῦ πλέον δουλευέτωσαν, ἵνα κρείττονος ἐλευθερίας ἀπὸ θεοῦ τύχωσιν. μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἐλευθεροῦσθαι, ἵνα μὴ δοῦλοι εὑρεθῶσιν ἐπιθυμίας.

V. Τὰς κακοτεχνίας φεῦγε, μᾶλλον δὲ περὶ τούτων ὁμιλίαν ποιοῦ. ταῖς ἀδελφαῖς μου προσλάλει, ἀγαπᾶν τὸν κύριον καὶ τοῖς

1 *ἀφθαρσία καὶ ζωὴ αἰώνιος* GL (*καὶ* > L) g : vita aeterna sine corruptione S(A) | 2 *ἀντίψυχον* : refrigerium L | 3 *ἀξιόπιστοι* GL g : aliquid S Sf A | 4 *ἑδραῖος* : in veritate S Sf A | *ἄκμων* : vir fortis Sf A, athleta S 5 *μεγάλου* + *γὰρ* S Sf A | *τὸ* G : > g Antioch Dam Anton | 13 *θεοῦ* GL : + *γνώμης* SA g Chrys Lightf. | *οὐδέ* : *δὲ* L | *εὐστάθει* SA g : *εὐσταθὴς* G, *εὐσταθὲς* L | 20 *τὸν κύριον* : in domino nostro S

valde consentientibus textum traditum in dubium non vocaverim. — *θέμα*] i. e. praemium athletis propositum. — *ἀφθαρσία κτλ.*] Clem. Al. Protr. c. 10, 96 p. 77: *οὐ σμικρὸν ἡμῖν τὸ ἆθλον ἀθανασία πρόκειται.* — *ἀντίψυχον κτλ.*] Cf. Sm. 10, 2 not. — *ἠγάπησας*] Act. Paul. et Thecl. c. 18 (*καταφιλούσης τὰ δεσμὰ αὐτοῦ*) et Tert. Ad uxor. II, 4 de vinculis martyris osculandis sermo est. Fortasse Ignatius idem dicere voluit, quamquam verbum *ἀγαπᾶν* = *φιλεῖν* (= osculari) nusquam alias usurpari videtur.

III. Antiochus Mon. Hom. 85, PG 89, 1694 (*στῆθι κτλ.*)

1. Fragm. syr. Curet. 198, 233. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 788; Holl p. 26. Anton. Melissa II serm. 89 (*στῆθι κτλ.*) — *ἑτεροδιδασκαλοῦντες*] Cf. I Tim. 1, 3; 6, 3. — *στῆθι ἑδραῖος*] Cf. I Cor. 7, 37. — *ἄκμων κτλ.*] Hunc locum respicit Ephraemus Syr. Opp. gr. II, 367 ed. Assemani.

2. Severus Antioch. Curet. 213, 245

sobrius ut dei athleta; praemium propositum est immortalitas et vita aeterna, de qua et tibi persuasum est. In omnibus sum piaculum pro te ego et vincula mea, quae dilexisti.

III. Qui videntur fide digni esse et aliena docent, te non perterrefaciant. Sta firmus ut incus, quae percutitur. Magni athletae est, caedi et vincere. Maxime vero propter deum omnia sustinere nos oportet, ut et ipse nos sustineat. 2. Studiosior fias, quam es. Tempora perpende. Eum, qui ultra tempus est, exspecta, intemporalem, invisibilem, propter nos visibilem, impalpabilem, impatibilem, propter nos patibilem, qui omni modo propter nos sustinuit.

IV. Viduae ne neglegantur; post dominum tu earum curator sis. Nihil sine tua voluntate fiat neque tu quidquam sine deo agas, quod nec facis; esto constans. 2. Crebrius conventus fiant; nominatim omnes quaere. 3. Servos et ancillas ne contemnas; sed nec ipsi superbiant, verum ad gloriam dei plus serviant, ut potiorem libertatem a deo consequantur. Neque desiderent communibus sumptibus e servitute redimi, ne servi inveniantur cupiditatis.

V. Malas artes fuge, magis autem de illis coram populo loquere. Sororibus meis dicito, ut dominum ament et maritis

(τοὺς καιροὺς κτλ.). — τοὺς καιροὺς κτλ.] Cf. Matth. 16, 3; Luc. 12, 56.

IV. 1. Ps.-Chrysost. Hom. de legislatore c. 4 ed. Bened. VI, 410 (μηδὲν — πρᾶσσε). — μετὰ τὸν κύριον] Cf. Ps. 67, 6, ubi Deus pater orphanorum et iudex viduarum appellatur; 145, 9.

2. πυκνότερον] Crebriores conventus desiderat. Aliter Eph. 13, 1. — ζήτει] sc. ad congressus sacros.

3. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 778; Holl p. 26. Anton. Mel. II serm. 23 (εἰς δόξαν κτλ.). — πλέον δουλευέτωσαν] I Tim. 6, 2: μᾶλλον δουλευέτωσαν. — ἀπὸ τ. κοινοῦ] Vetat Ign. servos postulare, ut sumptis ecclesiae communibus redimantur; sed minime prohibet, quominus illis libertas detur. Cf. I Cor. 7, 21.

V, 1. κακοτεχνίας] Vocem Ign. iam Philad. 6, 2 adhibuit de doctrinis haereticorum et insidiis diaboli vitandis commonens, et Lightfoot hunc locum secundum illum interpretatur. Cum autem versu praecedente de servis sermo fuerit, vox hic potius de artibus inhonestis intellegenda est seu de negotiis, quae Christianum non decent, de quibus cf. Didasc. et Constit. apost. II, 62; IV, 6; Cypr. Ep. 2; Epiph. Expos. fid. cath. c. 23. — περὶ τούτων κτλ.] i. e. has artes ut caveant, in sacris concionibus adhortare fratres.

συμβίοις ἀρκεῖσθαι σαρκὶ καὶ πνεύματι. ὁμοίως καὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου παράγγελλε ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, *ἀγαπᾶν τὰς συμβίους ὡς ὁ κύριος τὴν ἐκκλησίαν*. 2. εἴ τις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν εἰς τιμὴν τῆς σαρκὸς τοῦ κυρίου, ἐν ἀκαυχησίᾳ μενέτω. ἐὰν καυχήσηται, ἀπώλετο, καὶ ἐὰν γνωσθῇ πλέον τοῦ ἐπισκόπου, ἔφθαρται. πρέπει δὲ τοῖς γαμοῦσι καὶ ταῖς γαμουμέναις μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ κύριον καὶ μὴ κατ' ἐπιθυμίαν. πάντα εἰς τιμὴν θεοῦ γινέσθω.

VI. Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, ἵνα καὶ ὁ θεὸς ὑμῖν. ἀντίψυχον ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ, πρεσβυτέροις, διακόνοις· καὶ μετ' αὐτῶν μοι τὸ μέρος γένοιτο σχεῖν ἐν θεῷ. συγκοπιᾶτε ἀλλήλοις, συναθλεῖτε, συντρέχετε, συμπάσχετε, συγκοιμᾶσθε, συνεγείρεσθε ὡς θεοῦ οἰκονόμοι καὶ πάρεδροι καὶ ὑπηρέται. 2. ἀρέσκετε ᾧ στρατεύεσθε, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ὀψώνια κομίζεσθε· μή τις ὑμῶν δεσέρτωρ εὑρεθῇ. τὸ βάπτισμα ὑμῶν μενέτω ὡς ὅπλα, ἡ πίστις ὡς περικεφαλαία, ἡ ἀγάπη ὡς δόρυ, ἡ ὑπομονὴ ὡς πανοπλία· τὰ δεπόσιτα ὑμῶν τὰ ἔργα ὑμῶν, ἵνα τὰ ἄκκεπτα ὑμῶν ἄξια κομίσησθε. μακροθυμήσατε οὖν μετ' ἀλλήλων ἐν πραότητι, ὡς ὁ θεὸς μεθ' ὑμῶν. ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντός.

VII. Ἐπειδὴ ἡ ἐκκλησία ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας εἰρηνεύει, ὡς ἐδηλώθη μοι, διὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν, κἀγὼ εὐθυμό-

4 *τῆς σαρκὸς τοῦ κυρίου* LSA g Antioch Anton : *τοῦ κυρίου τῆς σαρκὸς* G | *ἀκαυχησίᾳ* + *κυρίου* L | 5 *πλέον* GL Ant : *πλὴν* g SA | 6 *γαμουμέναις* GL Ant : *γαμούσαις* g Lightf. | 7 *γάμος* > L | 8 *κύριον* LSA g : *θεὸν* G Ant | 10 *τῷ* G : > g Dam | 11 *καὶ* GL : > S Sf A g Ant Dam | *ἐν* GL Ant Dam : *παρὰ* S Sf A | 12 *συναθλῆτε* G | 14 *κομίσεσθε* g | 15 *δεσέρτωρ* GA g : rebellis S, otiosus L | 17 *διπόσιτα* G | *ὑμῶν* : bona SA, > L | 18 *ἄξια* GL : + *θεοῦ* g (SA) | *πραΰτητι* g | 19 *μεθ'* > G | 21 *τῆς προσευχῆς* g

2. Antioch. Mon. Hom. 21, PG 89, 1499 (— *ἀπώλετο*]. Ioann. Dam. S. P. Holl p. 26 (— *ἐπιθυμίαν*). Anton. Mel. I serm. 14. — *εἴ τις δύναται κτλ.*] Cf. I Clem. 38, 2. — *ἐπισκόπου*] sc. qui uxorem duxit. — *μ. γνώμης κτλ.*] Cf. Tert. Ad uxor. II, 9; De pudic. c. 4; Clem. Al. Paedag. II, 11, 63 p. 291. — *ὁ γάμος ᾖ κ. κ.*] Cf. I Cor. 7, 39; Clem. Al. Strom. III, 12, 83 p. 549. — *πάντα κτλ.*] Cf. I Cor. 10, 31.

VI. Antioch. Mon. Hom. 92, PG 89, 1714 sq. (*συμπάσχετε — μεθ' ὑμῶν*).

1. Antioch. H. 124 p. 1819. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 779; Holl p. 26. Fragm. syr. Curet. 199 sq., 233 (— *θεῷ*). — Iam hucusque Ign. nonnulla protulit, quae non tam episcopo quam populo dicta sunt. Cf. 4, 3; 5, 2. Nunc autem populum

contentae sint carne ac spiritu. Similiter et fratribus meis manda in nomine Iesu Christi, ut *diligant coniuges suas sicut dominus ecclesiam.* 2. Si quis potest in castitate manere ad honorem carnis domini, in humilitate maneat. Si glorietur, periit, et si se maiorem episcopo censeat, interiit. Decet vero, ut sponsi et sponsae de sententia episcopi coniugium faciant, ut nuptiae secundum dominum sint, non secundum cupiditatem. Omnia ad honorem dei fiant.

VI. Episcopo adtendite, ut et deus vobis adtendat. Paratus sum animam meam ponere pro iis, qui subditi sunt episcopo, presbyteris, diaconis; et utinam mihi contingat, cum illis partem habere in deo. Collaborate vobis mutuo, una certate, una currite, compatimini, una dormite, una exsurgite ut dei administratores et familiares et ministri. 2. Placete illi, cui militatis, a quo et stipendia fertis; nemo vestrum desertor inveniatur. Baptismus vester maneat velut arma, fides ut galea, caritas ut hasta, patientia ut tota armatura; deposita vestra sint opera vestra, ut accepta vestra digne reportetis. Longanimes igitur estote alter ad alterum in mansuetudine, ut et deus erga vos. Utinam fruar vobis perpetuo.

VII. Quia vero ecclesia, quae est Antiochiae in Syria, ut mihi relatum est, pace fruitur per preces vestras, et ego nunc

2 Eph. 5, 25. 29.

ipsum adloquitur. Epistula enim ad episcopum destinata ex antiquo more etiam illi legenda erat. Harnack in *Texte und Untersuchungen N. F.* V, 3 (1900) p. 80—86 textum corruptum esse et Ignatium non *πρεσβυτέροις διακόνοις*, sed *πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων* scripsisse censet, ita ut deinceps de clero episcopo subiecto, non de populo universo sermo sit. Mihi textus traditus non in dubium vocandus esse videtur. — *συγκοπιᾶτε κτλ.*] i. e. omnia facite concorditer. — *θεοῦ οἰκονόμοι*] Cf. Tit. 1, 7; I Cor. 4, 1; I Petr. 4, 10.

2. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 788; Holl p. 26. Anton. Melissa II serm. 89 (*μακροθυμήσατε — μεθ' ὑμῶν*). — Ign. compluribus utitur vocabulis latinis ex re militari desumptis, a Graecis quoque usu receptis: *δεσέρτωρ, δεπόσιτα, ἄκκεπτα.* Similia reperiuntur Eph. 2, 1; Trall. 3, 2; Sm. 12, 1 (*ἐξεμπλάριον*); Matth. 27, 66 (*κουστωδία*); Marc. 15, 39 (*κεντυρίων*); Ioann. 18, 28 (*πραιτώριον*) etc. — *μενέτω*] Hoc vocabulo utitur Ign., quia desertores arma abiciebant (Pearson). — *ὅπλα κτλ.*] Cf. Paul. Eph. 6, 11—17. I Thess. 5, 8.

τερος ἐγενόμην ἐν ἀμεριμνίᾳ θεοῦ, ἐάνπερ διὰ τοῦ παθεῖν θεοῦ ἐπιτύχω, εἰς τὸ εὑρεθῆναί με ἐν τῇ ἀναστάσει ὑμῶν μαθητήν. 2. πρέπει, Πολύκαρπε θεομακαριστότατε, συμβούλιον ἀγαγεῖν θεοπρεπέστατον καὶ χειροτονῆσαί τινα, ὃν ἀγαπητὸν λίαν ἔχετε καὶ ἄοκνον, ὃς δυνήσεται θεοδρόμος καλεῖσθαι· τοῦτον καταξιῶσαι, ἵνα πορευθεὶς εἰς Συρίαν δοξάσῃ ὑμῶν τὴν ἄοκνον ἀγάπην εἰς δόξαν θεοῦ. 3. Χριστιανὸς ἑαυτοῦ ἐξουσίαν οὐκ ἔχει, ἀλλὰ θεῷ σχολάζει. τοῦτο τὸ ἔργον θεοῦ ἐστιν καὶ ὑμῶν, ὅταν αὐτὸ ἀπαρτίσητε. πιστεύω γὰρ τῇ χάριτι, ὅτι ἕτοιμοί ἐστε εἰς εὐποιΐαν θεῷ ἀνήκουσαν. εἰδὼς ὑμῶν τὸ σύντονον τῆς ἀληθείας, δι' ὀλίγων ὑμᾶς γραμμάτων παρεκάλεσα.

VIII. Ἐπεὶ οὖν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις οὐκ ἠδυνήθην γράψαι διὰ τὸ ἐξαίφνης πλεῖν με ἀπὸ Τρωάδος εἰς Νεάπολιν, ὡς τὸ θέλημα προστάσσει, γράψεις ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις, ὡς θεοῦ γνώμην κεκτημένος, εἰς τὸ καὶ αὐτοὺς τὸ αὐτὸ ποιῆσαι, οἱ μὲν δυνάμενοι πεζοὺς πέμψαι, οἱ δὲ ἐπιστολὰς διὰ τῶν ὑπό σου πεμπομένων, ἵνα δοξασθῆτε αἰωνίῳ ἔργῳ, ὡς ἄξιος ὤν. 2. ἀσπάζομαι πάντας ἐξ ὀνόματος καὶ τὴν τοῦ Ἐπιτρόπου σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτῆς καὶ τῶν τέκνων. ἀσπάζομαι Ἄτταλον τὸν ἀγαπητόν μου. ἀσπάζομαι τὸν μέλλοντα καταξιοῦσθαι τοῦ εἰς Συρίαν πορεύεσθαι. ἔσται ἡ χάρις μετ' αὐτοῦ διὰ παντὸς καὶ τοῦ πέμποντος αὐτὸν Πολυκάρπου. 3. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς διὰ παντὸς ἐν θεῷ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ εὔχομαι, ἐν ᾧ διαμείνητε ἐν ἑνότητι θεοῦ καὶ ἐπισκοπῇ. ἀσπάζομαι Ἄλκην, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα. ἔρρωσθε ἐν κυρίῳ.

2 *ἀναστάσει* GL : *αἰτήσει* g (A) Lightf. | *μαθητὴν* LA g : *παθητὴν* G | 5 *καταξιῶσαι* G (-ῶσε) g : *καταξιοῦσθαι* L(Sf) | 7 *θεοῦ* L Sf g : *Χριστοῦ* G, > A | 8 *αὐτὸ* Sf A g : *αὐτῷ* G, ipsi L | 10 *εἰδὼς* L g : + *οὖν* G, nam et A | *σύντονον* G : *σύντομον* g L, *ἕτοιμον* (?) A | 12 *οὖν* L g : nam A, > G | 14 *ταῖς ἔμπροσθεν* G g (A) : aliis L | 17 *δοξασθῇς* L | 18 *συνόλω* G | 20 *Συρίαν* : *Ἀντιόχειαν* S | 23 *Χριστοῦ* G | 24 *ἐπισκόπου* A | *ἄλκην* G | *μοι* : *μου* G | 25 *κυρίῳ* : subscripsit *πρὸς Πολύκαρπον* G

VII, 1. *ἀναστάσει*] i. e. resurrectione facta, cum Dominus nos iudicabit. Cf. Rom. 4, 2; 5, 3, ubi discipulum se futurum esse dicit, cum martyrii particeps fuerit. Ad lectionem alteram vel verba *ἐν τῇ αἰτήσει ὑμῶν* cf. verba *ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν*, quae leguntur Eph. 20, 1; Philad. 8, 2; Sm. 11, 1.

2—3. Fragm. syr. Curet. 200 sq., 236 (— *ἀπαρτίσητε*). — *πρέπει κτλ.*] Ad haec respicit Polycarpus ad Phil. 13,1.

tranquilliore animo sum in securitate dei, si modo per passionem deum assequar, ut in resurrectione discipulus vester inveniar. 2. Decet, Polycarpe in deo beatissime, concilium cogere deo decentissimum et eligere aliquem, quem valde carum habeatis et impigrum, qui poterit divinus cursor appellari: illumque eo dignare honore, ut in Syriam profectus impigram caritatem vestram ad dei gloriam celebret. 3. Christianus sui potestatem non habet, sed deo vacat. Hoc est opus dei et vestrum, quando id perfeceritis. Confido enim gratiae, vos paratos esse ad opus bonum ad deum pertinens. Cum scirem vehemens vestrum erga veritatem studium, brevi epistula vos adhortatus sum.

VIII. Quoniam igitur omnibus ecclesiis scribere non potui, quia repente a Troade Neapolim, iussu ita postulante, navigavi, tu, qui sententiae dei sis compos, scribes ecclesiis versus Orientem sitis, ut et ipsi idem faciant, qui possint, pedites mittant, alii vero epistulas per eos, qui a te mittentur, ut glorificemini aeterno opere, quemadmodum dignus es. 2. Saluto omnes nominatim et Epitropi uxorem cum tota domo sua et liberis. Saluto Attalum mihi carum. Saluto eum, qui profectione in Syriam dignus habebitur. Gratia in perpetuum cum illo erit et cum mittente illum Polycarpo. 3. Opto vos semper valere in deo nostro Iesu Christo, per quem in dei unitate et episcopatu permaneatis. Saluto Alcen, desiderabile mihi nomen. Valete in domino.

3. Ioann. Dam. S. P. Lequien II, 724; Holl p. 27 (— *σχολάζει*). — *Χριστιανὸς κτλ.*] i. e. Christianus nihil pro se, sed omnia pro Deo agit (Hefele).

VIII, 1. *θέλημα*] Vox hic de mandato imperatoris seu militum, qui Ignatium ducebant, sed etiam, ut Eph. 20, 1; Rom. 1, 1; Sm. 11, 1, de voluntate Dei intellegi potest. — *ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλ.*] i. e. ecclesiis, quae Syriae vel Antiochiae propiores erant quam Smyrnaei. — *ὡς ἄξιος ὤν*] Haec verba ad *γράψεις .. ὡς θεοῦ κεκτημένος* referri et verba *οἱ μὲν δυνάμενοι — ἔργῳ* parenthesis haberi possunt; sin autem illa cum verbo *δοξασθῆτε* coniungas, cf. Eph. 1, 1; Sm. 11, 3, ubi similis lectio reperitur.

2. *τὴν τοῦ Ἐπιτρόπου*] i. e. viduam Epitropi, ut verba sequentia indicare videntur.

3. *ἐπισκοπῇ*] Hanc lectionem, cui testes principales unanimiter patrocinantur, alteri vix postponere licet. De episcopatu Dei Ign. etiam in inscriptione huius epistulae loquitur.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΣΜΥΡΝΗΣ ΚΑΙ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΠΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΗΣΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Πολύκαρπος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πρεσβύτεροι τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ παροικούσῃ Φιλίππους· ἔλεος ὑμῖν καὶ εἰρήνη παρὰ θεοῦ παντοκράτορος καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πληθυνθείη.

I. Συνεχάρην ὑμῖν μεγάλως ἐν τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, δεξαμένοις τὰ μιμήματα τῆς ἀληθοῦς ἀγάπης καὶ προπέμψασιν, ὡς ἐπέβαλεν ὑμῖν, τοὺς ἐνειλημένους τοῖς ἁγιοπρεπέσιν δεσμοῖς, ἅτινά ἐστιν διαδήματα τῶν ἀληθῶς ὑπὸ θεοῦ καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐκλελεγμένων· 2. καὶ ὅτι ἡ βεβαία τῆς πίστεως ὑμῶν ῥίζα, ἐξ ἀρχαίων καταγγελλομένη χρόνων, μέχρι νῦν διαμένει καὶ καρποφορεῖ εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ὃς ὑπέμεινεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἕως θανάτου καταντῆσαι, *ὃν ἤγειρεν ὁ θεός, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ ᾅδου*· 3. *εἰς ὃν οὐκ ἰδόντες πιστεύετε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ καὶ δεδοξασμένῃ*, εἰς ἣν πολλοὶ ἐπιθυμοῦσιν εἰσελθεῖν, εἰδότες, ὅτι *χάριτί ἐστε σεσωσμένοι, οὐκ ἐξ ἔργων*, ἀλλὰ θελήματι θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

G = textus graecus codice Vaticano servatus, G² = codicis secunda manus, L = versio vetus latina.

1/3 *του αγιου — επιστολη* G : Incipit epistola beati Policarpi Smirnaeorum ecclesiae episcopi ad Philippenses confirmantis fidem eorum L | 9 *δεξαμένοις* G : *δεξάμενος* L | *ἐνειλημένοις* em : *ἐνειλημμένους* G, *ἐνειλιγμένους* con Zahn | 16 *ὀδῖνας* G | 17 *πιστεύετε* G : + credentes autem gaudebitis L ex I Petr. 1, 8 | *ἀνεκλαλείτω* G

Inscr. *Πολ. κ. οἱ σὺν αὐτῷ πρ.*] i. e. Polycarpus episcopus eiusque presbyteri. Cf. Ign. Philad. inscr. et 8, 1. Episcopi nomine quidem

SANCTI POLYCARPI

SMYRNAEORUM EPISCOPI ET HIEROMARTYRIS

AD PHILIPPENSES EPISTULA.

Polycarpus et qui cum eo presbyteri ecclesiae dei, quae peregrinatur Philippis: misericordia vobis et pax a deo omnipotente et Iesu Christo salvatore nostro multiplicetur.

I. Magnopere congavisus sum vobis in domino nostro Iesu Christo, quod verae caritatis imagines suscepistis et quod, prout decuit vos, comitati estis eos, qui implicati sunt vinculis, quae sanctis conveniunt quaeque diademata sunt eorum, qui vere sunt a deo et domino nostro electi; 2. et quod firma fidei vestrae radix, ab antiquis temporibus annuntiata, usque adhuc permanet ac fructum affert in domino nostro Iesu Christo, qui pro peccatis nostris usque ad mortem devenire sustinuit, *quem resuscitavit deus, solutis doloribus inferni; 3. in quem non videntes creditis laetitia inenarrabili et glorificata*, in quam multi desiderant introire, scientes, quod *gratia estis salvati, non ex operibus*, sed voluntate dei per Iesum Christum.

15 Act. 2, 24. — 16 I Petr. 1, 8. — 18 Eph. 2, 5. 8. 9.

Polycarpus non ipse se ornat; episcopi munere autem sese functum esse clare indicat, et Ignatius (Magn. 15; Sm. 12, 2; Polyc. inscr.) etiam nomine eum insignit.

I, 1. *συνεχάρην*] Cf. Philipp. 2, 17; 4, 10. Respicit Pol. epistulam, quam Philippenses ad eum miserant, cf. 3, 1; 11, 1; 13, 1. — *τὰ μιμήματα κτλ.*] i. e. Ignatium et qui cum eo vincula tulerunt, cf. 9, 1. — *διαδήματα*] Cf. Ign. Eph. 11, 2.

2. *ἡ βεβαία κτλ.*] Cf. I Clem. 1, 2. — *ἐξ ἀρχαίων κτλ.*] Cf. Phil. 1, 5; 4, 8—10; I Thess. 1, 8. 9.

3. *εἰς ἣν κτλ.*] Cf. I Petr. 1, 12. — *εἰδότες*] sc. Philippenses.

II. *Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας ὑμῶν δουλεύσατε τῷ θεῷ ἐν φόβῳ* καὶ ἀληθείᾳ, ἀπολιπόντες τὴν κενὴν ματαιολογίαν καὶ τὴν τῶν πολλῶν πλάνην, *πιστεύσαντες εἰς τὸν ἐγείραντα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν καὶ δόντα αὐτῷ δόξαν* καὶ θρόνον ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· ᾧ ὑπετάγη τὰ πάντα ἐπουράνια καὶ ἐπίγεια, ᾧ πᾶσα πνοὴ λατρεύει, ὃς ἔρχεται *κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν*, οὗ τὸ αἷμα ἐκζητήσει ὁ θεὸς ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων αὐτῷ. 2. *ὁ δὲ ἐγείρας* αὐτὸν ἐκ νεκρῶν *καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ*, ἐὰν ποιῶμεν αὐτοῦ τὸ θέλημα καὶ πορευώμεθα ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ καὶ ἀγαπῶμεν, ἃ ἠγάπησεν, ἀπεχόμενοι πάσης ἀδικίας, πλεονεξίας, φιλαργυρίας, καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας· *μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας* ἢ γρόνθον ἀντὶ γρόνθου ἢ κατάραν ἀντὶ κατάρας· 3. μνημονεύοντες δὲ ὧν εἶπεν ὁ κύριος διδάσκων· *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε· ἀφίετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· ἐλεᾶτε, ἵνα ἐλεηθῆτε· ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν·* καὶ ὅτι *μακάριοι οἱ πτωχοὶ καὶ οἱ διωκόμενοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ.*

III. Ταῦτα, ἀδελφοί, οὐκ ἐμαυτῷ ἐπιτρέψας γράφω ὑμῖν περὶ τῆς δικαιοσύνης, ἀλλ' ἐπεὶ ὑμεῖς προεπεκαλέσασθέ με. 2. οὔτε γὰρ ἐγὼ οὔτε ἄλλος ὅμοιος ἐμοὶ δύναται κατακολουθῆσαι τῇ σοφίᾳ τοῦ μακαρίου καὶ ἐνδόξου Παύλου, ὃς γενόμενος ἐν ὑμῖν κατὰ πρόσωπον τῶν τότε ἀνθρώπων ἐδίδαξεν ἀκριβῶς καὶ βεβαίως τὸν περὶ ἀληθείας λόγον, ὃς καὶ ἀπὼν ὑμῖν ἔγραψεν ἐπιστολάς,

2 *ἀπολειπόντες* G | 12 *λοιδωρίαν* .. *λοιδωρίας* G | 15 *ᾧ* G : quo enim L | *μετρῆτε* G | 16 *πτωχοὶ* G : + spiritu L | 17/18 *τοῦ θεοῦ* G : caelorum L | 20 *προεπεκαλέσασθε* L (provocastis) : *πρὸ ἐπιλακίσασθε* (= *προεπιλ.*) G, *προεπιλακτίσασθε* Zahn

II, 1. *ἐν φόβῳ κ. ἀλ.*] Cf. I Clem. 19, 1. — *ἀπολιπόντες κτλ.*] Cf. 7, 2; I Clem. 9, 1. — *ματαιολογίαν*] Cf. I Tim. 1, 6; Ign. Philad. 1, 1. — *τῶν πολλῶν*] Cf. 7, 2; Matth. 24, 12; II Cor. 2, 17; Papias apud Eus. H. E. III, 39, 3. *Οἱ πολλοὶ* non solum haeretici sunt, sed etiam idque praesertim vulgus profanum, cui paucitas electorum opponitur. — *θρόνον κτλ.*] Cf. Hebr. 1, 3; 8, 1; 12, 2. — *ὑπετάγη κτλ.*] Cf. I Cor. 15, 28; Philipp. 2, 10; 3, 21; Hebr. 2, 7. 8. — *π. πνοή*] Cf. III Reg. 15, 29; Ps. 150, 6; Ies. 57, 16. — *τὸ αἷμα ἐκζητήσει*] Cf. Gen. 42, 22; II Reg. 4, 11; Ezech. 3, 18. 20; 33, 6. 8; Luc. 11, 50. 51.

2. *ἐὰν ποιῶμεν κτλ.*] Cf. I Clem. 21, 1; 35, 5. — *ἀπεχόμενοι κτλ.*] Cf. I Thess. 5, 22.

II. *Propter quod succincti lumbos vestros servite deo in timore* et veritate, relinquentes inane vaniloquium et vulgi errorem, *credentes in eum, qui dominum nostrum Iesum Christum a mortuis suscitavit eique gloriam dedit* ac sedem ad dextram suam; cui subiecta sunt omnia caelestia et terrestria, cui omnis spiritus servit, qui venit *iudex vivorum et mortuorum*, cuius sanguinem deus requiret ab iis, qui non credunt in illum. 2. *Is vero, qui suscitavit* ipsum e mortuis, *et nos suscitabit*, si fecerimus voluntatem eius et in ipsius mandatis ambulaverimus ac dilexerimus ea, quae ipse dilexit, abstinentes ab omni iniustitia, fraudatione, avaritia, obtrectatione, falso testimonio; *non reddentes malum pro malo nec maledictum pro maledicto* nec pugnum pro pugno nec exsecrationem pro exsecratione; 3. memores autem eorum, quae dixit dominus docens: *Nolite iudicare, ne iudicemini; dimittite, et dimittetur vobis; misereimini, ut misericordiam consequamini; qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis;* et: *Beati pauperes et qui persecutionem patiuntur, quoniam ipsorum est regnum dei.*

III. Haec, fratres, non quod mihi arrogem, scribo vobis de iustitia, sed quia vos provocastis me. 2. Neque enim ego neque alius mei similis beati et gloriosi Pauli sapientiam assequi potest, qui cum esset apud vos, coram hominibus tunc viventibus perfecte ac firmiter verbum veritatis docuit, qui et

1 I Petr. 1, 13 (Eph. 6, 14); Ps. 2, 11. — 3 I Petr. 1, 21. — 6 Acta 10, 42 (II Tim. 4, 1; I Petr. 4, 5). — 8 II Cor. 4, 14 (I Cor. 6, 14; Rom. 8, 11). — 11 I Petr. 3, 9. — 14 Matth. 7, 1. 2; Luc. 6, 36—38. — 16 Luc. 6, 20; Matth. 5, 3. 10.

3. *μνημονεύοντες κτλ.*] Cf. Act. 20, 35; I Clem. 13, 1. — *μὴ κρίνετε κτλ.*] Cf. I Clem. 13, 2.

III, 1. *οὐκ κτλ.*] Cf. Ign. Eph. 3, 1: *οὐ διατάσσομαι ὑμῖν ὡς ὤν τις κτλ.* — *προεπεκαλέσασθε*] Lexica nec vocem *προεπικαλεῖν* nec vocem *προεπιλακτίζειν* habent. Quoniam autem cum *προκαλεῖν* tum *ἐπικαλεῖν* exhibent, illa mihi huic praeferenda esse videtur, quamquam haec paulo propius ad scripturam codicis accedit.

2. *σοφία . . Παύλου*] Cf. II Petr. 3, 15. — *ἐπιστολάς*] Vox *ἐπιστολαί* haud raro unam epistulam significat, et Polyc. fortasse eam hoc sensu usurpavit. Cum autem Paulus Philipp. 3, 1 se Philippensibus non semel tantum scripsisse annuat, vox etiam de pluribus epistulis ab apostolo Philippensibus datis intellegi

εἰς ἃς ἐὰν ἐγκύπτητε, δυνηθήσεσθε οἰκοδομεῖσθαι εἰς τὴν δοθεῖσαν ὑμῖν πίστιν· 3. *ἥτις ἐστὶν μήτηρ πάντων ἡμῶν*, ἐπακολουθούσης τῆς ἐλπίδος, προαγούσης τῆς ἀγάπης τῆς εἰς θεὸν καὶ Χριστὸν καὶ εἰς τὸν πλησίον. ἐὰν γάρ τις τούτων ἐντὸς ᾖ, πεπλήρωκεν ἐντολὴν δικαιοσύνης· ὁ γὰρ ἔχων ἀγάπην μακράν ἐστιν πάσης ἁμαρτίας.

IV. *Ἀρχὴ δὲ πάντων χαλεπῶν φιλαργυρία.* εἰδότες οὖν, ὅτι *οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, ἀλλ' οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι ἔχομεν*, ὁπλισώμεθα τοῖς ὅπλοις τῆς δικαιοσύνης καὶ διδάξωμεν ἑαυτοὺς πρῶτον πορεύεσθαι ἐν τῇ ἐντολῇ τοῦ κυρίου· 2. ἔπειτα καὶ τὰς γυναῖκας ὑμῶν ἐν τῇ δοθείσῃ αὐταῖς πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγνείᾳ, στεργούσας τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ καὶ ἀγαπώσας πάντας ἐξ ἴσου ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ, καὶ τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ· 3. τὰς χήρας σωφρονούσας περὶ τὴν τοῦ κυρίου πίστιν, ἐντυγχανούσας ἀδιαλείπτως περὶ πάντων, μακρὰν οὔσας πάσης διαβολῆς, καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας, φιλαργυρίας καὶ παντὸς κακοῦ· γινωσκούσας, ὅτι εἰσὶ θυσιαστήριον θεοῦ καὶ ὅτι πάντα μωμοσκοπεῖται, καὶ λέληθεν αὐτὸν οὐδὲν οὔτε λογισμῶν οὔτε ἐννοιῶν οὔτε τι *τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας*.

V. Εἰδότες οὖν, ὅτι θεὸς *οὐ μυκτηρίζεται*, ὀφείλομεν ἀξίως τῆς ἐντολῆς αὐτοῦ καὶ δόξης περιπατεῖν. 2. ὁμοίως διάκονοι ἄμεμπτοι κατενώπιον αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης ὡς θεοῦ καὶ Χριστοῦ διάκονοι καὶ οὐκ ἀνθρώπων· μὴ διάβολοι, μὴ δίλογοι, ἀφιλάργυροι, ἐγκρατεῖς περὶ πάντα, εὔσπλαγχνοι, ἐπιμελεῖς, πορευόμενοι κατὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ κυρίου, ὃς ἐγένετο διάκονος πάντων· ᾧ

1 *δοθῆσαν* G | 7 *χαλεπῶν* G : *κακῶν* L | 9 *ὁπλησώμεθα* G | 11 *δοθήσει* G | 16 *διαβολῆς* G : diabolicis (detrectationibus) L | 21 *μοικτειρίζεται* G

potest. — *ἐγκύπτητε*] Cf. I Clem. 40, 1; 45, 2; 53, 1.

3. *ἥτις κτλ.*] Mart. Iust. c. 3 ed. Bened. p. 587 (c. 4 ed. Otto, Corp. Apol. ed. III vol. III p. 274): *ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν πατήρ ἐστιν ὁ Χριστὸς καὶ μήτηρ ἡ εἰς αὐτὸν πίστις.* — *πεπλήρωκεν κτλ.*] Cf. Rom. 13, 8; Gal. 5, 14; 6, 2.

IV, 1. *ὁπλισώμεθα κτλ.*] Cf. Eph. 6, 11. 13. 14; Rom. 13, 12; II Cor. 6, 7. — *πορεύεσθαι κτλ.*] Cf. I Clem. 1, 3.

2. *γυναῖκας — ἐγκρατείᾳ*] Cf. I Clem. 1, 3; 21, 7. — *ὑμῶν*] Polycarpus hac voce vocem *ἑαυτοὺς* in v. 1 mutans indicat se caelibem fuisse. — *παιδεύειν*] sc. *διδάξωμεν ἑαυτούς*. Poly-

absens vobis scripsit epistulas, in quas si intueamini, aedificari poteritis in fide, quae vobis est data; 3. *quae est mater omnium nostrum*, subsequente spe, praecedente caritate in deum et in Christum et in proximum. Si quis enim intra haec fuerit, mandatum iustitiae implevit; nam qui caritatem habet, longe est ab omni peccato.

IV. *Principium autem omnium malorum est habendi cupiditas.* Scientes ergo, quod *nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid valemus,* armemur armis iustitiae et doceamus primum nos ipsos ambulare in mandato domini; 2. deinde et vestras uxores ambulare in fide ipsis tradita et in caritate et castitate, amantes viros suos in omni veritate ac diligentes cunctos aequaliter in omni continentia, et erudire filios in disciplina timoris dei; 3. viduas vero doceamus esse prudentes circa fidem domini, interpellantes sine intermissione pro omnibus, longe recedentes ab omni calumnia, detrectatione, falso testimonio, avaritia et omni malo; cognoscentes, quod altare dei sint et quod ille omnia clare perspiciat, nihilque eum lateat nec ratiociniorum nec cogitationum nec quidquam *occultorum cordis.*

V. Scientes ergo, quod *deus non irridetur*, debemus digne mandato ac voluntate eius ambulare. 2. Similiter diaconi in conspectu iustitiae eius inculpati esse debent sicut ministri dei et Christi, non hominum; ne calumniatores sint, ne bilingues nec avari, sed continentes in omnibus, misericordes, seduli, incedentes iuxta veritatem domini, qui omnium minister factus

2 Gal. 4, 26. — 7 I Tim. 6, 10. — 8 I Tim. 6, 7 cf. Iob 1, 21. — 19 I Cor. 14, 25. — 21 Gal. 6, 7.

carpus ut iam saepius denuo Clementem I ad Cor. 21, 6—8 sequitur.

3. *ἐντ. ἀδιαλείπτως*] Cf. I Thess. 5, 17; I Tim. 5, 5. — *διαβολῆς*] Cf. I Tim. 3, 11. — *θυσιαστήριον*] Cf. Didasc. et Constit. apost. II, 26; III, 6. 7. 14; Ps.-Ign. Tars. 9, 1; Tertull. Ad ux. I, 7, ubi eandem comparationem reperies. Altare Dei autem viduae appellari videntur, quia semper orare debebant atque de donis sustentabantur, quae fideles in altari ponebant. — *μωμοσκοπεῖται κτλ.*] Cf. I Clem. 41, 2; 21, 3.

V, 2. Severus Antioch. Curet. 214, 246 (— *ἀνθρώπων*). — *δίλογοι*] Cf. I Tim. 3, 8. — *διάκονος πάντων*] Cf. Matth. 20, 28; Marc. 9, 35. —

ἐὰν εὐαρεστήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ἀποληψόμεθα καὶ τὸν μέλλοντα, καθὼς ὑπέσχετο ἡμῖν ἐγεῖραι ἡμᾶς ἐκ νεκρῶν, καὶ ὅτι ἐὰν πολιτευσώμεθα ἀξίως αὐτοῦ, *καὶ συμβασιλεύσομεν* αὐτῷ, εἴγε πιστεύομεν. 3. ὁμοίως καὶ νεώτεροι ἄμεμπτοι ἐν πᾶσιν, πρὸ παντὸς προνοοῦντες ἁγνείας καὶ χαλιναγωγοῦντες ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς κακοῦ. καλὸν γὰρ τὸ ἀνακόπτεσθαι ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ὅτι πᾶσα *ἐπιθυμία κατὰ τοῦ πνεύματος στρατεύεται καὶ οὔτε πόρνοι οὔτε μαλακοὶ οὔτε ἀρσενοκοῖται βασιλείαν θεοῦ κληρονομήσουσιν*, οὔτε οἱ ποιοῦντες τὰ ἄτοπα. διὸ δέον ἀπέχεσθαι ἀπὸ πάντων τούτων, ὑποτασσομένους τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις ὡς θεῷ καὶ Χριστῷ· τὰς παρθένους ἐν ἀμώμῳ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει περιπατεῖν.

VI. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι δὲ εὔσπλαγχνοι, εἰς πάντας ἐλεήμονες, ἐπιστρέφοντες τὰ ἀποπεπλανημένα, ἐπισκεπτόμενοι πάντας ἀσθενεῖς, μὴ ἀμελοῦντες χήρας ἢ ὀρφανοῦ ἢ πένητος· ἀλλὰ *προνοοῦντες ἀεὶ τοῦ καλοῦ ἐνώπιον θεοῦ καὶ ἀνθρώπων*, ἀπεχόμενοι πάσης ὀργῆς, προσωποληψίας, κρίσεως ἀδίκου, μακρὰν ὄντες πάσης φιλαργυρίας, μὴ ταχέως πιστεύοντες κατά τινος, μὴ ἀπότομοι ἐν κρίσει, εἰδότες, ὅτι πάντες ὀφειλέται ἐσμὲν ἁμαρτίας. 2. εἰ οὖν δεόμεθα τοῦ κυρίου, ἵνα ἡμῖν ἀφῇ, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς ἀφιέναι· ἀπέναντι γὰρ τῶν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἐσμὲν ὀφθαλμῶν, *καὶ πάντας δεῖ παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ καὶ ἕκαστον*

1 *ἀπολειψόμεθα* G | 3 *συμβασιλεύσομεν* L : *-λεύσωμεν* G | 6/7 *τῶν ἐν τῷ κ.* G : mundi L | 14 *ἀπὸπλανημένα* G | 17 *προσοπωληψίας* G | 22 *δεῖ* : *δῇ* G

πολιτευσώμεθα κτλ.] Cf. Phil. 1, 27; Col. 1, 10; I Clem. 21, 1.

3. *ὁμοίως καὶ νεώτεροι*] Ita iuvenes diaconis, de quibus v. 2 egit, adiungens atque in parte huius versus altera iuvenes presbyteris et diaconis oboedire debere dicens, Polycarpus clarissime indicat, iuvenes alios esse ac diaconos. Erraverunt ergo E. Kühl, *Die Gemeindeordnung in den Pastoralbriefen* 1885 p. 128—130, et R. Seyerlen, *Zeitschrift für praktische Theologie* IX (1887), 129, Polycarpo censentes diaconos et iuvenes eosdem esse, modo illam vocem officium, hanc aetatem denotare. — *ποιοῦντες τὰ ἄτοπα*] Cf. Iob 27, 6; 34, 12; Prov. 30, 20; II Macc. 14, 23; Luc. 23, 41. — *ἀπέχεσθαι*] sc. *τοὺς νεωτέρους*. — *ὑποτ. τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις*] Cur non etiam episcopi mentio fit? Respondendum esse videtur, Philippis tunc temporis episcopum nondum fuisse, et multi Protestantes locum ita interpretantur. At hoc non est verisimile, quoniam ecclesiae Asiae minoris a Philippis non valde remo-

est; cui si in hoc saeculo placuerimus, recipiemus et futurum, quemadmodum pollicitus est nobis, quod resuscitabit nos e mortuis quodque, si digne ipso vivamus, *etiam cum eo regnabimus,* siquidem credimus. 3. Simili modo et iuvenes in omnibus inculpabiles sint, ante omnia solliciti de castitate ac se ab omni malo refrenantes. Bonum enim est, abscindi a cupiditatibus huius mundi, quia omnis *cupiditas militat adversus spiritum* et *neque fornicarii neque molles neque masculorum concubitores regnum dei possidebunt* neque qui absona faciunt. Quare oportet ab his omnibus abstinere, subici autem presbyteris et diaconis tamquam deo et Christo; virgines vero oportet in immaculata et casta conscientia degere.

VI. Et presbyteri sint ad commiserationem proni, misericordes erga cunctos, aberrantia reducentes, visitantes infirmos omnes, non neglegentes viduam aut pupillum aut pauperem; sed *solliciti semper de bono coram deo et hominibus,* abstinentes ab omni ira, acceptione personarum, iudicio iniusto, longe recedentes ab omni avaritia, non cito credentes adversus aliquem, non severi nimium in iudicio, scientes, nos omnes debitores esse peccati. 2. Si ergo deprecamur dominum, ut nobis dimittat, debemus et nos dimittere; nam coram domini et dei oculis sumus, et *omnes ante tribunal Christi stare et unum-*

3 II Tim. 2, 12 cf. Rom. 8, 17. — 7 I Petr. 2, 11 cf. Gal. 5, 17. — 8 I Cor. 6, 9. 10. — 15 Prov. 3, 4 (II Cor. 8, 21; Rom. 12, 17). — 22 Rom. 14, 10. 12 cf. II Cor. 5, 10.

tae iam episcopum habebant. Itaque potius colligendum est, Polycarpum voce πρεσβύτεροι etiam episcopum comprehendisse, aut certa ex causa iuvenes admonuisse, ut presbyteris et diaconis subicerentur, his, qui munere fungentes crebrius cum ipsis congrediebantur (Cf. Ep. Clem. ad Iac. c. 12; Didasc. et Const. ap. II, 44; Chrysost. Hom. 24 in Act. c. 4 ed. Bened. IX, 198; Rothe, *Die Anfänge der chr. Kirche* 408—413); illis, quorum auctoritas fraude presbyteri Valentis (c. 11) diminuta erat.

VI, 1. *ἐπιστρ. τὰ ἀποπεπλανημένα*] Cf. Ezech. 34, 4; I Petr. 2, 25; Didasc. et Constit. apost. II, 20. — *ἐπισκεπτ. π. ἀσθενεῖς*] Cf. Ezech. 34, 11; Matth. 25, 36. 43; Sirach 7, 35 (Vulg. 7, 39). — *μὴ ἀμ. χήρας κτλ.*] Cf. Exod. 22, 22; Iac. 1, 27; Barn. 20, 2; Ign. Polyc. 4, 1; Smyrn. 6, 2; Herm. Mand. VIII, 10. — *ἀπότομοι ἐν κρ.*] Cf. Sap. 6, 6. — *εἰδότες κτλ.*] Cf. 1, 3. Polyc. Matth. 6, 12 vel Orationem dominicam respicere videtur.

2. *εἰ οὖν κτλ.*] Cf. Matth. 6, 12. 14.

ὑπὲρ αὐτοῦ λόγον δοῦναι. 3. οὕτως οὖν δουλεύσωμεν αὐτῷ μετὰ φόβου καὶ πάσης εὐλαβείας, καθὼς αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ οἱ εὐαγγελισάμενοι ἡμᾶς ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται, οἱ προκηρύξαντες τὴν ἔλευσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν· ζηλωταὶ περὶ τὸ καλόν, ἀπεχόμενοι τῶν σκανδάλων καὶ τῶν ψευδαδέλφων καὶ τῶν ἐν ὑποκρίσει φερόντων τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, οἵτινες ἀποπλανῶσι κενοὺς ἀνθρώπους.

VII. *Πᾶς γάρ, ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ, Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἀντίχριστός ἐστιν·* καὶ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον τοῦ σταυροῦ, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν· καὶ ὃς ἂν μεθοδεύῃ τὰ λόγια τοῦ κυρίου πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας καὶ λέγῃ μήτε ἀνάστασιν μήτε κρίσιν, οὗτος πρωτότοκός ἐστι τοῦ σατανᾶ. 2. διὸ ἀπολιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν καὶ τὰς ψευδοδιδασκαλίας ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν, *νήφοντες πρὸς τὰς εὐχὰς* καὶ προσκαρτεροῦντες νηστείαις, δεήσεσιν αἰτούμενοι τὸν παντεπόπτην θεὸν *μὴ εἰσενεγκεῖν ἡμᾶς εἰς πειρασμόν*, καθὼς εἶπεν ὁ κύριος· *Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.*

VIII. Ἀδιαλείπτως οὖν προσκαρτερῶμεν τῇ ἐλπίδι ἡμῶν καὶ τῷ ἀρραβῶνι τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν, ὅς ἐστι Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃς *ἀνήνεγκεν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας τῷ ἰδίῳ σώματι ἐπὶ τὸ ξύλον, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ·* ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν ἐν αὐτῷ, πάντα ὑπέμεινεν. 2. μιμηταὶ οὖν γενώμεθα τῆς ὑπομονῆς [αὐτοῦ], καὶ ἐὰν

3 *ἡμᾶς* L : *ὑμᾶς* G | *ἀπόστολοι* G[2] : *ἀπόστοι* G | 8 *ὁμολογεῖ* G | 10/11 *μεθοδεύει* G | 11 *λέγει* G | 13 *ἀπολειπόντες* G | 15 *προσκαρτεροῦντες* G[2] : *πρὸσ καρτες* (*τες* linea ineunte) G | 24 *αὐτοῦ* L : > G

3. *δουλεύσωμεν κτλ.*] Cf. 2, 1; Hebr. 12, 28. — *εὐαγγ. ἡμᾶς*] Cf. Luc. 3, 18; Act. 14, 15; 16, 10; Gal. 1, 9; I Petr. 1, 12 etc. Verbi constructionem cum dativo habes e. c. Luc. 1, 19; 2, 10; Act. 8, 35; Gal. 1, 18. — *προκηρύξαντες κτλ.*] Cf. Act. 7, 52. — *τῶν ἐν ὑποκρ. κτλ.*] Cf. Ign. Eph. 7, 1; Herm. Sim. IX, 19, 2.

VII. Fragm. syr. apud Zingerle, Monumenta syr. I, 1 (— *πειρασμόν*).

1. Polycarpus pergit explicans, qui sint illi, qui nomen Domini in hypocrisi ferunt, scilicet qui incarnationem Christi vel mysterium crucis denegant aut verbum Domini male interpretantur. — *πᾶς κτλ.*] Recte monuit Zahn, quod, si Polycarpus circa annos 140—150, cum Marcion, qui haud semel ei occurrit, per totum orbem doctrinam suam spar-

quemque pro se rationem reddere oportet. 3. Sic itaque serviamus illi cum timore et omni reverentia, sicut praecepit ipse et apostoli, qui nobis evangelium annuntiarunt, et prophetae, qui domini nostri adventum praesignificarunt; studiose quod bonum est sectantes, abstinentes a scandalis et a falsis fratribus et ab iis, qui in hypocrisi nomen domini ferunt, qui vanos homines in errorem inducunt.

VII. *Omnis* enim, *qui non confessus fuerit, Iesum Christum in carne venisse, antichristus est;* et qui non confessus fuerit testimonium crucis, ex diabolo est; et qui eloquia domini ad desideria sua traduxerit dixeritque nec resurrectionem nec iudicium esse, hic primogenitus est satanae. 2. Ideo relinquentes vanitatem multorum et falsas doctrinas ad traditam nobis ab initio doctrinam revertamur, *vigilantes in orationibus* et perseverantes in ieiuniis, precibus rogantes omnium conspectorem deum, *ne nos inducat in tentationem*, sicut dixit dominus: *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.*

VIII. Indesinenter ergo perseveremus in spe nostra et pignore iustitiae nostrae, quod est Iesus Christus, *qui peccata nostra in corpore suo super lignum pertulit, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius;* sed propter nos, ut in ipso vivamus, omnia sustinuit. 2. Imitatores igitur simus patientiae [eius], et si patiamur propter nomen eius, gloria illum

8 I Ioann. 4, 2. 3; II Ioann. 7. — 15 I Petr. 4, 7. — 16 Matth. 6, 13. — 17 Matth. 26, 41; Marc. 14, 38. — 20 I Petr. 2, 24. — 22 I Petr. 2, 22.

sisset (Iust. Apol. I, 26) atque omnium haereticorum infestissimus ecclesiis innotuisset, hanc epistulam scripsisset aut impostor aliquis episcopo vix mortuo eam finxisset, ut quidam putaverunt, fieri non potuisset, quin discrimen, quod ille inter *bonum* Deum et *iustum* statuit ac propter quod praesertim ecclesiae doctores inde a quarto saeculi secundi decennio eum impugnaverunt (Iust. Apol. I, 26. 58), hoc loco commemoraretur. — πρωτότοκος κτλ.] Irenaeus Adv. haer. III, 3, 4 narrat, Polycarpum Marcioni aliquando occurrenti et quaerenti, num ipsum cognosceret, respondisse, se cognoscere eum primogenitum Satanae.

2. διὸ — ἐπιστρέψωμεν] Cf. I Clem. 7, 2; 9, 1. — τὸν ἐξ ἀρχ. κτλ.] Cf. I Clem. 19, 2; Iud. 3.

VIII, 1. δι' ἡμᾶς κτλ.] Cf. I Petr. 2, 21; I Ioann. 4, 9; Ign. Smyrn. 2; Polyc. 3, 2.

πάσχωμεν διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, δοξάζωμεν αὐτόν. τοῦτον γὰρ ἡμῖν τὸν ὑπογραμμὸν ἔθηκε δι' ἑαυτοῦ, καὶ ἡμεῖς τοῦτο ἐπιστεύσαμεν.

IX. Παρακαλῶ οὖν πάντας ὑμᾶς πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ τῆς δικαιοσύνης καὶ ὑπομένειν πᾶσαν ὑπομονήν, ἣν καὶ εἴδατε κατ' ὀφθαλμοὺς οὐ μόνον ἐν τοῖς μακαρίοις Ἰγνατίῳ καὶ Ζωσίμῳ καὶ Ῥούφῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς ἐξ ὑμῶν καὶ ἐν αὐτῷ Παύλῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις· 2. πεπεισμένους, ὅτι οὗτοι πάντες *οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον*, ἀλλ' ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ὅτι εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ κυρίῳ, ᾧ καὶ συνέπαθον. οὐ γὰρ *τὸν νῦν ἠγάπησαν αἰῶνα*, ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀναστάντα.

[X. Ἐν τούτοις οὖν στήκετε καὶ τῷ τοῦ κυρίου ὑποδείγματι κατακολουθεῖτε, *ἑδραῖοι τῇ πίστει καὶ ἀμετακίνητοι, φιλάδελφοι, ἀλλήλους ἀγαπῶντες*, ἡνωμένοι ἐν τῇ ἀληθείᾳ, τῇ ἐπιεικείᾳ τοῦ κυρίου ἀλλήλους προηγούμενοι, μηδενὸς καταφρονοῦντες. 2. ὡς δύ-

1 *πάσχομεν* G | *δοξάζωμεν* L : *δοξάζομεν* G | 3/4 *τῷ λόγῳ τῆς δικαιοσύνης* GL : > Eus | 4 *ὑπομένειν* G : *ἀσκεῖν* Eus et editores priores | *ὑπομ. π. ὑπομονήν* : *ὑπομονῆς* L | *ἣν* : *ἦν* G | *εἴδατε* : *ἴδατε* G | 7 *λοιποῖς* L Eus : *ἄλλοις* G | 11 *ὑπό* : G post hanc vocem exhibet Barnabae epistulam inde a verbis *τὸν λαὸν τὸν καινὸν* 5, 7 | *ἀναστάντα* Eus : resuscitatus L

2. *πάσχωμεν κτλ.*] Cf. I Petr. 3, 14; 4, 16; Herm. Sim. IX, 28, 2. 3. 5. 6. — *ὑπογραμμόν*] sc. *τῆς ὑπομονῆς*. Cf. I Clem. 5, 7.

IX. Euseb. H. E. III, 36, 14. (Martyrium s. Ignatii Vaticanum c. 12; per Sym. Metaphrast. c. 26). Ado Vienn. Lib. de festiv. XV Cal. Ian. (Migne PL 123, 194).

1. *ὑπομένειν π. ὑπομονήν*] Sic legit codex Vaticanus, non *ἀσκεῖν π. ὑπομένειν*, ut hucusque omnes putaverunt. Eusebius haud dubie verbo *ὑπομένειν* verbum *ἀσκεῖν* substituit, et si hoc forte in suo exemplari invenerit, vix dubium est, utrum genuinum sit. Eandem lectionem quam codex Vaticanus habet Ottobonianus ex illo descriptus in textu; in margine autem secunda manus apposuit: *ἀσκεῖν* leg. Eus. in 3 eccl. hist., et librarii sequentes hanc lectionem in textu receperunt. — *ἐν τοῖς μακαρίοις κτλ.*] Cf. 1, 1, ubi Pol. hos viros iam respexit. Cum Ignatio tamquam exempla patientiae Zosimus et Rufus adnumerentur et aeque ac ille beati praedicentur, hoc viros una cum episcopo Antiochenorum ad martyrium Romam perductos esse apparet. Philippenses duodevicesimo Decembris die eorum natalitia celebrabant (Baron. Martyrol. Rom. ad h. d.). Eos non ex ecclesia Philippensium fuisse, Polycarpus verbis sequentibus, *ἐν ἄλλοις τοῖς ἐξ ὑμῶν*, indicat. Zahn, *Ignatius v. A.* p. 292, eos ex numero Christianorum Bithyniae fuisse conicit, qui per Plinium (Traian. epist. X, 97) Romam

afficiamus. Hoc enim exemplum nobis posuit in se ipso et nos id credidimus.

IX. Rogo itaque vos omnes, ut oboediatis verbo iustitiae et sustineatis in omni patientia, quam et oculis ipsis vidistis non solum in beatis Ignatio et Zosimo et Rufo, sed etiam in aliis, qui ex vobis, ac in ipso Paulo ceterisque apostolis; 2. persuasum vobis habentes, hos omnes *non in vacuum cucurrisse*, sed in fide ac iustitia, et in debito ipsis loco esse apud dominum, cum quo et passi sunt. Non enim *praesens saeculum dilexerunt*, sed eum, qui pro nobis mortuus est ac propter nos a deo est resuscitatus.

X. In his ergo state et domini exemplar sequimini, *firmi in fide et immutabiles*, *fraternitatis amatores*, *diligentes invicem*, in veritate sociati, mansuetudine domini alterutri praestolantes, nullum despicientes. 2. Cum possitis benefacere, no-

8 Philipp. 2, 16 (Gal. 2, 2). — 10 II Tim. 4, 10. — 13 Col. 1, 23; I Cor. 15, 58. — 13 I Petr. 3, 8 (2, 17). — 14 Ioann. 13, 34; 15, 12. 17; Rom. 13, 8 etc.

F = Funk, H = Hilgenfeld, L = Lightfoot, Z = Zahn, vel editiones versionis ab eis paratae.

14 *mansuetudine* HL (cod. Regius solus, qui eo quidem suspicionem movet, quod vocem cum praecedente coniunxit, scribens: *sociati mansuetudine domini*, nihilominus autem rectam lectionem tradere videtur, cum ablativus etiam contextu poscatur vel verbum *praestolari* aegre sensu verbi *praestare* intellegi potest): *mansuetudinem* FZ | 15 *possitis* : *potestis* L

remittebantur, quia cives Romani erant. Revera de eorum patria nihil certi dici potest. — τοῖς λοιποῖς ἀπ.] i. e. ceteris apostolis vel viris apostolicis, qui praeter Paulum Philippos venerant.

2. πεπεισμένους] construendum est cum παρακαλῶ κτλ. — οὐκ — ἔδραμον] His verbis Polycarpus, quamquam nuntius nondum perlatus erat, sibi persuasum se habuisse indicat, Ignatium martyrium iam subiisse. Vox μακάριος in v. 1 de hac re nihil probat, quippe quae non solum ad mortuos, sed etiam ad vivos referatur. — εἰς τὸν ὀφ. τόπον] Cf. I Clem. 5, 4. 7. — συνέπαθον] Cf. Rom. 8, 17. — τὸν ὑπὲρ ἡμῶν κτλ.] Similiter Ignatius Rom. 6, 1. Cf. II Cor. 5, 15; I Thess. 5, 10.

X—XII. XIV. Textum graecum horum capitum, quae latine tantum exstant, restituit Zahn. Pauca ego emendavi.

1. ἑδραῖοι τ. π.] Cf. Ign. Eph. 10, 2. — φιλάδελφοι ἀλλ. ἀγαπῶντες] Hanc particulam Lightfoot verbis Pauli Rom. 12, 10 reddidit: φιλοστοργίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. — τῇ ἐπιεικείᾳ τ. κ. ἀλλ. προηγούμενοι]

νασθε εὖ ποιεῖν, μὴ ὑπερτίθεσθε, *διότι ἐλεημοσύνη ἐκ θανάτου ῥύεται. πάντες ἀλλήλοις ὑποτάσσεσθε, τὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν ἄμεμπτον ἔχοντες ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἵνα ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ὑμῶν* καὶ ὑμεῖς ἔπαινον ἀπολάβητε καὶ ὁ κύριος ἐν ὑμῖν μὴ βλασφημῆται. 3. *οὐαὶ δέ, δι' οὗ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου βλασφημεῖται.* σωφροσύνην οὖν διδάσκετε πάντας, ἐν ᾗ καὶ ὑμεῖς ἀναστρέφεσθε].

[XI. Λίαν ἐλυπήθην περὶ Οὐάλεντος, ὃς πρεσβύτερός ποτε ἐγένετο ἐν ὑμῖν, ὅτι οὕτως ἀγνοεῖ τὸν δοθέντα αὐτῷ τόπον. παρακαλῶ οὖν ἀπέχεσθαι τῆς φιλαργυρίας καὶ εἶναι ἁγνοὺς καὶ εἰλικρινεῖς· ἀπὸ παντὸς κακοῦ ἀπέχεσθε. 2. ὁ δὲ ἐν τούτοις ἑαυτὸν μὴ δυνάμενος κυβερνᾶν, πῶς ἑτέρῳ ταῦτα παραγγέλλει; ἐάν τις μὴ ἀπέχηται τῆς φιλαργυρίας, ὑπὸ εἰδωλολατρείας μιανθήσεται καὶ ὡσπερεὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν λογισθήσεται, οἵτινες *ἀγνοοῦσιν κρίσιν κυρίου. ἢ οὐκ οἴδαμεν, ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσιν;* καθὼς Παῦλος διδάσκει. 3. ἐγὼ δὲ οὐδὲν τοιοῦτο ἐνόησα ἐν ὑμῖν οὐδὲ ἤκουσα, ἐν οἷς κεκοπίακεν ὁ μακάριος Παῦλος, οἵτινές ἐστε ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιστολῆς αὐτοῦ. Περὶ ὑμῶν γὰρ *ἐν*

Sic Lightfoot respiciens Rom. 12, 10: *τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι* (Vulgata: honore invicem praevenientes) particulam restituit; Zahn legens mansuetudinem: *ἐπιείκειαν κυρίου ἀλλήλοις ἐπιχορηγοῦντες*. Cf. II Cor. 10, 1; Ign. Philad. 1, 2.

2. *ὡς δύνασθε εὖ π.*] Respiciens Prov. 3, 28 Lightfoot vertit: *δυνατοὶ ὄντες εὖ ποιεῖν.* — *ἀλλήλοις ὑποτ.*] Cf. Ign. Magn. 13, 2.

3. *οὐαὶ κτλ.*] Cf. Ign. Trall. 8, 2; II Clem. 13, 2.

2. *Ἰουδαίων*] De Iudaeis Smyrnam habitantibus cf. Apoc. 2, 8; Acta Pionii c. 3 (Ruinart-Galura I, 325 sq.). — *Ἀσιάρχην*] i. e. caput vel rectorem *τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας*, Communis Asiae vel confoederationis urbium principalium provinciae Asiae proconsularis. Infra 21, 2 Philippus *ἀρχιερεὺς* appellatur, unde apparet, quod etiam ex aliis documentis liquet, Asiarcham summum pontificem Asiae fuisse. Asiarchae munus praecipuum erat ludos edere. Itaque hoc loco Philippus rogatur, ut leo-

sed contra proconsul stuperet suumque mitteret praeconem ter in medio stadio proclamaturum: Polycarpus confessus est, Christianum se esse. 2. Quod ubi pronuntiasset praeco, universa multitudo gentilium ac Iudaeorum, qui Smyrnam incolebant, effrenata ira et magna voce exclamabat: Hic est Asiae praeceptor, pater Christianorum, deorum nostrorum eversor, qui multos docet, ne sacrificent neve adorent. Haec dicentes clamabant rogabantque Philippum Asiarcham, ut leonem adversus Polycarpum emitteret. Hic autem id sibi licere negavit, quia ludum bestiarum iam explevisset. 3. Tunc placuit illis uno consensu clamare, ut Polycarpum vivum combureret. Necesse enim erat, ut visio illa de cervicali impleretur, quae ei ostensa fuerat, cum inter orandum illud ardens videret et conversus ad fideles adstantes prophetice diceret: Oportet me vivum comburi.

XIII. Haec porro cum tanta alacritate peracta sunt, citius quam pronuntiata, cuncta plebe confestim ex officinis ac balneis ligna et sarmenta congerente, praecipue Iudaeis alacri animo, ut solent, ad ista iuvantibus. 2. Cum autem rogus apparatus esset, Polycarpus sibi detractis omnibus vestimentis et

nem adversus Polycarpum emittat, cum ipse ludos se iam celebrasse respondeat. Cf. quae Lightfoot I, 987—998 de Asiarcha exposuit. — *Φίλιππον*] Infra 21, 2 Philippum Trallianum fuisse comperimus, et Strabo XIV, 42 Trallianos propter divitias semper Asiarchas electos fuisse refert. Nuper haec inscriptio: *Ἡ Ὀλυμπι[κὴ] βουλὴ Γ[άϊον] Ἰούλιο[ν] Φίλιππον Τραλλιανὸν τὸν Ἀσιάρχην ἠθῶν ἕνεκα, Ὀλυμπιάδι σλβʹ*, inventa et in *Archaeologische Zeitung* XXXVIII (1880), 62 publicata, in *Jahrbücher für protest. Theologie* VII (1881), illustrata est. Cum Olympias 232 sit annus Chr. 149, proxime ad annum mortis Polycarpi accedit, ac concludere licet, Philippum Trallianum Asiarcham in ea nominatum eundem esse cum Philippo Tralliano martyrio Polycarpi praesidente. Eundem etiam duae inscriptiones Trallianae (Boeckh, Corpus Inscript. graec. 2932, 2933) spectare videntur, quibus commemoratur *Γ. Ἰούλιος Φίλιππος ἐπίτροπος τῶν Σεβαστῶν* eiusque filius *Ἰούλιος Φίλιππος συγκλητικὸς στρατηγὸς Ῥωμαίων*, pater vel filius insuper *ἀγωνοθέτης* appellatur. — *πεπληρώκει*] pro *ἐπεπλ.* cf. 16, 2; Winer § 12, 9. — *κυνηγέσια*] De ludis bestiarum vel venationibus, quo nomine Romani eos designabant, cf. Friedländer, *Sittengeschichte Roms* II, 390—410 (ed. VI 1889); Marquardt, *Römische Staatsverwaltung* III (1878), 507. 542.

3. *ἔδει κτλ.*] Cf. Ioann. 18, 32. — *εἶπεν κτλ.*] Cf. 5, 2.

τὴν ζώνην ἐπειρᾶτο καὶ ὑπολύειν ἑαυτόν, μὴ πρότερον τοῦ διὰ τὸ ἀεὶ ἕκαστον τῶν πιστῶν σπουδάζειν, ὅστις τάχ χρωτὸς αὐτοῦ ἅψηται· παντὶ γὰρ καλῷ ἀγαθῆς ἕνεκεν π καὶ πρὸ τῆς μαρτυρίας ἐκεκόσμητο. 3. εὐθέως οὖν αὐτ ετίθετο τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ὄργανα. μελλόντων τῶν καὶ προσηλοῦν, εἶπεν· Ἄφετέ με οὕτως· ὁ γὰρ δοὺς ὑπ τὸ πῦρ δώσει καὶ χωρὶς τῆς ὑμετέρας ἐκ τῶν ἥλων ἀσφ ἄσκυλτον ἐπιμεῖναι τῇ πυρᾷ.

XIV. Οἱ δὲ οὐ καθήλωσαν μέν, προσέδησαν δὲ αὐτόν. ὀπίσω τὰς χεῖρας ποιήσας καὶ προσδεθείς, ὥσπερ κριὸς ἐπίσ ἐκ μεγάλου ποιμνίου εἰς προσφοράν, ὁλοκαύτωμα δεκτὸν τῷ ἡτοιμασμένον, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπεν· *Κύριε ὁ θ ὁ παντοκράτωρ*, ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογητοῦ παιδός σου Ἰ σοῦ Χριστοῦ πατήρ, δι' οὗ τὴν περὶ σοῦ ἐπίγνωσιν εἰλήφαμεν, θεὸς ἀγγέλων καὶ *δυνάμεων καὶ πάσης τῆς κτίσεως* παντός τ τοῦ γένους τῶν δικαίων, οἳ ζῶσιν ἐνώπιόν σου· 2. εὐλογῶ σε ὅτι ἠξίωσάς με τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας ταύτης, τοῦ λαβεῖν με μέρος ἐν ἀριθμῷ τῶν μαρτύρων ἐν τῷ ποτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ σου εἰς *ἀνάστασιν ζωῆς* αἰωνίου ψυχῆς τε καὶ σώματος ἐν ἀφθαρσίᾳ πνεύματος ἁγίου· ἐν οἷς προσδεχθείην ἐνώπιόν σου σήμερον ἐν θυσίᾳ πίονι καὶ προσδεκτῇ, καθὼς προητοίμασας καὶ προεφανέρωσας καὶ ἐπλήρωσας, ὁ ἀψευδὴς καὶ ἀληθινὸς θεός. 3. διὰ

1 ζώνην m E : + ἑαυτοῦ h p, αὐτοῦ b v | 2 ἀεὶ > m | ὅστις b p h E : τίς m v | τάχιον h E : τάχειον m p v, ταχίαν b | 3 ἐφάψηται E | παντὶ γ. καλῷ b : πράξεις γ. καλὰς h p v, πάσης γ. m, ἐν παντὶ γ. E | ἀγ. ἕνεκεν πολιτείας : καὶ ἀγαθὰς καὶ θεοτίμητον πολιτείαν p | 4 καὶ πρὸ τῆς μαρτ. > m | μαρτυρίας g L : πολιᾶς E Lightf. | οὖν : δὲ m | 5/6 αὐτῶν καὶ : αὐτὸν m | 6 προσηλοῦν : + αὐτὸν E, ἐν τῷ ξύλῳ v | 7 ἐκ τῶν ἥλων > m | 8 ἄσκυλτον m : ἀσκύλτως E, ἀσάλευτον g | 9 μὲν G : > E | προσέδησαν m E : ἔδησαν g | 11 ὁλοκαύτωμα h m v E : ὁλοκάρπωμα b p | τῷ θεῷ G : θεῷ παντοκράτορι E | 12 ἡτοιμασμένον — οὐρανὸν > E | 12/13 κύριε — παντοκράτωρ > E | 13 καὶ εὐλογητοῦ > h v | 15 θεὸς m p E : + ὁ b h v | τῆς b h p : > m v (E) | παντός τε m E : καὶ π. g | 16 δικαίων g E L : ἀνθρώπων m | 17 ἠξίωσας g : κατηξίωσας m (E) | καὶ ὥρας > m | με sec g : > m E | 18 μαρτύρων m E : + σου g | σου b h m v : > p E | 20 προσδεχθείην m E (L) : -θείη b, -θείημεν p v, -θῆμεν h | ἐν > m | 21 καὶ προεφ. G : προφανερώσας E | 22 καὶ ἐπλήρωσας g (E) : > m

XIII, 2. π. γ. καλῷ . . ἐκεκόσμητο] κεκοσμημένος (cf. vol. II). — ἀγα Vita Polyc. 6, 5: ἔργοις ἀγαθοῖς : θῆς ἐν. πολιτείας] Vita Polyc. 4, 1

ingulo soluto conabatur etiam se excalceare, quod prius non faciebat, quia semper cuncti fideles contendebant, quisnam celerius corpus eius tangeret; omni enim bono propter sanctos mores suos ille etiam ante martyrium ornatus erat. 3. Illico nunc ille omnibus instrumentis circumdabatur, quae pro rogo parata erant. Cum vero et clavis ipsum affigere vellent, dixit: Sinite me sic; qui enim dat ignem pati, dabit et sine vestra ex clavis cautione imperturbatum in pyra permanere.

XIV. Illi ergo non clavis defixerunt, sed alligaverunt eum. Hic vero manibus in tergum reiectis ac vinctus, tamquam aries insignis ex magno grege ad oblationem, victima acceptabilis deo praeparata, caelum intuitus dixit: ***Domine deus omnipotens,*** pater dilecti ac benedicti filii tui Iesu Christi, per quem tui notitiam accepimus, ***deus*** angelorum et ***virtutum et universae creaturae*** totiusque generis iustorum in conspectu tuo viventium; 2. benedico tibi, quoniam me hac die atque hac hora dignatus es, ut in numero martyrum acciperem partem calicis Christi tui ***ad resurrectionem in vitam*** aeternam animae et corporis in incorruptione per spiritum sanctum; inter quos utinam suscipiar hodie coram te tamquam sacrificium pingue et acceptum, quemadmodum praeparasti et mihi praemonstrasti et nunc adimplevisti, deus, mendacii nescius ac verax. 3. Quapropter

12 Apoc. 4, 8; 11, 17; 15, 3; 16, 7; 21, 22. — 14 Ps. 58, 3; Iudith 9, 12. 14. — 19 Ioann. 5, 29.

ἐν πολλῇ προκοπῇ .. τῆς κατὰ τὴν ἀγαθὴν πολιτείαν ὁ Πολύκαρπος ἐγένετο (cf. vol. II).

3. *μελλόντων — πυρᾷ*] Fere eadem in Actis Theodori mss. legi Usher ad h. l. indicavit. — *προσηλοῦν*] Martyrum manus nonnunquam clavis perforatas et lignis affixas esse, non solum ex vocibus *οὐ καθήλωσαν, προσέδησαν δέ* 14, 1 apparet, sed etiam ex Actis Pionii c. 21 (Ruinart, Acta ed. Galura I, 346), Carpi 37—38 (*Texte u. Unters.* III, 3—4 p. 450) etc.

XIV, 1. *κριὸς ἐπ.*] Cf. Mart. Ignat. Colb. 2, 7. — *παιδός*] Cf. I Clem. 59, 2 not. — *θεὸς .. δυνάμεων*] Cf. Herm. Vis. I, 3, 4. — *γένους τῶν δικαίων*] Cf. 17, 1; Herm. Sim. IX, 17, 5.

2. *εὐλογῶ κτλ.*] Similiter Acta Carpi 41 (*Texte u. Unters.* III, 3—4 p. 451). — *ὥρας τ.*] Cf. Ioann. 12, 27. — *ποτηρίῳ*] Cf. Matth. 20, 22. 23; 26, 39; Marc. 10, 38. 39. — *ψυχῆς τε καὶ σώματος*] Haec verba cum *ζωῆς αἰωνίου* coniungenda sunt. — *θυσίᾳ π.*] Cf. Ps. 19, 4. — *προεφανέρωσας*] Respicit ad 5, 2; 12, 3.

τὴν ζώνην ἐπειρᾶτο καὶ ὑπολύειν ἑαυτόν, μὴ πρότερον τοῦτο ποιῶν διὰ τὸ ἀεὶ ἕκαστον τῶν πιστῶν σπουδάζειν, ὅστις τάχιον τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἅψηται· παντὶ γὰρ καλῷ ἀγαθῆς ἕνεκεν πολιτείας καὶ πρὸ τῆς μαρτυρίας ἐκεκόσμητο. 3. εὐθέως οὖν αὐτῷ περιετίθετο τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ὄργανα. μελλόντων δὲ αὐτῶν καὶ προσηλοῦν, εἶπεν· Ἄφετέ με οὕτως· ὁ γὰρ δοὺς ὑπομεῖναι τὸ πῦρ δώσει καὶ χωρὶς τῆς ὑμετέρας ἐκ τῶν ἥλων ἀσφαλείας ἄσκυλτον ἐπιμεῖναι τῇ πυρᾷ.

XIV. Οἱ δὲ οὐ καθήλωσαν μέν, προσέδησαν δὲ αὐτόν. ὁ δὲ ὀπίσω τὰς χεῖρας ποιήσας καὶ προσδεθείς, ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος ἐκ μεγάλου ποιμνίου εἰς προσφοράν, ὁλοκαύτωμα δεκτὸν τῷ θεῷ ἡτοιμασμένον, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπεν· *Κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ*, ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογητοῦ παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ πατήρ, δι' οὗ τὴν περὶ σοῦ ἐπίγνωσιν εἰλήφαμεν, ὁ θεὸς ἀγγέλων καὶ *δυνάμεων καὶ πάσης τῆς κτίσεως* παντός τε τοῦ γένους τῶν δικαίων, οἳ ζῶσιν ἐνώπιόν σου· 2. εὐλογῶ σε, ὅτι ἠξίωσάς με τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας ταύτης, τοῦ λαβεῖν με μέρος ἐν ἀριθμῷ τῶν μαρτύρων ἐν τῷ ποτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ σου *εἰς ἀνάστασιν ζωῆς* αἰωνίου ψυχῆς τε καὶ σώματος ἐν ἀφθαρσίᾳ πνεύματος ἁγίου· ἐν οἷς προσδεχθείην ἐνώπιόν σου σήμερον ἐν θυσίᾳ πίονι καὶ προσδεκτῇ, καθὼς προητοίμασας καὶ προεφανέρωσας καὶ ἐπλήρωσας, ὁ ἀψευδὴς καὶ ἀληθινὸς θεός. 3. διὰ

1 *ζώνην* m E : + *ἑαυτοῦ* h p, *αὐτοῦ* b v | 2 *ἀεὶ* > m | *ὅστις* b p h E : *τίς* m v | *τάχιον* h E : *τάχειον* m p v, *ταχίαν* b | 3 *ἐφάψηται* E | *παντὶ γ. καλῷ* b : *πράξεις γ. καλὰς* h p v, *πάσης γ.* m, *ἐν παντὶ γ.* E | *ἀγ. ἕνεκεν πολιτείας* : *καὶ ἀγαθὰς καὶ θεοτίμητον πολιτείαν* p | 4 *καὶ πρὸ τῆς μαρτ.* > m | *μαρτυρίας* g L : *πολιᾶς* E Lightf. | *οὖν* : *δὲ* m | 5/6 *αὐτῶν καί* : *αὐτὸν* m | 6 *προσηλοῦν* : + *αὐτὸν* E, *ἐν τῷ ξύλῳ* v | 7 *ἐκ τῶν ἥλων* > m | 8 *ἄσκυλτον* m : *ἀσκύλτως* E, *ἀσάλευτον* g | 9 *μὲν* G : > E | *προσέδησαν* m E : *ἔδησαν* g | 11 *ὁλοκαύτωμα* h m v E : *ὁλοκάρπωμα* b p | *τῷ θεῷ* G : *θεῷ παντοκράτορι* E | 12 *ἡτοιμασμένον — οὐρανὸν* > E | 12/13 *κύριε — παντοκράτωρ* > E | 13 *καὶ εὐλογητοῦ* > h v | 15 *θεὸς* m p E : + *ὁ* b h v | *τῆς* b h p : > m v (E) | *παντός τε* m E : *καὶ π.* g | 16 *δικαίων* g E L : *ἀνθρώπων* m | 17 *ἠξίωσας* g : *κατηξίωσας* m (E) | *καὶ ὥρας* > m | *με* sec g : > m E | 18 *μαρτύρων* m E : + *σου* g | *σου* b h m v : > p E | 20 *προσδεχθείην* m E (L) : *-θείη* b, *-θείημεν* p v, *-θήημεν* h | *ἐν* > m | 21 *καὶ προεφ.* G : *προφανερώσας* E | 22 *καὶ ἐπλήρωσας* g (E) : > m

XIII, 2. *π. γ. καλῷ . . ἐκεκόσμητο*] Vita Polyc. 6, 5: *ἔργοις ἀγαθοῖς κεκοσμημένος* (cf. vol. II). — *ἀγαθῆς ἕν. πολιτείας*] Vita Polyc. 4, 1 :

cingulo soluto conabatur etiam se excalceare, quod prius non faciebat, quia semper cuncti fideles contendebant, quisnam celerius corpus eius tangeret; omni enim bono propter sanctos mores suos ille etiam ante martyrium ornatus erat. 3. Illico nunc ille omnibus instrumentis circumdabatur, quae pro rogo parata erant. Cum vero et clavis ipsum affigere vellent, dixit: Sinite me sic; qui enim dat ignem pati, dabit et sine vestra ex clavis cautione imperturbatum in pyra permanere.

XIV. Illi ergo non clavis defixerunt, sed alligaverunt eum. Hic vero manibus in tergum reiectis ac vinctus, tamquam aries insignis ex magno grege ad oblationem, victima acceptabilis deo praeparata, caelum intuitus dixit: ***Domine deus omnipotens,*** pater dilecti ac benedicti filii tui Iesu Christi, per quem tui notitiam accepimus, ***deus*** angelorum et ***virtutum et universae creaturae*** totiusque generis iustorum in conspectu tuo viventium; 2. benedico tibi, quoniam me hac die atque hac hora dignatus es, ut in numero martyrum acciperem partem calicis Christi tui ***ad resurrectionem in vitam*** aeternam animae et corporis in incorruptione per spiritum sanctum; inter quos utinam suscipiar hodie coram te tamquam sacrificium pingue et acceptum, quemadmodum praeparasti et mihi praemonstrasti et nunc adimplevisti, deus, mendacii nescius ac verax. 3. Quapropter

12 Apoc. 4, 8; 11, 17; 15, 3; 16, 7; 21, 22. — 14 Ps. 58, 3; Iudith 9, 12. 14. — 19 Ioann. 5, 29.

ἐν πολλῇ προκοπῇ .. τῆς κατὰ τὴν ἀγαθὴν πολιτείαν ὁ Πολύκαρπος ἐγένετο (cf. vol. II).

3. *μελλόντων — πυρᾷ*] Fere eadem in Actis Theodori mss. legi Usher ad h. l. indicavit. — *προσηλοῦν*] Martyrum manus nonnunquam clavis perforatas et lignis affixas esse, non solum ex vocibus *οὐ καθήλωσαν, προσέδησαν δέ* 14, 1 apparet, sed etiam ex Actis Pionii c. 21 (Ruinart, Acta ed. Galura I, 346), Carpi 37—38 (*Texte u. Unters.* III, 3—4 p. 450) etc.

XIV, 1. *κριὸς ἐπ.*] Cf. Mart. Ignat. Colb. 2, 7. — *παιδός*] Cf. I Clem. 59, 2 not. — *θεὸς .. δυνάμεων*] Cf. Herm. Vis. I, 3, 4. — *γένους τῶν δικαίων*] Cf. 17, 1; Herm. Sim. IX, 17, 5.

2. *εὐλογῶ κτλ.*] Similiter Acta Carpi 41 (*Texte u. Unters.* III, 3—4 p. 451). — *ὥρας τ.*] Cf. Ioann. 12, 27. — *ποτηρίῳ*] Cf. Matth. 20, 22. 23; 26, 39; Marc. 10, 38. 39. — *ψυχῆς τε καὶ σώματος*] Haec verba cum *ζωῆς αἰωνίου* coniungenda sunt. — *θυσίᾳ π.*] Cf. Ps. 19, 4. — *προεφανέρωσας*] Respicit ad 5, 2; 12, 3.

τοῦτο καὶ περὶ πάντων σὲ αἰνῶ, σὲ εὐλογῶ, σὲ δοξάζω διὰ τοῦ αἰωνίου καὶ ἐπουρανίου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀγαπητοῦ σου παιδός, δι' οὗ σοὶ σὺν αὐτῷ καὶ πνεύματι ἁγίῳ ἡ δόξα καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας. ἀμήν.

XV. Ἀναπέμψαντος δὲ αὐτοῦ τὸ ἀμὴν καὶ πληρώσαντος τὴν εὐχήν, οἱ τοῦ πυρὸς ἄνθρωποι ἐξῆψαν τὸ πῦρ. μεγάλης δὲ ἐκλαμψάσης φλογός, θαῦμα εἴδομεν, οἷς ἰδεῖν ἐδόθη· οἳ καὶ ἐτηρήθημεν εἰς τὸ ἀναγγεῖλαι τοῖς λοιποῖς τὰ γενόμενα. 2. τὸ γὰρ πῦρ καμάρας εἶδος ποιῆσαν, ὥσπερ ὀθόνη πλοίου ὑπὸ πνεύματος πληρουμένη, κύκλῳ περιετείχισεν τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος· καὶ ἦν μέσον οὐχ ὡς σὰρξ καιομένη, ἀλλ' ὡς ἄρτος ὀπτώμενος ἢ ὡς χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν καμίνῳ πυρούμενος. καὶ γὰρ εὐωδίας τοσαύτης ἀντελαβόμεθα, ὡς λιβανωτοῦ πνέοντος ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τιμίων ἀρωμάτων.

XVI. Πέρας γοῦν ἰδόντες οἱ ἄνομοι μὴ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι, ἐκέλευσαν προσελθόντα αὐτῷ κομφέκτορα παραβῦσαι ξιφίδιον. καὶ τοῦτο ποιήσαντος, ἐξῆλθεν [περιστερὰ καὶ] πλῆθος αἵματος, ὥστε κατασβέσαι τὸ πῦρ καὶ

1 *σὲ αἰνῶ — δοξάζω* m E (L) : *αἰνῶ σε* (+ *καὶ* p) *εὐλ. σε δοξ. σε* g | 1/3 *διὰ τοῦ — παιδός* m E (L) : *σὺν τῷ αἰωνίῳ καὶ ἐπουρανίῳ Ἰ. Χριστῷ ἀγαπητῷ σου παιδὶ* g | 3 *δι' οὗ σ. σ. αὐτῷ* m E (L) : *μεθ' οὗ σοι* g | *ἡ* g : > m E | *δόξα* + *κράτος* m | *καὶ* sec b h p E : > m v | *νῦν* : + *καὶ ἀεὶ* m (L) | 4 *μέλλ. αἰῶνας* b h v E : *αἰῶνας τῶν αἰώνων* m p L | 5 *ἀναπ. — ἀμὴν* > h v | 6 *προσευχὴν* E | *ἄνθρωποι* (*ἄνδρες* h) g E : *ὑπουργοὶ* m | 7 *θαῦμα* m E (L) : + *μέγα* g | *εἴδομεν* E : *ἴδομεν* (*ἴδωμεν* m) G | 7/8 *ἐτηρήθησαν* E | 9/10 *ὀθόνης . . . πληρουμένης* E | 10 *μάρτυρος* : *ἀρχιερέως* m | 11 *ὡς ἄρτος ὀπτ. ἢ* > E | 11/12 *ἢ ὡς — πυρούμενος* > m | 13 *πνέοντος . . ἄλλου* > m | 15 *γοῦν* v E : *δ' οὖν* m, *οὖν* b h p | *μὴ* m E : *οὐ* g | 17 *κονφέκτορα* m | 18 *περιστερὰ καὶ* G (L) : > E

3. *σὲ αἰνῶ κτλ.*] Cf. Constit. apost. VII, 47, hymnus: Gloria in excelsis.

XV, 1. *ἐξῆψαν κτλ.*] Cf. Act. Matth. c. 19—21.

2. *τὸ γ. πῦρ κτλ.*] Similia narrant Acta Theodoti c. 32. 34 (Ruinart-Galura III, 311—314). — *καμάρας*] Quod ignis *fornicis* praebens speciem steterit, id causis physicis tribui posse censet Dalrymplaeus. Rogus scilicet in medio erat aedificii forma ovali exstructi, sedilibus spissis undique surgentibus (Iacobson). — *εὐωδίας*] Inter ligna e balneis et officinis raptim comportata fortasse nonnulla odorata et aromatica fuisse plures suspicati sunt. Cf. autem Eus. H. E. V, 1, 35.

XVI, 1. *κομφέκτορα*] *Confectores* (*ἀναιρεταί*) bestias in amphitheatro *conficiebant*; si quando enim bestiae efferatae stragem populo minaren-

de omnibus te laudo, tibi benedico, te glorifico per sempiternum et caelestem pontificem Iesum Christum, dilectum tuum filium, per quem tibi cum ipso et spiritu sancto gloria et nunc et in futura saecula. Amen.

XV. Et postquam Amen emisisset precationemque complevisset, ministri ignis ignem accenderunt. Cum vero ingens flamma emicasset, miraculum vidimus, nos, quibus illud spectare concessum fuit, qui et ideo reservati sumus, ut aliis, quae contigerunt, annuntiaremus. 2. Ignis enim fornicis speciem praebens, tamquam navis velum a vento repletum, in circulo corpus martyris circumdedit; quod in medio positum, non ut caro assa videbatur, sed veluti panis coctus vel sicut aurum et argentum in fornace candens. Tantam autem nos percepimus suavitatem odoris, ac si thus aut aliud quoddam pretiosorum aromatum oluisset.

XVI. Tandem igitur cernentes improbi, corpus eius ab igne non posse consumi, iusserunt confectorem propius accedere pugioneque eum transfigere. Quod cum ille fecisset, effluxit [columba et] tanta sanguinis copia, ut ignem exstingueret utque

tur, ii immittebantur, qui eas *conficerent* ac occiderent (Iacobson). — *περιστερὰ καί*] Has voces non genuinas esse multi iam pridem censuerunt, et quomodo in textum pervenerint, alii alia suspicati sunt. Speciosissima est coniectura, quam Wordsworth (*Hippol. and the church of Rome* p. 318 sq.) instituit quamque olim comprobavi, scilicet auctorem *περὶ στύρακα* scripsisse. Quae verba facile *περιστερὰ καὶ* legi potuisse nemo non videt. Minus autem liquet, cur auctor ea scripserit, quippe quae sint superflua. Itaque non amplius ea recipere audeo. Altera ex parte lectio codicum suspicionem haud exiguam mihi movet, cum Eusebius, si in exemplari sibi proposito eam habuisset, vix eam omisisset, et verba *περιστερὰ καὶ* uncinis includo. Fortasse Pionius, qui Martyrium e codice corruptissimo descripsit (cf. 21, 3) et a cuius apographo codices nostri dependent, verba inseruit, idque conicere licet, cum in Vita Polycarpi miraculorum amantem se gerat et XI, 6 (cf. vol. II) columbam in capite Polycarpi ad episcopatum promovendi visam esse narret. Fortasse aliquis postea manum adiecit. Ceterum similia alii de martyribus referunt, e. g. Prudentius de Eulalia (Peristeph. III, 161—165). Döllinger (*Hippolytus und Kallistus* p. 63) has narrationes recte ad morem revocavit, quo Christiani veteres columbam, quae ipsis erat imago animae e corpore migrantis, in epitaphiis etc. saepe depingebant.

θαυμάσαι πάντα τὸν ὄχλον, εἰ τοσαύτη τις διαφορὰ μεταξὺ τῶν τε ἀπίστων καὶ τῶν ἐκλεκτῶν· 2. ὧν εἷς καὶ οὗτος γεγόνει ὁ θαυμασιώτατος μάρτυς Πολύκαρπος, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις διδάσκαλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικὸς γενόμενος, ἐπίσκοπος τῆς ἐν Σμύρνῃ καθολικῆς ἐκκλησίας. πᾶν γὰρ ῥῆμα, ὃ ἀφῆκεν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἐτελειώθη καὶ τελειωθήσεται.

XVII. Ὁ δὲ ἀντίζηλος καὶ βάσκανος καὶ πονηρός, ὁ ἀντικείμενος τῷ γένει τῶν δικαίων, ἰδὼν τό τε μέγεθος αὐτοῦ τῆς μαρτυρίας καὶ τὴν ἀπ' ἀρχῆς ἀνεπίληπτον πολιτείαν, ἐστεφανωμένον τε τὸν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον καὶ βραβεῖον ἀναντίρρητον ἀπενηνεγμένον, ἐπετήδευσεν, ὡς μηδὲ τὸ σωμάτιον αὐτοῦ ὑφ' ἡμῶν ληφθῆναι, καίπερ πολλῶν ἐπιθυμούντων τοῦτο ποιῆσαι καὶ κοινωνῆσαι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ. 2. ὑπέβαλεν γοῦν Νικήτην τὸν τοῦ

1 *πάντα* > m | *τις* > h | 2 *τε* m (v) E : > b h p | *ἐκλεκτῶν* + *εἴη* h p | 2/6 *ὧν* (*ὃν* h) — *τελειωθήσεται* b h m p E L : *καὶ οὕτως ἐτελειώθη ὁ ἅγιος ἱεράρχης καὶ ἔνδοξος μάρτυς τοῦ χριστοῦ πολύκαρπος τῇ εἰκάδι τρίτῃ τοῦ φευρουαρίου μηνὸς* v | 2 *γεγόνει* (*-όνι*) b cf. 12, 2 : *ἐγεγ.* p, *γέγονεν* h E, > m | *ὁ* + *μακάριος καὶ* m | 3 *μάρτυς Πολ.* b h p : *πολύκαρπος* m L, > E | 4 *ἐπίσκοπος* h m E L : + *τε* b p | 5 *καθολικῆς* b h p E : *ἁγίας* m (L) Lightf. | *ἀφῆκεν* m E : *ἐξαφ.* b h p | 5/6 *ἐκ τοῦ* : *διὰ* h | 6 *αὐτοῦ* + *καὶ* b | *ἐτελειώθη* b m E : > h p | 7 *ἀντίζηλος* : *ἀντίδικος* p, *ἀντικείμενος* m | *ὁ* + *καὶ* m | 9 *ἀνεπ. πολιτείαν* ∾ m | 10 *τε* : *δὲ* m | *τὸν* ... *στέφανον* h m v E : *τῶ* (*τὸν* b ?) .. *στεφάνω* b p | *ἀναντήριτον* h | 11 *ὥστε* m | *σωμάτιον* m E L : *λείψανον* g | 13 *ὑπέβαλεν* g : *-λον* E, *ὑπέλαβεν* m | *γοῦν* b E (+ *τινες*) : *οὖν* h (+ *ὁ πονηρός*), *γὰρ* p, *ὅθεν* (ante *ὑπέβαλεν*) v

2. *καθολικῆς*] Lightfoot sequens codicem m, cui patrocinatur interpres latinus, qui autem de reliquo versum liberrime reddidit, huic voci vocem *ἁγίας* praetulit. Harnack verisimillimum esse demonstrasse sibi visus est, illam vocem omnibus scripturae locis, ubi occurrit, interpolatam vel alteri substitutam fuisse. Cf. *The Expositor* 1885 p. 410 sq.; *Dogmengeschichte* II, 112 n. 3 (ed. III 1894). Hic autem sine dubio terminum rectum transgressus est. Concedendum est, posteriores ad illam vocem addendam vel inserendam propensos fuisse. Altera ex parte vix negari potest, tempore mortis Polycarpi vocem et quidem etiam eo sensu, quem hoc loco habet, adhiberi potuisse, et in inscriptione Martyrii et 8, 1, ubi alium sensum habet et ab omnibus testibus, traditur, vox aegre in dubium vocanda est. Locis duobus reliquis, ubi una ex parte *καθολικῆς*, altera ex parte *ἁγίας* traditur, id solum quaeritur, utra lectio genuina sit; namque non meram interpolationem hic exstare inde apparet, quod nullus testis de ecclesia sola loquitur,

universa plebs miraretur, tantum esse discrimen inter infideles et electos; 2. quorum unus hic fuit maxime admirandus martyr Polycarpus, qui nostris temporibus apostolicus et phropheticus doctor exstitit, catholicae ecclesiae Smyrnensis episcopus. Omne enim verbum, quod ore suo emisit, impletum est atque implebitur.

XVII. Sed cum aemulus ille et invidus et malus iustorumque generi adversus insigne illius martyrium cerneret moresque ab ineunte aetate irreprehensos et eum corona immortalitatis coronatum praemiumque sine controversia reportantem, operam dedit, ne reliquiae eius a nobis auferrentur, quamvis multi id facere et sancti eius corporis participes fieri cuperent. 2. Sug-

unusquisque praedicamentum habet ac minime verisimile est, in omnibus codicibus vel archetypis uno eodemque loco unam vocem interpolatam esse, modo hanc vel illam. Ut autem de illa re recte iudicemus, ante omnia animadvertendum est, litteras antiquissimas sicut de ecclesia catholica ita etiam de ecclesia sancta non vel rarissime dicere. In S. Scriptura et in epistulis Barnabae Clementis Polycarpi locutio deest. Paulus Eph. 5, 26—27 solum dicit, Christum ecclesiam sanctificasse, ut sit sancta et immaculata. Ignatius ea uno loco, Trall. inscr., utitur, semel autem etiam de ecclesia catholica loquitur, Sm. 8, 2. Hermas de ecclesia saepe dicit, de ecclesia sancta nonnisi ter (cf. index). Quae cum ita sint, haec locutio per se vix maiorem suspicionem movet quam illa. Deinde considerandum est, utroque loco, ubi ambae voces apparent, testes magis idoneos a parte vocis καθολικῆς esse; si codices omittimus, cum familia contra familiam sit, hoc loco eam Eusebius habet, alteram interpres latinus; 19, 2, ubi Eusebius deest, haec vox praeter codicem m omnino nullum testem habet. Testes ergo vix dubium relinquunt, lectionem καθολικῆς genuinam esse. Codici m vel eius fonti posteriorem 19, 2 manum intulisse, etiam Lightfoot lectione altera recepta agnovit. Sin autem aliena manus 19, 2 voci καθολικῆς vocem ἁγίας substituit, eandem etiam 16, 2 idem fecisse iure colligimus. Vox autem hoc loco alium sensum habet ac supra inscr. et 8, 1 et infra 19, 2, ubi similiter ac Ign. Smyrn. 8, 2 ecclesiam universalem vel toto orbe diffusam declarat. Cum hic ad ecclesiam Smyrnaeorum spectet, conventui Christianorum non ad illam pertinenti vel conventui haereticorum opposita est, ergo ecclesiam Smyrnaeorum orthodoxam denotat, atque hoc sensu Martyrium eam primum usurpat, postea Fragmentum Muratorianum et Clemens Alexandrinus. — ἀποστολικός] Polycarpus etiam ab Irenaeo (Fragm. II ed. Stieren I, 823) et Eusebio H. E. III, 36, 10 apostolicus appellatur.

XVII, 1. ἀντίζηλος κτλ.] Cf. Act. Matth. c. 12. — ὡς μηδὲ κτλ.] Cf. Ep. Vienn. et Lugd. Eus. H. E. V, 1, 62.

Ἡρώδου πατέρα, ἀδελφὸν δὲ Ἄλκης, ἐντυχεῖν τῷ ἄρχοντι, ὥστε μὴ δοῦναι αὐτοῦ τὸ σῶμα· μή, φησίν, ἀφέντες τὸν ἐσταυρωμένον τοῦτον ἄρξωνται σέβεσθαι. καὶ ταῦτα εἶπον ὑποβαλλόντων καὶ ἐνισχυόντων τῶν Ἰουδαίων, οἳ καὶ ἐτήρησαν, μελλόντων ἡμῶν ἐκ τοῦ πυρὸς αὐτὸν λαμβάνειν· ἀγνοοῦντες, ὅτι οὔτε τὸν Χριστόν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα ἄμωμον ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν, οὔτε ἕτερόν τινα σέβεσθαι. 3. τοῦτον μὲν γὰρ υἱὸν ὄντα τοῦ θεοῦ προσκυνοῦμεν· τοὺς δὲ μάρτυρας ὡς μαθητὰς καὶ μιμητὰς τοῦ κυρίου ἀγαπῶμεν ἀξίως ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς κοινωνούς τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι.

XVIII. Ἰδὼν οὖν ὁ κεντυρίων τὴν τῶν Ἰουδαίων γενομένην φιλονεικίαν, θεὶς αὐτὸν ἐν μέσῳ, ὡς ἔθος αὐτοῖς, ἔκαυσεν. 2. οὕτως τε ἡμεῖς ὕστερον ἀνελόμενοι τὰ τιμιώτερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυσίον ὀστᾶ αὐτοῦ ἀπεθέμεθα, ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν. 3. ἔνθα ὡς δυνατὸν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ παρέξει ὁ κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἴς τε τὴν τῶν προηθληκότων μνήμην καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν.

1 *Ἄλκης* : *ἕλκεις* m | *ἄρχοντι* g (L) cf. 19, 2 : *ἡγεμόνι* E, *ἀνθυπάτῳ* m 3 *ἄρξονται* b p v | *καὶ* pr > m | *εἶπον* E : *εἰπὼν* g, > m | 4 *τῶν* h p v : > b m | 5 *αὐτὸν* h p E : *αὐτὸ* m, *τοῦτο* v, > b | 5/12 *ἀγνοοῦντες — γενέσθαι* > v | 5 *οὔτε* > m | 5/6 *ποτε καταλ.* : *καταλ. πόποτε* h p (*πώπ.*) | 6 *παντὸς* > m | 6/7 *τῶν σωζ.* > m | 7 *παθόντα* : *ἀποθανόντα* m | *ἄμ. ὑ. ἁμαρτωλῶν* > E | 9 *μαθητὰς* . . *μιμητὰς* ∾ h | 9/10 *τοῦ κυρίου* : *αὐτοῦ* m | 10 *ἕνεκεν* m *ἐννοίας* h | 11 *ὧν* : *ᾧ* m | *κοινωνοὺς* b h m L : *συγκοιν.* p E | 12 *μαθητὰς* E | 13 *κεντυρίων* m v L : *ἑκατοντάρχης* E, *ἑκατόνταρχος κεντ.* b h p | *Ἰουδ. γενομένην* g E : *λεγομένων Ἰουδ.* m | 14 *ὡς ἔθος αὐτοῖς* m E : *τοῦ πυρὸς* g, > L | 16/17 *καὶ ἀκ. ἦν* : *ἀκολούθως* m | 17 *ἔνθα* > m | 17/18 *συναγ. — χαρᾷ* : *συναγαλλομένοις καὶ συναγομένοις ἐν χαρᾷ* h | 18 *μαρτυρίου* : *μάρτυρος* m | 19 *τὴν* b h v : > m p | *τῶν προηθληκότων* m p E : *τῶν ἠθληκότων* b, *αὐτοῦ* h v |

2. *Ἄλκης*] Nec fratrem Alces Smyrnaei Nicetam dixissent neque Alcen omnino commemorassent (cf. 8, 2), nisi Christiana lectoribusque nota illa fuisset. Nam eum in finem hoc ipso demum loco eius facta est mentio, ut Nicetae crimen maius appareret, qui, cum dudum e sorore comperire potuisset, qualis Christianorum animus esset, a spe persua-

gessit ergo diabolus Nicetae, Herodis patri, fratri autem Alces, adire proconsulem, ne corpus illius traderet: ne, inquit, relicto crucifixo hunc colere incipiant. Atque haec dicebant suggerentibus et instantibus Iudaeis, qui quoque observaverant nos ex igne eum extracturos; ignari, quod nec Christum, qui pro salute omnium, qui in toto mundo salvi fient, passus est inculpatus pro peccatoribus, unquam derelinquere poterimus neque alium quemquam colere. 3. Illum enim, utpote filium dei, adoramus; martyres vero tamquam domini discipulos et imitatores merito diligimus propter eximiam ipsorum erga regem ac magistrum suum benevolentiam; quorum utinam et nos fiamus consortes ac condiscipuli.

XVIII. Videns autem centurio a Iudaeis ortam contentionem, corpus in medio positum, ut illis mos erat, exussit. 2. Atque ita nos postea ossa illius gemmis pretiosissimis exquisitiora et super aurum probatiora tollentes, ubi decebat, deposuimus. 3. Quo etiam loci nobis, ut fieri poterit, in exsultatione et gaudio congregatis dominus praebebit natalem martyrii eius diem celebrare, tum in memoriam eorum, qui certamina iam pertulerunt, tum ut posteri exercitati sint et parati ad eadem sustinenda.

dendi Polycarpo deiectus (8, 2) iam omnem exuerat humanitatem et malignis Iudaeorum calumniis aurem praebebat. Nec temporum ratio obstat, quominus hanc Alcen eandem fuisse arbitremur, quam Traiani temporibus Ignatius salutaverat, Christianam Smyrnaeam (Sm. 13, 2. Polyc. 8, 2). Si tricesimum tunc annum agebat, frater eius, quem senem fuisse filius irenarcha demonstrat, quadraginta quinque annis post (110—155) superstes esse poterat (Zahn). — *τοῦτον ἀρξ. σέβεσθαι*] Cf. Eus. H. E. VIII, 6, 7. — *ὑποβαλλόντων . . Ἰουδαίων*] Cf. Act. 19, 33. — *ἄμωμον ὑ. ἀμ.*] Cf. I Petr. 3, 18.

3. Cf. Lactant. Instit. V, 11, 6; Epiph. H. 79 c. 7. 9; August. C. Faust. XX, 21; De civit. Dei X, 1.

XVIII, 1. Martyrium Nestoris episc. Perg.: *συναχθέντες δὲ οἱ Χριστιανοὶ διὰ τῆς νυκτὸς καὶ χρήμασι παρὰ τῶν στρατιωτῶν ὠνησάμενοι τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον κατέθεντο ἐντίμως ἐν ἐπισήμῳ κτλ.* (Aubé, *Hist. des persécutions de l'Eglise* III, 516). Cf. Eus. H. E. V, 1, 61.

3. *ἡμέραν γεν.*] Testimonium huius locutionis epistula Smyrnaeorum antiquius non exstat, verumtamen sententiam, unde orta est, Ignatius praeclare expressit Rom. 6, 1. 2 (Zahn). Cf. Tert. De corona mil. c. 3.

XIX. Τοιαῦτα τὰ κατὰ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὃς σὺν τοῖς ἀπὸ Φιλαδελφίας δωδέκατος ἐν Σμύρνῃ μαρτυρήσας, μόνος ὑπὸ πάντων μᾶλλον μνημονεύεται, ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἐν παντὶ τόπῳ λαλεῖσθαι· οὐ μόνον διδάσκαλος γενόμενος ἐπίσημος, ἀλλὰ καὶ μάρτυς ἔξοχος, οὗ τὸ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσιν μιμεῖσθαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενόμενον. 2. διὰ τῆς ὑπομονῆς καταγωνισάμενος τὸν ἄδικον ἄρχοντα καὶ οὕτως τὸν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον ἀπολαβών, σὺν τοῖς ἀποστόλοις καὶ πᾶσιν δικαίοις ἀγαλλιώμενος δοξάζει τὸν θεὸν καὶ πατέρα παντοκράτορα καὶ εὐλογεῖ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν σωτῆρα τῶν ψυχῶν ἡμῶν καὶ κυβερνήτην τῶν σωμάτων ἡμῶν καὶ ποιμένα τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας.

XX. Ὑμεῖς μὲν οὖν ἠξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα, ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπὶ κεφαλαίῳ μεμηνύκαμεν διὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Μαρκίωνος. μαθόντες οὖν ταῦτα καὶ τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς τὴν ἐπιστολὴν διαπέμψασθε, ἵνα καὶ ἐκεῖνοι δοξάζωσιν τὸν κύριον τὸν ἐκλογὰς ποιοῦντα ἀπὸ τῶν ἰδίων δούλων.

2. Τῷ δὲ δυναμένῳ πάντας ἡμᾶς εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ δωρεᾷ εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ βασιλείαν διὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, τιμή, κράτος, μεγαλωσύνη εἰς τοὺς αἰῶνας. προσαγορεύετε πάντας τοὺς ἁγίους. ὑμᾶς οἱ σὺν ἡμῖν προσαγορεύουσιν καὶ Εὐάρεστος, ὁ γράψας, πανοικεί.

2 *δωδέκατος . . . μαρτυρήσας* G : *δώδεκα τοῦ . . . μαρτυρήσαντος* E (codd) | 3 *μᾶλλον* E (L) : > G | 4 *λαλεῖσθαι* : hic desinit E | *διδάσκαλος* b h m v : + *ἐθνῶν* p (L) | 5 *ἐξοχότατος* h v | 6 *μιμήσασθαι* m | *Χριστοῦ* : *τοῦ Χρ.* h | *διὰ* : *καὶ διὰ* h | *τῆς* + *αὐτοῦ* h | 6/7 *ὑπομονῆς* h m p v : + *γὰρ* b 9 *τὸν θεὸν καὶ* : *θεὸν* m | *παντοκράτορα* m L : > g | 10 *ἡμῶν* g L : > m | 10/11 *Ἰησοῦν — ἡμῶν* > b | 11 *ἡμῶν* > m | 12 *τὴν* > m | *καθολικῆς* g L : *ἁγίας* m | *ἐκκλησίας* : + *καὶ τὸ πανάγιον καὶ ζωοποιὸν πεῦμα* v (L), v deinde fere eadem adiungit, quae 17, 3 omisit, ac statim clausulam *ᾧ ἡ δόξα κτλ.* (cf. 20, 2; 22, 2) imponit | 14 *ἐπὶ* b h p : *ὡς ἐν* m | *μεμηνύκαμεν* : *μὲν ἠκούσαμεν* h | 15 *Μαρκίωνος* m : Marcianum L, *μάρκου* b h p | 17 *ποιοῦντα ἀπὸ* b h p : *ποιούμενον* m | 18 *τὸ* h | *δὲ* m : *καὶ* h, > b p | *δυνάμενον* h | *ἐν* b h p : > m | 19 *αἰώνιον* b h p : *ἐπουράνιον* m | *τοῦ* h m p : > b | 19/20 *παιδὸς αὐτοῦ τοῦ μονογ.* b h p : *μονογ. αὐτοῦ παιδὸς* m | 20 *ᾧ ἡ δ.* b h p : *δόξα* m | 21 *τοὺς αἰῶνας* m : *αἰῶνας. ἀμὴν* b h p (L) | 22 *ὑμᾶς* b p : *καὶ γὰρ ὑμᾶς* m, > h | *οἱ* h | *ἡμῖν* b h p L : + *ἀδελφοὶ* m | *καὶ* + *αὐτὸς* m | *γράψας* b h p L : + *τὴν ἐπιστολὴν* m

XIX, 1. *ὃς σὺν τοῖς ἀπὸ Φιλαδελ-* | *φίας δωδ.*] Haec verba proprie deno-

XIX. Haec de beato Polycarpo, qui cum iis, qui ex Philadelphia, duodecimus Smyrnae martyrium est passus, sed solus ab omnibus magis commemoratur, ita ut a gentilibus quoque ubique locorum de eo sermo fiat; qui non solum doctor insignis exstitit, sed etiam martyr eximius, cuius martyrium evangelio Christi congruum omnes imitari desiderant. 2. Postquam sustinendo iniustum praesidem vicit sicque immortalitatis coronam recepit, cum apostolis omnibusque iustis exsultans deum ac patrem omnipotentem glorificat et benedicit domino nostro Iesu Christo, animarum nostrarum salvatori et corporum nostrorum gubernatori nec non pastori catholicae in toto orbe ecclesiae.

XX. Vos quidem petieratis, ut cuncta, quae gesta sunt, fusius vobis exponerentur; nos vero impraesentiarum summatim indicavimus per fratrem nostrum Marcionem. Quae quidem cum legeritis, epistulam fratribus remotioribus transmittatis, ut et ipsi glorificent dominum, qui ex suis famulis delectum facit.

2. Ei autem, qui omnes nos gratia sua atque indulgentia in regnum suum aeternum potest inducere per unigenitum filium suum Iesum Christum, ipsi sit gloria, honor, imperium, maiestas in saecula. Salutate omnes sanctos. Salutant vos, qui nobiscum sunt et qui scripsit haec, Evarestus cum omni domo sua.

tant, Christianos, qui una cum Polycarpo martyrium passi sunt, numero undecim, omnes Philadelphienses fuisse. Fortasse autem etiam interpretari licet: qui cum aliis (undecim), iis inclusis, qui e Philadelphia erant, duodecimus etc. Mirum saltem esset, si duodecim martyres praeter unum omnes eiusdem urbis fuissent. Unus ex undecim illis martyribus supra 3, 1 nominatur, sc. Germanicus. Fortasse ex eorum numero etiam Arutus (Aratus), Cosconius, Melanippus et Zeno erant, quos una cum Polycarpo 23 die Februarii passos esse Martyrologium vetus syriacum (ed. syr. Wright, *Journal of Sacred Literature* 1865/66, germanice E. Egli, *Altchristliche Studien* 1887) et Martyrologium Hieronymianum tradunt. — *μᾶλλον*] sc. quam reliqui martyres. — *μνημονεύεται*] Ut contextus docet, haec vox non de cultu, sed de memoria martyris intellegenda est.

2. *σὺν τοῖς ἀποστόλοις κτλ.*] Cf. Polyc. Phil. 9, 1.

XX, 1. *μεμηνύκαμεν διὰ τοῦ κτλ.*] Perfectum indicare videtur, Marcionem epistulam composuisse. Si de tabellario epistulam perferente sermo esset, praesens exspectandum esset. Scriba epistulae v. 2 nominatur.

2. *τῷ δὲ — ᾧ*] Auctor h. l. Paulum imitari videtur, qui Rom. 16, 25—27 (Eph. 3, 20. 21) simili constructione utitur. Cf. II Clem. 20, 5. — *ὁ γράψας*] Cf. Rom. 16, 22.

XXI. Μαρτυρεῖ δὲ ὁ μακάριος Πολύκαρπος μηνὸς Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἱσταμένου, πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Μαρτίων, σαββάτῳ μεγάλῳ, ὥρᾳ ὀγδόῃ. συνελήφθη δὲ ὑπὸ Ἡρώδου ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανοῦ, ἀνθυπατεύοντος Στατίου Κοδράτου, βασιλεύοντος δὲ εἰς τοὺς αἰῶνας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα, τιμή, μεγαλωσύνη, θρόνος αἰώνιος ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. ἀμήν.

XXII. Ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὐχόμεθα, ἀδελφοί, στοιχοῦντας τῷ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον λόγῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ δόξα τῷ θεῷ καὶ πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ τῶν ἁγίων ἐκλεκτῶν· καθὼς ἐμαρτύρησεν ὁ μακάριος Πολύκαρπος, οὗ γένοιτο ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι ἡμᾶς.

2. Ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάϊος ἐκ τῶν Εἰρηναίου, μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ. ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τῶν Γαΐου ἀντιγράφων ἔγραψα. ἡ χάρις μετὰ πάντων.

3. Ἐγὼ δὲ πάλιν Πιόνιος ἐκ τοῦ προγεγραμμένου ἔγραψα ἀνα-

1 *μαρτυρεῖ* b h p : *ἐμαρτύρησεν* m | *μηνός* : *κατὰ μὲν ἀσιανοὺς μηνὸς* m | 2 *ἱσταμένου* b h p : > m | *πρό* : *κατὰ δὲ ῥωμαίους πρὸ* m | *Μαρτίων* m (etiam in titulo) : *μαΐων* b p L, *μαΐου* h, *ἀπριλίων* Chron. pasch. | 3 *ὀγδόῃ* b h p L : *ἐνάτῃ* m | *συνελήφθη* : *ἣ καὶ σ.* m | *δὲ* h p : > b m | *ἐπὶ ἀρχ.* b h p : *ἀρχιεραρχοῦντος μὲν* m | 4 *Φιλίππου* + *τοῦ ἀσεβοῦς* m | *Τραλλιανοῦ* b p : *στραλιανοῦ* h, *τραϊανοῦ* m L | *ἀνθυπατεύοντος* b m (+ *δὲ* m) p : *ἀνθυπάτου ὄντος* h | *Στ. Κοδράτου* > p | *Στατίου* L : *στρατίου* h p, *τατίου* Chron. pasch., > m | *Κοδράτου* m L Chron. pasch. : *κορά͂του* b h | 5 *τοῦ κυρίου ἡμῶν* m (L) : > b h p | 6/7 *ᾧ — ἀμήν* b h L : > m p | 8/12 *ἐρρῶσθαι — ἡμᾶς* > m L | 8 *ἔρρωσθε* p | *τῷ* : *τὸ* b p | 9 *οὗ* + *πᾶσα* p | 9/10 *καὶ π. — πνεύματι* b h : > p | 11 *μακάριος* b : *ἅγιος* h p | *οὗ* b : *ὃν* h p | 13/6 p. 342 *ταῦτα — ἀμὴν* b h p (L) : m hic exhibet epilogum divergentem capiti XXII adiunctum | 14 *τοῦ* + *ἁγίου* p | 15/16 *ἡ. χ. μ. πάντων* b h : + *ἡμῶν* p, > L

XXI. Cf. de hoc capite et sequente Prolegomena c. 2. — *Ξανθικοῦ — Μαρτίων*] Polycarpum mense Xanthico mortuum esse fere omnes testes consentiunt. Xanthicus autem mensis anni macedoniaci sextus fuit et initium fecit die 22. Februarii (Cf. Ideler, *Handbuch der Chronologie* I, 419. 423). Itaque dies Xanthici secundus vel natalis s. Polycarpi dies 23. Februarii est sive is dies, quo codex v quoque s. martyrem obiisse narrat (cf. 16, 2 not.). Quodsi consideraveris, lectionem, quam exhibet

XXI. Martyrium autem passus est beatus Polycarpus Xanthici mensis ineuntis die secundo, ante septimum Calendas Martias, magno sabbato, hora octava. Captus est autem ab Herode sub pontifice Philippo Tralliano, proconsule Statio Quadrato, regnante autem in saecula domino nostro Iesu Christo; cui sit gloria, honor, maiestas, thronus sempiternus a generatione in generationem. Amen!

XXII. Optamus, fratres, vos valere ac incedere in evangelico sermone Iesu Christi, cum quo gloria sit deo et patri et spiritui sancto ob sanctorum electorum salutem; quemadmodum beatus Polycarpus martyrium pertulit, ad cuius vestigia utinam inveniamur in regno Iesu Christi!

2. Atque haec ex codice Irenaei, discipuli Polycarpi, descripsit Caius, qui et ipse cum Irenaeo conversatus est. Ego vero Socrates Corinthi ex Caii exemplari haec descripsi. Gratia sit cum omnibus.

3. Et posthaec ego Pionius ex suprascriptis haec exaravi,

m et quam iam Valesius ad Euseb. H. E. IV, 15 proposuerat, nihil haesitans recipies. Profecto ecclesia orientalis natalitia Polycarpi VII Calendas Martias celebrabat et adhuc celebrat, nec quisquam non videt, pro *Μαρτίων* facillime a librario neglegente *Μαΐων* scribi potuisse. Auctor Chronici paschalis autem *Ἀπριλίων* scripsisse videtur, quia Polycarpum *τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ* vel sabbato hebdomadis magnae mortuum esse putavit. De diebus diversis, ad quos Martyrium referebatur, Lightfoot I 660—696 amplissime egit. — *ὀγδόῃ*] i. e. hora secunda post meridiem. — *ἀρχιερέως* — *Τραλλιανοῦ*] Cf. 12, 2 not. — *ἀνθυπατεύοντος κτλ.*] Cf. Proleg. c. 1. — *βασιλεύοντος κτλ.*] Eadem vel similia verba in fine multorum Actorum leguntur, cf. Act. mart. Scillitanorum gr. (ed. Usener 1881); Apollonii c. 47 (Anal. Boll. XIV, 294), Cypriani (procons.) c. 6. — *ᾧ ἡ δόξα κτλ.*] Iisdem fere verbis Clementis epistula ad Cor. 65, 2 terminatur.

XXII, 1. *μεθ' οὗ κτλ.*] Haec doxologia non saeculum secundum, sed aetatem posteriorem sapit. — *οὗ γένοιτο . . πρὸς κτλ.*] Fere eadem verba scripsit Ignatius Eph. 12, 2.

2. *ὃς καὶ κτλ.*] Si Caius noster cum Irenaeo conversatus est, eodem fere tempore vixit, quo Caius presbyter Romanus (Euseb. H. E. II, 25, 6), et fortasse idem est. Qui fuerit vel quando vixerit Socrates vel Isocrates Corinthius, ne conicere quidem possumus.

3. *ἐγὼ κτλ.*] Cum Pionius dicat, Martyrium ex exemplari Socratis se

ζητήσας αὐτά, κατὰ ἀποκάλυψιν φανερώσαντός μοι τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου, καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεξῆς· συναγαγὼν αὐτὰ ἤδη σχεδὸν ἐκ τοῦ χρόνου κεκμηκότα, ἵνα κἀμὲ συναγάγῃ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ εἰς τὴν οὐράνιον βασιλείαν αὐτοῦ, ᾧ ἡ δόξα σὺν τῷ πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

EPILOGUS ALIUS

E CODICE MOSQUENSI DESCRIPTUS.

1. Ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάϊος ἐκ τῶν Εἰρηναίου συγγραμμάτων, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ, μαθητῇ γεγονότι τοῦ ἁγίου Πολυκάρπου. 2. οὗτος γὰρ ὁ Εἰρηναῖος, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ μαρτυρίου τοῦ ἐπισκόπου Πολυκάρπου γενόμενος ἐν Ῥώμῃ, πολλοὺς ἐδίδαξεν· οὗ καὶ πολλὰ συγγράμματα κάλλιστα καὶ ὀρθότατα φέρεται· ἐν οἷς μέμνηται Πολυκάρπου, ὅτι παρ' αὐτοῦ ἔμαθεν· ἱκανῶς τε πᾶσαν αἵρεσιν ἤλεγξεν καὶ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα καὶ καθολικόν, ὡς παρέλαβεν παρὰ τοῦ ἁγίου, καὶ παρέδωκεν. 3. λέγει δὲ καὶ τοῦτο· ὅτι συναντήσαντός ποτε τῷ ἁγίῳ

1 *μοι* : *μου* h | 3 *κύριος* + *ἡμῶν* p | 4 *οὐράνιον* b h : *ἐπουρ.* p | 5 *τῷ* h p : > b | *καὶ* b p : + *τῷ* h

descripsisse, postquam Polycarpus ei scripturam revelaverit, sicut in sequentibus, *ἐν τῷ καθεξῆς*, declaraturus sit, cumque Vita Polycarpi (in volumine huius operis secundo edita) incipiat: *Ἐπανελθὼν ἀνωτέρω . . . ποιήσομαι καθεξῆς τὸν λόγον*, Halloix, qui primus inter recentiores hanc scripturam legit, et Bollandus, qui eam latine versam publicavit, haec verba illa respicere censuerunt ac concluserunt, Pionio, qui hunc versum scripsit, etiam Vitam Polycarpi attribuendam esse. Scripturae quidem non illam rationem inter se habent. Exordium Vitae Polycarpi, ut contextus docet, non ad aliam scripturam vel ad clausulam Martyrii spectat. Vita Polycarpi insuper in codice unico eam tradente Martyrium non sequitur, sed praecedit. Attamen sententia illa recta esse videtur. Animadvertendum est, Vitam Polycarpi non integram, sed mutilam nobis traditam et Martyrium ab auctore, nisi omnia fallunt, neque post neque ante Vitam positam, sed potius

postquam illa perquisivissem et beatus Polycarpus ea per revelationem mihi manifestasset, ut in sequentibus declarabo. Collegi ea propemodum ex temporis diuturnitate fatiscentia, ut me quoque cum electis suis in regnum suum caeleste colligat dominus Iesus Christus, cui sit gloria cum patre et spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen!

EPILOGUS ALIUS

E CODICE MOSQUENSI DESCRIPTUS.

1. Atque haec e codice Irenaei descripsit Caius, qui et ipse conversatus est cum Irenaeo, discipulo sancti Polycarpi. 2. Etenim Irenaeus, qui tempore martyrii Polycarpi episcopi Romae erat, multos docuit, cuius et multae scripturae praestantissimae ac rectae fidei circumferuntur; in quibus meminit Polycarpi et ab eo se didicisse refert; probe quoque omnem haeresim redarguit et ecclesiasticam regulam ac catholicam, sicut a sancto accepit, ita etiam tradidit. 3. Refert autem et hoc: cum sancto

in hac insertam fuisse; clausulam Martyrii eundem auctorem prodere ac Vitam, et verba καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεξῆς ad particulam huius scripturae deperditam referenda esse. Pionius autem, qui Vitam composuit, non martyr Smyrnae anno 250 mortuus est, cuius Acta nobis tradita sunt, sed aliquis posterior, qui parte saeculi IV altera vixit et nomen Pionii sibi usurpasse videtur, ut martyr ille celeberrimus putaretur. Cf. quae Lightfoot II, 1005—13 de hac re exposuit.

Epilogus alius]. Haec particula versibus 1 et 5 eadem exhibet, quae supra 22, 2—3 leguntur, modo paucis verbis mutatis vel omissis. Altera ex parte de Polycarpo plura referuntur, quae illic non leguntur, versus 2—4, quos a posteriore insertos esse non est dubium.

2. οὗ] Vocabulum, cum sequatur αὐτοῦ, potest esse adverbium vel genetivus, voce αὐτοῦ pleonastice adiecta. Vix autem auctor dicere voluit, Romae vel in Occidente scripta Polycarpi vulgari. — ἐν οἷς κτλ.] Exstant etiam tres scripturae Irenaei vel particulae scripturarum, quibus Polycarpi mentio fit, scilicet Adversus haereses III, 3, 4; Ep. ad Florinum apud Eus. H. E. V, 20; Ep. ad Victorem apud Eus. H. E. V, 24.

Πολυκάρπῳ Μαρκίωνος, ἀφ' οὗ οἱ λεγόμενοι Μαρκιωνισταί, καὶ εἰπόντος· Ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς, Πολύκαρπε, εἶπεν αὐτὸς τῷ Μαρκίωνι· Ἐπιγινώσκω, ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ σατανᾶ. 4. καὶ τοῦτο δὲ φέρεται ἐν τοῖς τοῦ Εἰρηναίου συγγράμμασιν, ὅτι ᾗ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ ἐν Σμύρνῃ ἐμαρτύρησεν ὁ Πολύκαρπος, ἤκουσεν φωνὴν ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει ὑπάρχων ὁ Εἰρηναῖος ὡς σάλπιγγος λεγούσης· Πολύκαρπος ἐμαρτύρησεν.

5. Ἐκ τούτων οὖν, ὡς προλέλεκται, τῶν τοῦ Εἰρηναίου συγγραμμάτων Γάϊος μετεγράψατο, ἐκ δὲ τῶν Γαΐου ἀντιγράφων Ἰσοκράτης ἐν Κορίνθῳ. ἐγὼ δὲ πάλιν Πιόνιος ἐκ τῶν Ἰσοκράτους ἀντιγράφων ἔγραψα κατὰ ἀποκάλυψιν τοῦ ἁγίου Πολυκάρπου ζητήσας αὐτά, συναγαγὼν αὐτὰ ἤδη σχεδὸν ἐκ τοῦ χρόνου κεκμηκότα, ἵνα κἀμὲ συναγάγῃ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ εἰς τὴν ἐπουράνιον αὐτοῦ βασιλείαν· ᾧ ἡ δόξα σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

1 *Μαρκίωνος* : *μαρκίων* cod | 2 *εἶπεν* : *εἰπεῖν* cod | 8 *τούτων* : *τούτου* cod | *Εἰρηναίου* : *εἰρηναῖος* cod

3. Haec ex Iren. Adv. haer. III, 3, 4 desumpta sunt.

4. Quae hic de Irenaeo referuntur, in scriptis Irenaei nobis traditis non leguntur. Similia de aliis sanctis narrantur.

5. *Πολυκάρπου*] Post hanc vocem alter textus addit: *καθὼς δηλώσω*

Polycarpo aliquando occurreret Marcion, a quo sunt, qui Marcionitae vocantur, atque diceret: Cognosce nos, Polycarpe, ipse dixit Marcioni: Cognosco, cognosco primogenitum satanae. 4. Et hoc fertur in scripturis Irenaei, ea die et hora, qua Polycarpus Smyrnae martyrium subiit, Irenaeum in urbe Romanorum versantem vocem audivisse quasi tuba clamante: Polycarpus martyrium subiit.

5. Ex his igitur Irenaei scripturis, sicut ante dictum est, descripsit Caius, e Caii exemplari Isocrates Corinthi. Et rursus ego Pionius ex Isocratis exemplari descripsi, postquam revelante sancto Polycarpo scripturam perquisivi, colligens eam propemodum ex temporis diuturnitate fatiscentem, ut me quoque cum electis suis in regnum suum caeleste colligat dominus Iesus Christus, cui sit gloria cum patri et filio et spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

ἐν τῷ καθεξῆς. Verba consentanea erant, dum Martyrium scripturae ampliori vel Vitae Polycarpi insertum erat, in qua sequebantur, quae illis indicantur. Cum autem Martyrio ab illa scriptura separata sensu careant, auctori nostrae clausulae ratio ea supprimendi erat.

PAPIAE FRAGMENTA

CUM TESTIMONIIS VETERUM SCRIPTORUM.

I.

1. Quando et creatura renovata et liberata multitudinem fructificabit universae escae, ex rore caeli et ex fertilitate terrae: quemadmodum presbyteri meminerunt, qui Ioannem discipulum domini viderunt, audisse se ab eo, quemadmodum de temporibus illis docebat dominus et dicebat:

2. „Venient dies, in quibus vineae nascentur, singulae decem millia palmitum habentes, et in uno palmite dena

I. Pars huius fragmenti maior, scilicet versus 1—3, legitur etiam armeniace. Textum armeniacum una cum versione latina primus edidit Pitra in Spicilegio Solesmensi I, 1 sq. (1852) e libro manuscripto, quem Mechitaristae saeculo XII adscripserunt, denuo Harvey in edit. S. Iren. libr. V adv. haer. (1857) II, 448 sq. Incipit fragmentum his verbis: Irenaei est sermo. Textus armeniacus cum versione Irenaei latina fere ad verbum consentit. Lectiones variae paucae non exscribendae esse videntur.

2. venient dies etc.] Mira sane sunt, quae Papias aliique seniores dixere, se a Ioanne apostolo accepisse servatoris nostri effata de inusitato frumenti vinique proventu olim futuro, cum scilicet ipse secunda vice de caelo in terram advenerit. Rem ipsam quod attinet, omnes quidem primaevi Christiani orthodoxi secundum dicta apostolorum et promissa prophetarum novum caelum et novam terram exspectarunt in secundo Messiae adventu isti restituendam felicitati, qua ante lapsum Adami florebat. Atque hanc felicitatem plurimi non in spiritualibus solum bonis, sed et temporalibus posuerunt, persuasi, tunc solum terrae a maledictione ob peccatum Adami ei inflicta liberum fore ac abundantiam omnis boni sine humano labore prolaturum. Quae et priscorum Iudaeorum fuit sententia, ut ex Rabbinorum dictis a Raymundo Martini in Pugione fidei Part. III Dist. III c. 15 et Galatino Lib. X cap. 4 adiunctis liquet. Quibus addo ver-

millia brachiorum, et in uno vero palmite dena millia flagellorum, et in unoquoque flagello dena millia botruum,

ba R. David Kimchi in Ose 14, 8: Sunt qui exponunt ista verba *vivent tritico*, quod futura sit mutatio naturae in tritico, quando venturus est redemptor (Messias). Accipit ipse hanc mutationem in eum sensum, quasi non necesse tunc futurum sit serere triticum, quodque sponte instar vitis sit nasciturum etc. (Grabe). Hilgenfeld (*Zeitschr. f. wiss. Theol.* 1875 p. 262) contulit Henoch 10, 19: Omnes arbores deliciarum serentur in ea (sc. terra), et cuiusque seminis, quod in ea seminabitur, unus modus feret mille, et unus modus olivarum decem torcularia olei dabit; Apoc. Bar. c. 29: Etiam terra dabit fructus suos, unum in X milia, et in vite una erunt M palmites, et unus palmes faciet M botros, et botrus unus faciet M acinos, et unus acinus faciet corum vini. Fr. Delitzsch Adolfo Harnack haec communicavit: Eodem fere tempore, quo Papias monstrosa illa sibi tradita esse narrat, Gamaliel II, princeps academiae Iamnensis, publice similia docuit, uti in Talmudis Babylonici tr. Schabbath 30[b] refertur contradicente anonymo quodam discipulo, quem nonnulli Gamalielem illum pro primo non secundo habentes Paulum apostolum fuisse coniectaverunt. ‚R. Gamaliel (sic ibi narratur) consedit quondam atque exposuit, futurum esse, ut mulier pariat cotidie, quod probavit ex Ierem. 31, 8; tum irrisit eum iste discipulus dicens, nihil novi evenire sub sole; veni, inquit Gamaliel, et ostendam tibi rei simulacrum in mundo praesenti. Exierunt et demonstravit ei gallinam. Rursus consedit et exposuit, aliquando arbores fructus edituras esse cotidie, allato loco Ezech. 17, 23, et discipulo rursus cum irrisione idem illud opponente foras tanquam praesentem futurae rei similitudinem fruticem capparis demonstravit. Tertio consedit atque exposuit terram Israelis aliquando producturam esse placentas (גלוסקאית) et vestes Milesias (כלי מילת), adhibito loco Psalm. 71, 16, et discipulo rursus eadem regerenti tanquam futurorum similitudines demonstravit fungos atque spongias atque involucrum, quo nucleus dactyli opertus est.‘ Sunt vero Papianorum eorum etiam similiora, quae de terrae sanctae fertilitate compluribus locis utriusque Talmudis referuntur, quorum nonnisi ea adducere iuvat, quae de mira vitium fecunditate praedicantur. In Talmudis Hierosolymitani tr. Peah c. VII refertur: ‚R. Pereda a Rabbi rogatum esse, ut sibi ostenderet uvam vineae suae; qui cum uvam afferret, Rabbi e longinquo taurum conspicere sibi visus est.‘ De futura vitium feracitate in Talmudis Babylonici tr. Ketuboth 111[b] legimus: ‚Mundus futurus dissimilis est praesenti; namque in praesenti gravi cum molestia vindemiamus ac torculamur, in mundo futuro afferet quis uvam unam in plaustro vel navi eamque in angulo domus suae deponet et habebit inde, quod bibat tamquam dolii magni copiam et tantum ligni, ut quoslibet cibos coquere possit; neque enim ullam uvam fu-

et in unoquoque botro dena millia acinorum, et unumquodque acinum expressum dabit viginti quinque metretas vini. 3. Et cum eorum apprehenderit aliquis sanctorum botrum, alius clamabit: Botrus ego melior sum, me sume, per me dominum benedic. Similiter et granum tritici decem millia spicarum generaturum, et unamquamque spicam habituram decem millia granorum, et unumquodque granum quinque bilibres similae clarae mundae: et reliqua autem poma et semina et herbam secundum congruentiam iis consequentem: et omnia animalia iis cibis utentia, quae a terra accipiuntur, pacifica et consentanea invicem fieri, subiecta hominibus cum omni subiectione."

4. Haec autem et Papias Ioannis auditor, Polycarpi autem contubernalis, vetus homo, per scripturam testimonium perhibet, in quarto librorum suorum: sunt enim illi quinque libri conscripti. Et adiecit dicens:

4. Ταῦτα δὲ καὶ Παπίας ὁ Ἰωάννου μὲν ἀκουστής, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονώς, ἀρχαῖος ἀνήρ, ἐγγράφως ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἑαυτοῦ βιβλίων, ἔστι γὰρ αὐτῷ πέντε βιβλία συντεταγμένα. [Eus. H. E. III, 39, 1].

5. „Haec autem credibilia sunt credentibus. Et Iuda, inquit, proditore non credente et interrogante: quomodo ergo tales geniturae a domino perficientur? dixisse dominum: Videbunt, qui venient in illa".

[Iren. Adv. haer. V, 33, 3—4.]

turam esse, quae non contineat triginta amphoras (גרבי) vini.' Quod comprobatur ex Deut. 32, 14, ubi pro חמר (חֶמֶר) legendum esse חומר (חֹמֶר) dicitur; etenim Chomer sive Cor decem Epha triginta Sata complectitur; Papias exhibet viginti quinque metretas ex uno acino expressas, quod multo monstrosius est. Haec quidem Delitzsch. Monendum est autem, orationem valde poeticam non ad verbum sumendam esse. Cf. Zahn, *Forschungen* VI (1900), 152 sq.

3. pacifica etc.] Cf. Ies. 11, 6 sqq.; 65, 25.

4. haec autem et Papias etc.] Sic dicens Irenaeus annuit, verba praecedentia se non e Papiae opere descripsisse, sed potius ab aliis, presbyteris v. 1 memoratis, audivisse, Papiam autem eadem et quidem scripta exhibere, neque vero illa solum tradere, sed etiam alia adicere, scilicet v. 5. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 89. Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I, 336 not. verba *καὶ* et *ἐπιμαρτυρεῖ* urgenda esse negat et versus 2—3 ad Papiam ipsum refert. Fortasse verba sic intellegi possent, si non alius

II.

1. Τοῦ δὲ Παπία συγγράμματα πέντε τὸν ἀριθμὸν φέρεται, ἃ καὶ ἐπιγέγραπται λογίων κυριακῶν ἐξηγήσεως. τούτων καὶ Εἰρη-

1. Papiae autem quinque numero feruntur libri, qui et inscripti sunt oraculorum dominicorum interpretationis. Horum

locus (v. 5) sequeretur, cuius auctor Papias est. Quae cum ita sint, sane mirum esset, si Irenaeus primo presbyteros tanquam testes proferret, secundo diceret, verba, quae tanquam ab illis audita allegavit, e Papiae opere descripta esse, tertio locum Papiae laudaret, hunc vero non illis verbis adiunctum, sed ab eis separatum exhiberet. Si Irenaeus versus 2—3 a Papia deprompsit, his omnino statim versus 5 adiungendus ac deinde demum Papias tanquam testis commemorandus erat.

5. haec — credentibus] Haec sunt verba Papiae, non Domini. — et Iuda etc.] Similiter refert Hippolytus In Dan. IV, 60 ed. Bonwetsch 1897 p. 338, 1—4: *Τοῦ οὖν κυρίου διηγουμένου τοῖς μαθηταῖς περὶ τῆς μελλούσης τῶν ἁγίων βασιλείας ὡς εἴη ἔνδοξος καὶ θαυμαστή, καταπλαγεὶς ὁ Ἰούδας ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ἔφη· Καὶ τίς ἄρα ὄψεται ταῦτα; ὁ δὲ κύριος ἔφη· Ταῦτα ὄψονται οἱ ἄξιοι γενόμενοι.* Hippolytus locum haud dubie e Papiae opere hausit, cumque et interrogationem Iudae et responsionem Domini oratione directa exhibeat, Irenaeus autem hanc oratione indirecta (dixisse Dominum) proferat, fontem accuratius reddere putari potest quam hic.

II. Textum repeto, quem Heinichen in editione Eusebii H. E. 1868 constituit, nisi quod v. 3 s. f. non *παραγινομένοις*, sed *παραγινομένας* scribo. De lectionibus variis lectorem ad illam editionem remitto. Id solum monendum est, versione Eusebii H. E. syriaca, quam Wright et Mc Lean a. 1898 publicaverunt, textum nostrum graecum fere ubique confirmari.

Disputaverunt de hoc fragmento permulti, et alii aliter iudicaverunt. Libros peculiares de eo scripserunt Giul. Weiffenbach, *Das Papiasfragment bei* Eusebius H. E. III, 39, 3—4, 1874 (cui libro accedit tractatus in *Jahrbücher für protest. Theol.* 1877 p. 323—379; 406—468); *Die Papiasfragmente über Marcus und Matthaeus* 1878; C. J. Leimbach, *Das Papiasfragment* (*Kritik der gleichnamigen Schrift von Weiffenbach*) 1875; Martens, *Papias als Exeget von Logia* 1875. Eodem tempore vel postea de eo egerunt Hilgenfeld in *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* 1875 p. 242—258; 1879 p. 1—18; Lightfoot in *Contemporary Review* XXVI (1875), 377—403; 828—839; Lüdemann in *Jahrbücher für protest. Theologie* V (1879), 365—384; 537—576; A. Harnack in *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I (1897), 657—700; Th. Zahn in *Geschichte des neutestamentl. Kanons* I (1888/89), 849—903; *Forschungen zur Geschichte des neutest. Kanons und der altkirchl. Litteratur* VI (1900), 109—157.

1. *λογίων κυρ. ἐξηγήσεως*] Ita cum omnibus fere codicibus legendum est,

ναῖος ὡς μόνον αὐτῷ γραφέντων μνημονεύει, ὧδέ πως λέγων· ταῦτα δὲ καὶ κτλ. (cf. Iren. V, 33, 4). 2. καὶ ὁ μὲν Εἰρηναῖος ταῦτα. αὐτός γε μὴν ὁ Παπίας κατὰ τὸ προοίμιον τῶν αὐτοῦ λόγων ἀκροατὴν μὲν καὶ αὐτόπτην οὐδαμῶς ἑαυτὸν γενέσθαι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ἐμφαίνει, παρειληφέναι δὲ τὰ τῆς πίστεως παρὰ τῶν ἐκείνοις γνωρίμων διδάσκει δι' ὧν φησι λέξεων·

3. „Οὐκ ὀκνήσω δέ σοι καὶ ὅσα ποτὲ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καλῶς ἔμαθον καὶ καλῶς ἐμνημόνευσα, συγκατατάξαι ταῖς ἑρμηνείαις, διαβεβαιούμενος ὑπὲρ αὐτῶν ἀλήθειαν. οὐ γὰρ τοῖς τὰ πολλὰ λέγουσιν ἔχαιρον ὥσπερ οἱ πολλοί, ἀλλὰ τοῖς τἀληθῆ διδάσκουσιν, οὐδὲ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας ἐντολὰς μνημονεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς τὰς παρὰ τοῦ κυρίου τῇ πίστει δεδομένας καὶ ἀπ' αὐτῆς παραγινομένας τῆς ἀληθείας. 4. εἰ δέ που καὶ παρηκολουθηκώς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι,

non *ἐξηγήσεις*, ac supplendum *συγγράμματα* vel *βιβλία πέντε*. Hieronymus Catal. c. 18 vertit: Explanatio sermonum Domini. Titulus clare indicat, opus interpretationem effatorum Domini continuisse, non collectionem, ut nonnulli putaverunt. Papias id insuper indicat infra v. 3 voci *ἐξήγησις* vocem *ἑρμηνεῖαι* substituens. Cum autem addat, se ea quoque, quae a senioribus didicerit, interpretationibus inserere, etiam prodit, effata illa seu *τὰ λόγια* se non e traditione orali, sed potius e traditione scripta seu ex Evangeliis hausisse. Insuper infra v. 16 dicit, Matthaeum *τὰ λόγια* conscripsisse, et similiter dicit v. 15 de Evangelio S. Marci (*τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα . . οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν κυριακῶν ποιούμενος λογίων*). Porro Anastasius Sinaita (cf. Fragm. VI) Papiam inter *τοὺς ἐξηγητάς*, i. e. interpretes S. Scripturae, enumerat. Denique S. Scriptura ab aliis quoque saepius *τὰ λόγια τοῦ θεοῦ* vel simili nomine vocatur. Cf. Rom. 3, 2; Ioseph. Bell. Iud. VI, 5, 4; I Clem. 19, 1; 53, 1; 62; Polyc. Philipp. 7, 1; Iust. Dial. c. 18; Iren. I, 8, 1; Clem. Alex. Protrept. c. 10, 107 p. 84 ed. Potter; Strom. I, 21, 124 p. 392; Orig. De princ. IV, 11 (ed. De la Rue I, 168); In Matth. t. X c. 6 (III, 447); Basil. M. Hom. XI, 5; XII, 1 (ed. Garnier II, 96. 97); Ephraem Syr. ap. Phot. Bibl. cod. 228 p. 248 ed. Bekker; Ps.-Ign. Sm. 3, 5. Falso Weiffenbach I (i. e. *Das Papiasfragment*), 22 sqq.; II (i. e. *Jahrbücher f. prot. Theol.*), 336 sqq. Papiam *τὰ λόγια* e traditione orali desumpsisse statuit. Quo ex fonte effata Domini hausta fuerint, e titulo operis quidem non apparet, Papias autem alias satis clare prodit. Cum vv. 15—16 Evangeliorum Marci et Matthaei mentionem faciat, teste Fragmento XVIII etiam Evangelium Ioannis cognitum habuerit, iure colligimus, eum Evangeliis nobis tra-

tantum etiam Irenaeus meminit velut ab eo scriptorum, fere sic dicens: Haec autem et Papias etc. 2. Et haec quidem Irenaeus. At vero Papias ipse in prooemio sermonum suorum se sanctorum apostolorum spectatorem atque auditorem fuisse nequaquam dicit, sed ab eorum familiaribus normam fidei se accepisse testatur his verbis:

3. „Nec haesitabo ea, quae quondam a senioribus bene didici et bene memoriae mandavi, interpretationibus inserere, affirmans de illis veritatem. Non enim, ut plerique solent, eos sectabar, qui verbis affluerent, sed eos, qui verum docerent, neque eos, qui aliena praecepta, sed eos, qui mandata per dominum fidei tradita et ab ipsa veritate profecta memorarent. 4. Quodsi quis advenit interdum, qui cum senioribus versatus fuisset, dicta seniorum exquirebam:

ditis seu canonicis usum fuisse et maximam saltem effatorum Domini partem ex his deprompsisse, cum e vv. 3—4 eluceat, eum alia quoque ab apostolis vel discipulis Domini accipere potuisse et haud dubie accepisse. A. Resch censuit, Papiam voce *λόγια*, vel, ut falso scribit, *τὰ λόγια*, Evangelium Evangeliis synopticis prius eorumque fontem et hebraico sermone conscriptum designare, et hoc Evangelium in libro: *Die Logia Iesu* 1898, hebraice ac graece restituere conatus est.

2. *ἀκροατὴν κτλ.*] Eusebius e verbis Papiae nimium colligit. Cf. v. 4.

3. *καὶ ὅσα κτλ.*] Cum Papias hic de traditione o r a l i loquatur, particula *καὶ* sine dubio indicat, in sermone antecedente eum de traditione s c r i p t a vel de effatis Domini in S. Scriptura relatis dixisse. Weiffenbach erravit I, 20—25, II, 336—345 statuens, vocabulo *καὶ* respondere *καὶ* post *εἰ δέ που* infra v. 4, ita ut sensus esset: Papiam cum ea, quae ipse a senioribus didicisset, tum ea, quae alii ab illis audivissent ipsique communicassent, exponere velle. — *παρὰ τ. πρεσβυτέρων*] i. e. ab apostolis vel discipulis Domini, ut Papias infra v. 4 clare indicat et in nota exponetur. Hoc loco ergo se discipulos Domini audivisse et ex eorum ore didicisse annuit; v. 4 addit, se etiam ex aliis, qui cum senioribus vel discipulis Domini versati fuerint, horum dicta exquisivisse, et non solum ordine sententiarum, sed etiam verbis adhibitis: *καὶ ὅσα κτλ.* — *εἰ δέ που κτλ.*, prodit, illud maioris sibi momenti fuisse. — *συγκατατάξαι τ. ἑρμ.*] His verbis Papias, ut Zahn recte vidit, se ea, quae a presbyteris didicit, interpretationi effatorum Domini, *ταῖς ἑρμηνείαις*, non tam inserere quam illa una cum his litteris mandare dicere videtur. — *τοῖς τὰ πολλὰ λέγουσιν . . οὐδὲ τοῖς τ. ἀλλοτρίας ἐντολὰς μνημ.*] Agnoscis hic haereticos, praesertim gnosticos. — *ἀπ' αὐτῆς π. τῆς ἀληθείας*] Cf. Ioann. 18, 37; I Ioann. 3, 19.

τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον λόγους· τί Ἀνδρέας ἢ τί Πέτρος εἶπεν ἢ τί Φίλιππος ἢ τί Θωμᾶς ἢ Ἰάκωβος ἢ τί Ἰωάννης ἢ Ματθαῖος ἤ τις ἕτερος τῶν τοῦ κυρίου μαθητῶν, ἅ τε Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, οἱ τοῦ κυρίου

4. *τοὺς τ. πρ. ἀνέκρ. λόγους*] Locum opinione non praeiudicata considerantem haud te fugiet, verbis *τί Ἀνδρέας κτλ.* verba *τοὺς τ. πρεσβυτέρων λόγους* accuratius explicari, ita ut voce *πρεσβύτεροι* apostoli significentur, neque vero apostoli tantum, sed omnes discipuli Domini, velut Aristion, tanquam veterrimi religionis christianae testes. Itaque vox *πρεσβύτερος* hic non officium vel dignitatem, sed aetatem denotat. Similiter Irenaeus IV, 32, 1; V, 5, 1; 33, 3; 36, 1. 2 voce utitur, nisi quod, cum sit generatione posterior quam Papias, non tam apostolos, quam apostolorum discipulos vel generationem Christianorum alteram *πρεσβυτέρους* seu seniores appellat. Cf. etiam Philosoph. VI, 42. 55 (*ὁ μακάριος πρεσβύτερος Εἰρηναῖος*); Eus. H. E. III, 3, 1; V, 8, 1; VI, 13, 6; 14. Aliter locum primus Lützelberger (*Die kirchl. Tradition über den Apostel Johannes etc.* 1840) interpretatus esse videtur, quem recentissimo tempore plures secuti sunt. Weiffenbach I, 27 sqq. 65 sqq.; II, 345 sqq. inprimis *τοὺς πρεσβυτέρους* interpretatus est *presbyteros* seu praesides ecclesiarum et *τοὺς τῶν πρεσβυτέρων λόγους dicta presbyterorum de iis*, quae docuerunt apostoli. At si Papias haec dicere voluit, ei scribendum erat: *τοὺς πρεσβυτέρους ἀνέκρινον· τί Ἀνδρέας κτλ.* Scribens: *τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον λόγους· τί Ἀνδρέας ἢ τί Πέτρος εἶπεν,* clare indicat, dicta presbyterorum eadem esse, quae Andreas et Petrus dixerunt. Locum ita intellegendum esse etiam Eusebius probat, infra v. 7 distincte dicens, Papiam *apostolorum* dicta ab iis, qui cum apostolis versati fuerint, se accepisse profiteri, et Rufinus, versu ineunte (l. 14) vocem *πρεσβυτέροις* voce *apostolos* reddens. Praeterea patroni illius interpretationis dicant, cur Papias, cum ipse fuerit presbyter vel episcopus, tantam operam dederit, ut cognoscat ea, quae d i s c i p u l i presbyterorum de apostolis comperant? — *Ἀνδρέας κτλ.*] De ordine, quem singuli apostoli hic obtinent, alii aliter iudicaverunt. Cum quattuor priores eodem ordine in Evangelio Ioannis appareant, 1, 40—45: Andreas, Petrus, Philippus; 11, 16: Thomas, Papiam, si certum consilium secutus est, illam scripturam respexisse conicere licet. — *εἶπεν . . . λέγουσιν*] Animadverte differentiam temporum. Distinguit Papias duas discipulorum Domini classes. Alii, cum eorum dicta exquireret, iam mortui, alii adhuc inter vivos erant. Rufinus quidem *λέγουσιν* vertit: dicebant, Hieronymus (cf. Fragm. XV): loquebantur. At minus recte, ut videtur. — *Ἰάκωβος*] Hoc nomine haud dubie non Iacobus maior vel filius Zebedaei ac frater Ioannis, iam anno 43 vel 44 mortuus, designatur, neque Iacobus minor, de quo praeter nomen nihil compertum habemus, si alius est ac Iacobus „frater Domini“ et episcopus Hierosolymorum,

quid Andreas vel quid Petrus dixerit vel quid Philippus vel quid Thomas vel Iacobus vel quid Ioannes vel Matthaeus vel alius quis ex discipulis domini, quaeve Aristion vel senior Ioannes, discipuli domini, praedicent. Neque

sed potius hic, qui mihi autem idem cum illo esse videtur. — ἤ τί Ἰωάννης] Renan, *L'Antichrist* 1873 p. 562, opinatus est et Haussleiter, *Theolog. Literaturblatt* 1896 p. 466 sq. demonstrare conatus est, haec verba interpolata esse. Censens apostolum Ioannem paulo post verbis ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης commemorari, hic dixit, unum eundemque virum non simul inter mortuos et vivos enumerari posse, ac praeterea obiecit, particula illa parallelismum tolli, cum antea bis bini apostoli proferantur. Argumenta autem vix satis idonea sunt. Inde, quod Papias binos apostolos bis inter se coniunxit, non sequitur, ei tertio idem faciendum fuisse. Unum eundemque virum simul fere inter mortuos et vivos nominari haud dubie mirum est. Non cum aliis quaero, num Papias utroque loco de eodem Ioanne loquatur; dicendum est autem: si apostolum profecto iterum profert, id inde explicari potest, quod Ioannes ceteros apostolos aetate longe superavit et multo plures discipulos habuit, quos Papias consulere potuit. Particula sane aliquam suspicionem moverit; cum autem ab omnibus testibus tradatur, aegre in dubium vocanda est. Krenkel, *Der Apostel Johannes* 1871 p. 171 sqq., Ioannem hoc vel priore loco nominatum de Ioanne Marco (Act. 12, 12. 25) interpretatur, qui autem vix nomine Ioannis solo commemorandus erat. — ἅ τε κτλ.] Hoc membrum aeque ac praecedens τί Ἀνδρέας κτλ. ita ad verba τοὺς τῶν πρεσβυτέρων λόγους referendum est, ut utrumque membrum haec verba explicet. — Ἀριστίων] Perpauca sunt, quae de hoc viro comperta habemus. Cum a Papia discipulus Domini appelletur neque apostolus fuerit, eum discipulis Domini septuaginta adnumerare licet. Eusebius infra v. 7 Papiam auditorem Aristionis nominat et v. 14 Papiam enarrationes sermonum Domini ab Aristione comperisse et opere suo tradidisse refert. Papias hoc loco (v. 4) quidem id solum dicit, ab iis, qui cum senioribus versati sunt, se exquisivisse, quae Aristion et presbyter Ioannes dicunt. Non est autem, cur Eusebio totum Papiae opus in manu habenti in hac re diffidamus, eo minus, cum Papias v. 3 ipse se seniores audivisse profiteatur. Constitutiones apost. VII, 46 primum et tertium Smyrnae episcopum Aristonem nominantes et haud dubie illum vel hunc cum Aristione nostro eundem habentes fide non sunt dignae. In codice armeniaco Evangelia continente, anno 989 scripto et in claustro Etschmiadsin asservato, clausula Evangelii Marci (16, 9—20) inscripta est: Aristonis presbyteri. Unus e codicibus Historiam eccles. Rufini tradentibus in margine glossam exhibet narrationem de Iusto Barsaba (cf. infra v. 9) Aristioni attribuentem. Et Zahn fere certum esse censet, particulam Marc. 16, 14—16 ex

μαθηταί, λέγουσιν. οὐ γὰρ τὰ ἐκ τῶν βιβλίων τοσοῦτόν με ὠφελεῖν ὑπελάμβανον, ὅσον τὰ παρὰ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης."

5. Ἔνθα καὶ ἐπιστῆσαι ἄξιον δὶς καταριθμοῦντι αὐτῷ τὸ Ἰωάννου ὄνομα, ὧν τὸν μὲν πρότερον Πέτρῳ καὶ Ἰακώβῳ καὶ Ματθαίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις συγκαταλέγει, σαφῶς δηλῶν τὸν εὐαγγελιστήν, τὸν δ' ἕτερον Ἰωάννην διαστείλας τὸν λόγον ἑτέροις παρὰ τὸν τῶν ἀποστόλων ἀριθμὸν κατατάσσει, προτάξας αὐτοῦ τὸν Ἀριστίωνα, 6. σαφῶς τε αὐτὸν πρεσβύτερον ὀνομάζει, ὡς καὶ διὰ τούτων ἀποδείκνυσθαι τὴν ἱστορίαν ἀληθῆ τῶν δύο κατὰ τὴν Ἀσίαν ὁμωνυμίᾳ κεχρῆσθαι εἰρηκότων, δύο τε ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι μνήματα καὶ ἑκάτερον Ἰωάννου ἔτι νῦν λέγεσθαι. οἷς καὶ ἀναγκαῖον προσέχειν τὸν νοῦν· εἰκὸς γὰρ τὸν δεύτερον, εἰ μή τις ἐθέλοι τὸν πρῶτον, τὴν ἐπ' ὀνόματος φερομένην Ἰωάννου Ἀποκάλυψιν ἑωρακέναι. 7. καὶ ὁ νῦν δὲ ἡμῖν δηλούμενος Παπίας

opere Papiae et traditione huic per Aristionem communicata fluxisse. Sententia inde maxime dependet, num particula Marc. 16, 9—20 Marci evangelistae sit, de qua re iudicent, penes quos iudicium est. Zahn praeterea Papiam etiam narrationem de femina peccatrice vel adultera (cf. infra v. 16) ab Aristione accepisse opinatur, sed et addit, de hac re nihil certi dici posse. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 217—220. — *ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης*] Eusebius (cf. v. 5—7) hic alium Ioannem atque apostolum commemorari censuit, et plerique eum secuti sunt, olim etiam ego. Fragmentum denuo tractans ad sententiam eorum accedo, qui Papiam iterum de apostolo Ioanne loqui iudicant. Hoc quidem loco Papias Ioannem, ut Eusebius (v. 6) dicit, diserte *πρεσβύτερον* vocat; sed etiam, quod Eusebius non consideravit, priore loco Ioannem clarissime illo nomine ornat, medium eum inter apostolos enumerans, quos bis nomine *πρεσβύτεροι* designat. Itaque Papias Ioannem *πρεσβύτερον* bis profert, cumque spatio exiguo interiecto non duos viros plane eisdem verbis denotare potuerit, sicut priore ita etiam secundo loco de apostolo Ioanne loqui censendus est. Scribens autem distincte: *καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης*, indicat, apostolum Ioannem *κατ' ἐξοχὴν* a suis *πρεσβύτερον* appellatum fuisse, et locus accurate interpretandus est: et senior, scilicet (vel: qui vocatur) Ioannes. Argumenta, quibus Eusebius sententiam suam probat, non sunt idonea, atque de cetero in hac re non est fide dignus, cum manifesto id ageret, ut apostolum Ioannem neque magistrum Papiae neque auctorem Apocalypsis esse demonstraret. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 114—151. — *τοῦ κυρίου*] Renan, *L'Antichrist* 1873 p. 345 n. 2, vocabulum *μαθητῶν* addendum esse censuit, Bacon in *Journal of the Soc. for Bibl. lit.* 1898 p. 176—183 *TOY KY* e *TOYTΩN* exortum esse opinatus

enim, quae libri exhibent, tantam mihi utilitatem afferre existimabam, quantam ea, quae viva voce et manente discimus."

5. Hic id quoque observandum est, eum nomen Ioannis bis ponere. Et priorem quidem una cum Petro et Iacobo et Matthaeo et reliquis apostolis recenset, satis evangelistam indicans; alterum autem Ioannem, adhibita sermonis distinctione, cum ceteris collocat, qui extra numerum sunt apostolorum, praeponens ei Aristionem; 6. et diserte eum presbyterum vocat, ita ut ex his quoque vera esse videatur narratio illorum, qui duos eodem nomine appellatos in Asia vixisse dixerunt et Ephesi esse duo sepulcra et utrumque Ioannis hactenus nominari. Atque hoc animadvertere necessarium puto: verisimile est enim, alterum, nisi quis velit priorem, Apocalypsin Ioannis nomine inscriptam vidisse. 7. Et Papias quidem, de quo nunc sermo-

est, ita ut Papias hoc loco de apostolorum discipulis ageret. Cum autem testes plane consentiant, lectio tradita non est deserenda. Coniecturae nonnisi in interpretatione scripturae arbitraria nituntur. — *οὐ γ. τὰ ἐκ τῶν βιβλίων κτλ.*] Non omnes libros Papias ante oculos habet, sed eos, qui de sermonibus Domini, quos ipse illustrare vult, agunt, eos autem false interpretantur. Cf. Zahn, *Geschichte des neutest. Kanons* I, 862—868. — *ζώσης φ. κ. μενούσης*] Respiciens dictum: *scripta* littera manet, et quae Irenaeus Adv. haer. III, 2, 1 de Gnosticis viva voce abutentibus refert, Zahn l. c. p. 866 n. 1 censet, verbis *καὶ μενούσης* vocem vivam vocem hominis adhuc viventis et in terra versantis (cf. I Cor. 15, 6; Philipp. 1, 25; Ioann. 21, 22) definiri. Equidem dubitaverim, num particula adeo urgenda sit.

5. *δίς*] Hoc Eusebius recte dicit, neque vero consideravit, Ioannem duas vel tres aetates repraesentantem revera bis enumerari potuisse. — *προτάξας*] Hoc argumentum nihil valet. Quod maius est, non solum primo, sed etiam postremo loco poni potest. Cf. Rom. 9, 3—5; I Cor. 9, 5.

6. *πρεσβύτερον*] Mirum est, quod Eusebius hoc urget, cum protinus v. 7 eosdem viros, quos Papias seniores vocat, apostolos appellet et Demonstr. evang. III, 5, 88 pronuntiet, Ioannem apostolum in epistulis (II—III) nonnisi *πρεσβύτερον* se nominare. — *τὴν ἱστορίαν κτλ.*] Respicit haud dubie Dionysium Alexandrinum, cuius verba H. E. VII, 25 profert, qui autem non traditionem exhibet, sed suam tantum sententiam pronuntiat, duo Ioannis sepulcra quidem commemorat, nec vero dicit, illa sepulcra ab Ephesiis ad duos viros relata fuisse, ita ut nobis quaerere liceat, num Ioannis apostoli sepulcrum non duobus locis monstratum fuerit. Cf. Zahn, ***Forschungen*** VI, 119 sq.

τοὺς μὲν τῶν ἀποστόλων λόγους παρὰ τῶν αὐτοῖς παρηκολουθηκότων ὁμολογεῖ παρειληφέναι, Ἀριστίωνος δὲ καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου αὐτήκοον ἑαυτόν φησι γενέσθαι. ὀνομαστὶ γοῦν πολλάκις αὐτῶν μνημονεύσας, ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι τίθησιν αὐτῶν καὶ παραδόσεις. καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν οὐκ εἰς τὸ ἄχρηστον εἰρήσθω.

8. Ἄξιον δὲ ταῖς ἀποδοθείσαις τοῦ Παπία φωναῖς προσάψαι λέξεις ἑτέρας αὐτοῦ, δι' ὧν παράδοξά τινα ἱστορεῖ καὶ ἄλλα, ὡσὰν ἐκ παραδόσεως εἰς αὐτὸν ἐλθόντα. 9. τὸ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἱεράπολιν Φίλιππον τὸν ἀπόστολον ἅμα ταῖς θυγατράσι διατρῖψαι, διὰ τῶν πρόσθεν δεδήλωται, ὡς δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς ὁ Παπίας γενόμενος διήγησιν παρειληφέναι θαυμασίαν ὑπὸ τῶν τοῦ Φιλίππου θυγατέρων μνημονεύει, τὰ νῦν σημειωτέον. νεκροῦ γὰρ ἀνάστασιν κατ' αὐτὸν γεγονυῖαν ἱστορεῖ, καὶ αὖ πάλιν ἕτερον παράδοξον περὶ Ἰοῦστον τὸν ἐπικληθέντα Βαρσαββᾶν γεγονός, ὡς δηλητήριον φάρμακον ἐμπιόντος καὶ μηδὲν ἀηδὲς διὰ τὴν τοῦ κυρίου χάριν ὑπομείναντος. 10. τοῦτον δὲ τὸν Ἰοῦστον μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἀνάληψιν τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους μετὰ Ματθία στῆσαί τε καὶ ἐπεύξασθαι ἀντὶ τοῦ προδότου Ἰούδα ἐπὶ τὸν κλῆρον τῆς ἀναπληρώσεως τοῦ αὐτῶν ἀριθμοῦ, ἡ τῶν Πράξεων ὧδέ πως ἱστορεῖ γραφή· *Καὶ ἔστησαν δύο, Ἰωσὴφ τὸν καλούμενον Βαρσαββᾶν, ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος, καὶ Ματθίαν· καὶ προσευξάμενοι εἶπαν.* 11. καὶ ἄλλα δὲ ὁ αὐτὸς ὡσὰν ἐκ παραδόσεως ἀγράφου εἰς αὐτὸν ἥκοντα παρατέθειται, ξένας τέ τινας παραβολὰς τοῦ σωτῆρος καὶ διδασκαλίας αὐτοῦ καί τινα ἄλλα μυθικώτερα. 12. ἐν οἷς καὶ χιλιάδα τινά φησιν ἐτῶν ἔσεσθαι μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, σωματικῶς τῆς Χριστοῦ βασιλείας ἐπὶ ταυτησὶ τῆς γῆς ὑποστησομένης. ἃ καὶ ἡγοῦμαι τὰς ἀποστολικὰς παρεκδεξάμενον διηγήσεις ὑπολαβεῖν, τὰ ἐν ὑποδείγμασι πρὸς αὐτῶν μυστικῶς εἰρημένα μὴ συνεωρακότα. 13. σφόδρα γάρ τοι σμικρὸς ὢν τὸν νοῦν, ὡσὰν ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων τεκμηράμενον εἰπεῖν, φαίνεται· πλὴν καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν πλείστοις ὅσοις τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῆς ὁμοίας αὐτῷ δόξης παραίτιος γέγονε, τὴν ἀρχαιότητα τἀνδρὸς προβεβλη-

9. *Φίλιππον τὸν ἀπόστολον*] Philippum Hierapoli versatum ac mortuum Eusebius etiam H. E. III, 31, 2. 3; V, 24, 2, vel potius Polycrates Ephesius, cuius verba his locis referuntur, apostolum vocat. Cum autem ille Philippus, nisi omnia fallunt, unus ex septem (Act. 6, 5) fuerit, idem, ad quem Paulus anno 58 devertit quique tum temporis quattuor

nem habemus, apostolorum dicta ab iis, qui cum apostolis versati fuerant, se accepisse profitetur, Aristionis autem et Ioannis presbyteri auditorem se dicit fuisse. Nominatim certe eorum saepe mentionem faciens in commentariis suis et illorum traditiones refert. Atque haec quidem non superflue a nobis dicta sint.

8. Porro operae pretium fuerit Papiae allegatis alia eiusdem testimonia adiungere, in quibus miracula quaedam et alia refert, quasi ex traditione ad eum pervenerint. 9. Philippum quidem apostolum una cum filiabus Hierapoli degisse superius docuimus; nunc vero exponamus, quemadmodum Papias, qui iisdem temporibus vixit, narrationem mirabilem a Philippi filiabus se accepisse memorat. Refert enim mortui resurrectionem sua aetate factam esse et alterum iterum miraculum Iusto evenisse, qui cognominatur Barsabas, quippe qui, cum letale poculum ebibisset, per domini gratiam nihil inde incommodi passus est. 10. Hunc autem Iustum post domini ascensum sanctos apostolos in medium produxisse cum Matthia et precatos fuisse, ut alter eorum sorte duceretur, qui in locum proditoris Iudae substitutus numerum ipsorum expleret, Actuum liber commemorat his verbis: *Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, et Matthiam; et orantes dixerunt.* 11. Et alia idem scriptor tanquam ex traditione non scripta ad eum pervenisse proponit, novas quasdam scilicet salvatoris parabolas ac doctrinas aliaque fabulis propiora. 12. Inter quae et mille annorum spatium post corporum resurrectionem futurum esse dicit, quo regnum Christi corporaliter stet in hac terra. Quae quidem ita opinatus esse videtur ex male intellectis apostolorum narrationibus, cum ea, quae in exemplis arcano quodam sensu ab illis dicta erant, non perspexisset. 13. Fuit enim mediocri admodum ingenio praeditus, ut ex eius scriptis conicere licet; plerisque tamen post ipsum scriptoribus ecclesiasticis similis opinionis auctor fuit, hominis vetustatem

20 Act. 15, 23. 24.

filias prophetantes habuit (Act. 21, 8—9), quaeritur, num Papias eum apostolum vel apostolum sensu strictiore appellaverit. Interpres syriacus hoc loco voces τὸν ἀπόστολον non habet. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 158—167. — Ἰοῦστον κτλ.] Cf. Fragmentum XI, 2.

μένοις, ὥσπερ οὖν Εἰρηναίῳ, καὶ εἴ τις ἄλλος τὰ ὅμοια φρονῶν ἀναπέφηνεν. 14. καὶ ἄλλας δὲ τῇ ἑαυτοῦ γραφῇ παραδίδωσιν Ἀριστίωνος τοῦ πρόσθεν δεδηλωμένου τῶν τοῦ κυρίου λόγων διηγήσεις καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου παραδόσεις, ἐφ' ἃς τοὺς φιλομαθεῖς ἀναπέμψαντες, ἀναγκαίως νῦν προσθήσομεν ταῖς προεκτεθείσαις αὐτοῦ φωναῖς παράδοσιν, ἣ περὶ Μάρκου τοῦ τὸ εὐαγγέλιον γεγραφότος ἐκτέθειται διὰ τούτων·

15. „Καὶ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε· Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος, ὅσα ἐμνημόνευσεν, ἀκριβῶς ἔγραψεν, οὐ μέντοι τάξει, τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα· οὔτε γὰρ ἤκουσε τοῦ κυρίου οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ, ὕστερον δέ, ὡς ἔφην, Πέτρῳ, ὃς πρὸς τὰς χρείας ἐποιεῖτο τὰς διδασκαλίας, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν κυριακῶν ποιούμενος λογίων, ὥστε οὐδὲν ἥμαρτε Μάρκος, οὕτως ἔνια γράψας ὡς ἀπεμνημόνευσεν· ἑνὸς γὰρ ἐποιήσατο πρόνοιαν, τοῦ μηδὲν ὧν ἤκουσε παραλιπεῖν ἢ ψεύσασθαί τι ἐν αὐτοῖς."

Ταῦτα μὲν οὖν ἱστόρηται τῷ Παπίᾳ περὶ τοῦ Μάρκου. 16. περὶ δὲ τοῦ Ματθαίου ταῦτ' εἴρηται·

„Ματθαῖος μὲν οὖν ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο, ἡρμήνευσε δ' αὐτά, ὡς ἦν δυνατὸς ἕκαστος."

13. *Εἰρηναίῳ*] Cf. Adv. haer. V, 31—36.

14. *ἀναγκαίως*] Cf. quae Eusebius H. E. I, 1 et V, 8, 1 de instituto sui operis dicit.

15. Similia refert Clemens Alex. in libro Hypotyposeon sexto ap. Eus. H. E. II, 15, et Eusebius narrationi haec addit: *συνεπιμαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ* (sc. Clementi) *καὶ ὁ Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος ὀνόματι Παπίας*. Eusebium exscripsit Hieronymus Catal. c. 8. Schleiermacher in *Theol. Studien und Kritiken* 1832 p. 758 sqq. Papiae verba non de nostro S. Marci Evangelio intellegenda esse putavit, sed de scriptura quadam deperdita, in qua nonnulla ex iis conscripta fuissent, quae Iesus dixisset vel fecisset, certe autem erravit. — *ὁ πρεσβύτερος*] i. e. haud dubie Ioannes apostolus. Cf. adnot. ad v. 4. — *ἑρμηνευτὴς Πέτρου γ.*] i. e. Marcus praedicationem Petri iis tradidit, qui apostolum ipsum non audierant, vel Evangelium secundum sermones Petri composuit; neque vero Papias dicere vult, Marcum sermones Petri in aliam linguam transtulisse. Cf. Zahn, *Einleitung in das N. T.* ed. II 1900 II, 209 sq. — *οὐ μέντοι τάξει*] Ut contextus docet et praesertim verba *οὔτε γὰρ ἤκουσε κτλ.*, Papias vel senior loquens in Evangelio Marci ordinem desiderabat, quem testis Domini ocularis et auricularis instituere poterat, nec vero ordinem scripturae tanquam ab alio Evangelio divergentem reprehendit. Cf. Zahn l. c. p. 207—209.

respicientibus, puta Irenaeo et si quis alius similia sentiens apparuit. 14. Et alias Aristionis supradicti enarrationes sermonum domini et Ioannis presbyteri traditiones in suis libris refert, ad quas discendi studiosos remittentes nunc superioribus eius verbis necessario traditionem subnectemus, quam de Marco evangelista sic exponit:

15. „Et hoc presbyter dicebat: Marcus Petri interpres, quaecunque memoriae mandaverat, diligenter conscripsit, non tamen ordine, quae a Christo aut dicta aut gesta fuerant; neque enim audiverat dominum neque eum sectatus fuerat, sed, ut dixi, postea Petrum, qui pro audientium utilitate evangelium praedicabat, non autem velut sermonum domini historiam contexens, ita ut Marcus nihil peccaret, nonnulla ita scribens, prout memoria repetebat; id quippe unum studebat, ut ne quid eorum, quae audierat, praetermitteret neve quid falsi iis affingeret."

Haec igitur a Papia de Marco narrantur. 16. De Matthaeo vero haec dicta sunt:

„Matthaeus quidem hebraico sermone divina scripsit oracula; interpretatus est autem ea unusquisque, prout potuit."

16. *Ματθαῖος — ἕκαστος*] Cf. ad hanc particulam Zahn, *Einleitung* II, 254—270. — *ἑβραΐδι διαλέκτῳ*] Idem tradunt Irenaeus III, 1, 1; Origenes ap. Eus. H. E. VI, 25, 4; Eusebius H. E. III, 24, 6; V, 10; Quaest. II ad Mar. ed. Mai I, 64; Cyrillus Hieros. Catech. IV, 15; Epiphanius H. 30 c. 3; Hieronymus Catal. c. 3. Hebraica dialectus autem, de qua Papias et patres sequentes loquuntur, non lingua bibliorum V. T. erat, sed lingua aramaica, qua populus Palaestinae tunc temporis utebatur. Cum tot ac tam veteres testes linguae sint, qua Matthaeus Evangelium suum scripsit, de ea dubium non esse potest. Nihilominus Erasmus traditionem veram esse negavit, eumque secuti sunt pauci Catholici, e. g. Caietanus Cardinalis, et plures Protestantes. — *τὰ λόγια*] Hac voce Papias non, ut Schleiermacher pluribus assentientibus statuit, collectionem quandam eloquiorum Domini designavit, e qua Evangelium Matthaei confectum esset, sed, ut omnes veteres eam intellexerunt, hoc ipsum. Vox non est urgenda. Maximi momenti in hoc versu Papiae **lingua** operis Matthaei est, non summa, atque ob illam rationem Eusebius versum laudavit. — *ἡρμήνευσε*] i. e. *interpretatus est* seu *vertit*, sc. de sermone hebraico in linguam graecam idque oraliter, nec vero *explicuit*, ut putavit Schleiermacher. Praeterea conicere licet, Papiam de S. Scriptura in conventibus ecclesiae praelegendis loqui.

Κέχρηται δ' αὐτὸς μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Ἰωάννου προτέρας ἐπιστολῆς καὶ ἀπὸ τῆς Πέτρου ὁμοίως. ἐκτέθειται δὲ καὶ ἄλλην ἱστορίαν περὶ γυναικὸς ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις διαβληθείσης ἐπὶ τοῦ κυρίου, ἣν τὸ κατ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον περιέχει. καὶ ταῦτα ἡμῖν ἀναγκαίως πρὸς τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἐπιτετηρήσθω.

[Eus. H. E. III, 39 ed. Heinichen; cf. Rufin H. E. III, 39 ed. Beatus Rhenanus 1544 p. 70; Niceph. H. E. III, 20.]

III.

1. Ἀπολιναρίου· Οὐκ ἀπέθανε τῇ ἀγχόνῃ Ἰούδας, ἀλλ' ἐπεβίω καθαιρεθεὶς πρὸ τοῦ ἀποπνιγῆναι. καὶ τοῦτο δηλοῦσιν αἱ τῶν ἀποστόλων Πράξεις, ὅτι πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. τοῦτο δὲ σαφέστερον ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννου μαθητὴς λέγων οὕτως ἐν τῷ δ' τῆς ἐξηγήσεως τῶν κυριακῶν λόγων.

2. „Μέγα δὲ ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν ὁ Ἰούδας πρησθεὶς ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μηδὲ ὁπόθεν ἅμαξα ῥᾳδίως διέρχεται ἐκεῖνον δύνασθαι διελθεῖν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὸν μόνον τὸν τῆς κεφαλῆς ὄγκον αὐτοῦ. τὰ μὲν γὰρ βλέφαρα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ φασὶ τοσοῦτον ἐξοιδῆσαι, ὡς αὐτὸν μὲν καθόλου τὸ φῶς μὴ βλέπειν, τοὺς ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ μηδὲ ὑπὸ ἰατροῦ [διὰ] διόπτρας ὀφθῆναι δύνασθαι· τοσοῦτον βάθος εἶχον ἀπὸ τῆς ἔξωθεν ἐπιφανείας·

Aoristus indicat, eo tempore, quo scripsit Papias, interpretationem illam iam desiisse atque versionem Evangelii scriptam exstitisse. — τ. *Ἰωάννου προτέρας ἐπιστολῆς*] Papias igitur teste Eusebio primam Ioannis epistulam cognitam habuit. Animadverto, hanc epistulam cum quarto Evangelio omnibus fere consentientibus adeo arte connexam esse, ut testis illius etiam huius testis putandus sit. — *περὶ γυναικὸς ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις*] Rufinus haec verba vertit: de muliere adultera; et historia, quae hic commemoratur, haud dubie eadem est, quae Ioann. 8, 3—11 vel potius 7, 53—8, 11 legitur. Quae pericope cum desit et in omnibus bibliis graecis manuscriptis saeculo VI anterioribus et in veterrimis S. Scripturae versionibus, latina, syriaca, aegyptiaca, gothica, atque contextum interrumpere videatur, plures viri docti eam non a Ioanne scriptam, sed potius a Papia tanquam *λόγιον κυριακὸν* per seniores oraliter traditum ad explicandum effatum Domini Ioann. 8, 15 libro *Ἐξηγήσεως*, tempore posteriore autem a librariis quarto Evangelio insertam et quidem primum in margine, deinde in textu

Usus est idem testimoniis ex epistula Ioannis priore et ex priore itidem Petri desumptis. Aliam quoque exponit historiam de muliere, quae multorum criminum coram domino accusata est, quam Evangelium secundum Hebraeos continet. Atque haec ad ea, quae supra exposuimus, non sine causa a nobis adiecta sint.

III.

1. Apollinarii: Non in laqueo mortuus est Iudas, sed supervixit demtus, antequam suffocaretur. Et hoc ostendunt Actus apostolorum, quod suspensus crepuit medius et diffusa sunt viscera eius. Hoc autem apertius tradit Papias Ioannis discipulus in quarto Expositionis verborum dominicorum sic dicens:

2. „Magnum impietatis exemplum in hoc mundo Iudas versatus est carne adeo intumente, ut, ubi plaustrum facile traducitur, ille non posset transire, neque vero ipsa capitis illius moles sola esset. Nam palpebras oculorum eius in tantum intumuisse ferunt, ut ipse quidem lucem prorsus non videret, oculi autem eius ne a medico quidem per dioptram cerni possent: tanta altitudine ab externa superficie abscesserant. Pudenda illius quavis re deformi puti-

positam fuisse censent, cum alii contradicant. Non est meum de hac re iudicare. Id autem moneo, pericopen Ioann. 7, 53—8, 11, etiamsi fortasse Papiae sit, inter huius fragmenta mihi non esse recipienda, cum N. T. eam exhibens unicuique praesto sit.

III. Textum constituit Hilgenfeld in *Zeitschr. f. wiss. Theol.* 1875 p. 262—265). Modo v. 2 pro *εἶχον* scripsit *εἶχεν*, per lapsum calami, ut videtur. Cf. ad fragmentum Zahn, *Forschungen* VI, 153—157.

1. *Ἀπολιναρίου*] Duo huius nominis viri veteres nobis cogniti sunt: Apollinaris Hierapolitanus, cf. Eus. H. E. IV, 21. 26. 27; V, 16. 19; Chron. Olymp. 237; Chron. pasch. ed. Dindorf p. 13 sq.; Hieron. Catal. c. 26; Apollinaris Laodicenus, qui teste Hieronymo (Catal. c. 104) in S. Scripturas innumerabilia scripsit volumina et cuius sunt plura fragmenta, quae ad nos pervenerunt; et huic fragmentum debere videmur. — *οὐκ ἀπέθανε*] De hoc S. Scriptura nihil dicit. E contrario Matthaeus 27, 8 et Lucas Act. 1, 18 produnt, Iudam laqueo vitam finiisse.

2. *φασί*] Hoc verbo, v. 3 repetito, Papias annuere videtur, non a discipulis Domini celebribus, ad quos alias provocat, a seniore Ioanne vel Aristione, se haec comperisse, sed ab aliis, qui erant minoris auctoritatis, et quae hi ei referebant, ea nihil nisi famam de exitu Iudae

τὸ δὲ αἰδοῖον αὐτοῦ πάσης μὲν ἀσχημοσύνης ἀηδέστερον καὶ μεῖζον φαίνεσθαι, φέρεσθαι δὲ δι' αὐτοῦ ἐκ παντὸς τοῦ σώματος συρρέοντας ἰχῶράς τε καὶ σκώληκας εἰς ὕβριν δι' αὐτῶν μόνων τῶν ἀναγκαίων. 3. μετὰ πολλὰς δὲ βασάνους καὶ τιμωρίας ἐν ἰδίῳ, φασί, χωρίῳ τελευτήσαντος, ἀπὸ τῆς ὀδμῆς ἔρημον καὶ ἀοίκητον τὸ χωρίον μέχρι τῆς νῦν γενέσθαι, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῆς σήμερον δύνασθαί τινα ἐκεῖνον τὸν τόπον παρελθεῖν, ἐὰν μὴ τὰς ῥῖνας ταῖς χερσὶν ἐπιφράξῃ. τοσαύτη διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἔκρυσις ἐχώρησεν."

[Textus constitutus est ex Anecdot. ed. Wolf III, 93; Catena ad Act. SS. Apost. ed. Cramer Oxon. 1838 p. 12 sq.; Theophylact. in Act. 1, 18 sq., Catena ad Evang. S. Matth. et S. Marc. ed. Cramer Oxon. 1840 p. 231; Oecumen. in Act. 2, Cod. Parisino graeco 1630 (Anecdota graeca ed. Boissonade 1830 II, 464 sq.); Schol. in Act. 1, 18 ap. Ch. F. Matthaei (*Apostelgesch.* 1782 p. 304); Theophyl. in Matth. 27, Opp. ed. Venet. 1754 I, 154; Euthym. Zigab. in IV Evang. I, 1085 ed. Matthaei.]

IV.

Παπίας δὲ οὕτως ἐπὶ λέξεως· Ἐνίοις δὲ αὐτῶν, δηλαδὴ τῶν πάλαι θείων ἀγγέλων, καὶ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως ἔδωκεν ἄρχειν, καὶ καλῶς ἄρχειν παρηγγύησε. καὶ ἑξῆς φησίν· Εἰς οὐδὲν δὲ συνέβη τελευτῆσαι τὴν τάξιν αὐτῶν.

[Andreas Caesar. in Apoc. c. 34 serm. 12 p. 52 ed. Sylburg 1696; PG 106, 326.]

V.

Περὶ μέντοι τοῦ θεοπνεύστου τῆς βίβλου (τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου scil.) περιττὸν μηκύνειν τὸν λόγον ἡγούμεθα, τῶν μακαρίων Γρηγορίου φημὶ τοῦ θεολόγου καὶ Κυρίλλου, προσέτι δὲ καὶ τῶν ἀρχαιοτέρων Παππίου, Εἰρηναίου, Μεθοδίου καὶ Ἱππολύτου ταύτῃ προσμαρτυρούντων τὸ ἀξιόπιστον.

[Andreas Caesar. in praef. in Apoc. p. 2, PG 106, 217.]

Hierosolymis exortam esse conicere licet.

3. Similia praeter alia narrat Catena armeniaca, quam in linguam germanicam versam Zahn l. c. p. 155 exhibet.

diora et maiora apparuisse atque per ea saniem et vermes ex toto corpore confluentes in contumeliam cum excrementis ipsis elapsos esse. 3. Post multa autem tormenta ac cruciatus cum in suo, ut aiunt, praedio mortuus esset, praedium odoris causa usque ad hoc tempus desertum et ab incolis vacuum esse, neque quemquam usque ad hodiernum diem per illum locum transire posse, nisi nares manibus obturaret. Tantus per carnem eius etiam in terram fluxus elatus est."

IV.

Papias autem sic verbotenus: Nonnullis ex ipsis, scilicet angelis quondam divinis, administrationi terrae praeesse mandavit, et bene eos praeesse iussit. Et deinceps dicit: Accidit autem, ut ordo eorum ad nihilum recideret.

V.

De inspiratione quidem illius libri (sc. Apocalypsis) prolixe disserere superfluum arbitramur, cum beati viri, Gregorius inquam theologus et Cyrillus, adhuc autem etiam vetustiores, Papias, Irenaeus, Methodius et Hippolytus eum fide dignum esse attestentur.

IV. Andreae verba Oecumenius et Arethas in Comment. in Apocal. ed. Cramer 1840 p. 360 ita transscripserunt: *Τοῦτο καὶ πατέρων παράδοσις καὶ Παπίου διαδόχου τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, οὗ καὶ ἡ προκειμένη Ἀποκάλυψις διαβεβαιοῖ. Παπίας δὲ καὶ ἐπ' αὐτῆς λέξεως οὕτως φησὶ περὶ τοῦ πολέμου* (Apoc. 12, 7), *ὅτι εἰς οὐδὲν συνέβη τελευτῆσαι τὴν τάξιν αὐτῶν.* Lightfoot (*Contemp. Rev.* XXVI, 845) etiam ea Papiae adscribit, quae sequuntur, scilicet verba Apocalypsis 12, 9. — *ἐνίοις δὲ κτλ.*] Cf. Iust. Apol. II, 5. — *εἰς οὐδὲν δὲ κτλ.*] Cum codex Augustanus exhibeat: *εἰς οὐ δέον*, Lücke (*Einleitung in die Offenbarung des Johannes* ed. II 1852 p. 524 sq.) coniecit: *εἰς οὐδὲν δέον*, et Harnack et Lightfoot-Harmer haec verba receperunt. Mihi textus vulgatus retinendus esse videtur.

V. Arethas in Comment. in Apoc. ed. Cramer 1840 p. 176 Andreae verba ita exscribit: *Περὶ δὲ τοῦ θεοπνεύστου τῆς βίβλου ἐν ἁγίοις Βασίλειος καὶ Γρηγόριος ὁ θεῖος τὸν λόγον καὶ Κύριλλος καὶ Παπίας καὶ Εἰρηναῖος καὶ Μεθόδιος καὶ Ἱππόλυτος, οἱ ἐκκλησιαστικοὶ πατέρες, ἐχέγγυοι πιστώσασθαι.*

VI.

Λαβόντες τὰς ἀφορμὰς ἐκ Παπίου τοῦ πάνυ, τοῦ Ἱεραπολίτου, τοῦ τῷ ἐπιστηθίῳ φοιτήσαντος, καὶ Κλήμεντος καὶ Πανταίνου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἱερέως, καὶ Ἀμμωνίου τοῦ σοφωτάτου, τῶν ἀρχαίων καὶ πρὸ τῶν συνόδων ἐξηγητῶν, εἰς Χριστὸν καὶ τὴν ἐκκλησίαν πᾶσαν τὴν ἑξαήμερον νοησάντων.

[Anastas. Sinait. Contempl. anagog. in Hexaëm. lib. I. PG 89, 860.]

VII.

Οἱ μὲν οὖν ἀρχαιότεροι τῶν ἐκκλησιῶν ἐξηγητῶν, λέγω δὴ Φίλων ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν ἀποστόλων ὁμόχρονος, καὶ Παπίας ὁ πολύς, ὁ Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ φοιτητής, ὁ Ἱεραπολίτης ..... καὶ οἱ ἀμφ' αὐτοὺς πνευματικῶς τὰ περὶ παραδείσου ἐθεώρησαν εἰς τὴν Χριστοῦ ἐκκλησίαν ἀναφερόμενοι.

[Anastas. Sin. l. c. lib. VII. PG 89, 962.]

VIII.

Τοὺς κατὰ θεὸν ἀκακίαν ἀσκοῦντας παῖδας ἐκάλουν, ὡς καὶ Παπίας δηλοῖ βιβλίῳ πρώτῳ τῶν κυριακῶν ἐξηγήσεων καὶ Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ Παιδαγωγῷ.

[Maximus Confess. Schol. in Dionys. Areop. De caelesti hierarch. c. 2 p. 32 ed. Corder. p. 12 ed. Venet. 1755, PG IV, 48.]

IX.

Ταῦτά φησιν αἰνιττόμενος οἶμαι Παπίαν τὸν Ἱεραπόλεως τῆς κατ' Ἀσίαν τότε γενόμενον ἐπίσκοπον καὶ συνακμάσαντα τῷ θείῳ εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ. οὗτος γὰρ ὁ Παπίας ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ τῶν κυριακῶν ἐξηγήσεων τὰς διὰ βρωμάτων εἶπεν ἐν τῇ ἀναστάσει ἀπολαύσεις. . . καὶ Εἰρηναῖος δὲ ὁ Λουγδούνου ἐν τῷ κατὰ αἱρέσεων πέμπτῳ λόγῳ τὸ αὐτό φησι καὶ παράγει μάρτυρα τῶν ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένων τὸν λεχθέντα Παπίαν.

[Maximus Conf. l. c. De eccles. hierarchia c. 7 p. 422 ed. Corder. p. 86 sq. ed. Venet., PG IV, 176.]

VI. Textum huius fragmenti graecum primus vulgavit Halloix, Illustr. eccl. Orient. script. II, 851. Emendatiorem eum edidit Pitra, Analecta sacra II (1884), 160. — *λαβόντες τ. ἀφ.*] Anastasius, exegeta allegoricus, Papiam etc. tanquam antecessores et magistros commemorat. — *Πανταίνου*] Cf. Eus. H. E. V, 10; VI, 19. — *Ἀμμωνίου*) Cf. Eus. H. E. VI, 19, ubi legimus, Ammonium cum plures libros scripsisse tum unum, qui in-

VI.

Capta occasione e Papia viro clarissimo Hierapolitano, discipulo apostoli, qui supra pectus domini recubuit, et Clemente et Pantaeno sacerdote Alexandrino et Ammonio sapientissimo, vetustis et synodis anterioribus interpretibus, qui totum opus sex dierum de Christo et ecclesia intellexerunt.

VII.

Vetustiores ergo ecclesiarum interpretes, Philo inquam philosophus et apostolorum aequalis, et Papias celeberrimus, Ioannis evangelistae discipulus, Hierapolitanus .... et eorum asseclae spiritualiter intellexerunt, quae de paradiso scripta sunt, ad ecclesiam Christi ea referentes.

VIII.

Eos, qui secundum deum innocentiam sectabantur, pueros vocabant, sicut et Papias declarat libro primo Expositionum dominicarum et Clemens Alexandrinus in Paedagogo.

IX.

Haec ait obscure significans, ut puto, Papias, qui Hierapolis Asiae tunc fuit episcopus et divini Ioannis evangelistae temporibus floruit. Hic enim Papias libro quarto Expositionum dominicarum dixit, in resurrectione voluptates futuras esse, quae percipiuntur ex cibis. . . Et Irenaeus Lugdunensis episcopus in libro adversus haereses quinto idem dicit producitque testem eorum, quae ab ipso dicta sunt, Papiam, quem diximus.

scriptus est: De consensu Mosis ac Iesu. — *πρὸ τῶν συνόδων*] Sic scribit Pitra, et lectionem codici Palatino 372 debere videtur, cum tres alii codices *πρώτων* pro *πρὸ τῶν* habeant, editores priores *πρώτων συνώδων*, de interpretibus sibi invicem consentaneis dicentes. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 126 n. 3.

VII. Graece hoc fragmentum primus edidit Nolte in *Theol. Quartalschrift* 1867 p. 56. — *ἐθεώρησαν*] Cf. quae de significatione huius vocis disputavit Kihn in *Theol. Quartalschrift* 1880 p. 531—582.

VIII. *ἐκάλουν*] sc. primi Christiani. Cf. Luc. 18, 16 sq.; Clem. Al. Paedag. I, 6, 32 sq. p. 117 sq.

IX. Repetiit Maximi verba Gregorius Pachymeres in sua paraphrasi librorum Areopagitae l. c. p. 428 ed. Cord. p. 274 ed. Ven., PG III, 572. — *Εἰρηναῖος κτλ.*] Cf. Adv. haer. V, 33 et supra Fragm. I.

X.

. . . . οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ Παπίαν τὸν Ἱεραπόλεως ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, οὐδὲ Εἰρηναῖον τὸν ὅσιον ἐπίσκοπον Λουγδούνων (scil. ἀποδέχεται Στέφανος), ἐν οἷς λέγουσιν αἰσθητῶν τινῶν βρωμάτων ἀπόλαυσιν εἶναι τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν.

[Stephan. Gob. ap. Phot. Biblioth. cod. 232 ed. Bekker p. 291.]

XI.

1. Παπίας Ἱεραπόλεως ἐπίσκοπος ἀκουστὴς τοῦ θεολόγου Ἰωάννου γενόμενος, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος, πέντε λόγους κυριακῶν λογίων ἔγραψεν. ἐν οἷς ἀπαρίθμησιν ἀποστόλων ποιούμενος μετὰ Πέτρον καὶ Ἰωάννην, Φίλιππον καὶ Θωμᾶν καὶ Ματθαῖον εἰς μαθητὰς τοῦ κυρίου ἀνέγραψεν Ἀριστίωνα καὶ Ἰωάννην ἕτερον, ὃν καὶ πρεσβύτερον ἐκάλεσεν. ὥς τινας οἴεσθαι, ὅτι τούτου τοῦ Ἰωάννου εἰσὶν αἱ δύο ἐπιστολαὶ αἱ μικραὶ καὶ καθολικαί, αἳ ἐξ ὀνόματος Ἰωάννου φερόμεναι, διὰ τὸ τοὺς ἀρχαίους τὴν πρώτην μόνην ἐγκρίνειν. τινὲς δὲ καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν τούτου πλανηθέντες ἐνόμισαν. καὶ Παπίας δὲ περὶ τὴν χιλιονταετηρίδα σφάλλεται, ἐξ οὗ καὶ ὁ Εἰρηναῖος. 2. Παπίας ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ λέγει, ὅτι Ἰωάννης ὁ θεολόγος καὶ Ἰάκωβος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὑπὸ Ἰουδαίων ἀνῃρέθησαν. Παπίας ὁ εἰρημένος ἱστόρησεν ὡς παραλαβὼν ἀπὸ τῶν θυγατέρων Φιλίππου, ὅτι Βαρσαβᾶς ὁ καὶ Ἰοῦστος δοκιμαζόμενος ὑπὸ τῶν ἀπίστων ἰὸν ἐχίδνης πιὼν ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ ἀπαθὴς διεφυλάχθη. ἱστορεῖ δὲ καὶ ἄλλα θαύματα καὶ μάλιστα τὸ κατὰ τὴν μητέρα Μαναΐμου τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναστᾶσαν.

XI. Textum editoris principis accurate repetii, nisi quod v. 1 ante *τοῦ Ἰωάννου* inserui *τούτου*. Epitome, cui hoc fragmentum et plura aliorum auctorum debemus, inter annos 600 et 800 conscripta est. C. de Boor in *Texte und Untersuchungen* V, 2 p. 171—174 demonstrasse sibi visus est, epitomatorem ex Historia ecclesiastica Philippi Sidetis (saec. V in.) hausisse. Fortasse recte; cum omni certitudine autem fons vix definiri potest.

1. Hunc versum epitomator ex Eusebio sumpsit, partem priorem ex H. E. III, 39, alteram ex H. E. III, 25.

2. *Ἰωάννης κτλ.*] Theologum Papias Ioannem certe non vocavit, cum apostolus hoc nomine ante saeculum IV exiens ornatus vix reperiatur et multo ante vix ornari potuerit. Haud dubie Ioannem, de quo dixit, neque alia appellatione accuratius designavit, sed nomen solum adhibuit. Sin autem res ita se habet, quaeritur, quis sit ille

X.

. . . . revera neque Papiam episcopum Hierapolis et martyrem neque Irenaeum sanctum Lugduni episcopum (sc. admittit Stephanus), quippe qui fructum ciborum quorundam sensibilium esse dicant regnum caelorum.

XI.

1. Papias episcopus Hierapolis, qui auditor Ioannis theologi fuit, Polycarpi autem amicus, quinque libros sermonum domini scripsit, in quibus enumerationem apostolorum instituens post Petrum et Ioannem, Philippum et Thomam et Matthaeum inter discipulos domini commemoravit Aristionem atque Ioannem alterum, quem etiam presbyterum vocavit, ita ut quidam putent, huius Ioannis esse duas epistulas parvas et catholicas, quae sub nomine Ioannis circumferuntur, quoniam veteres primam solam admittunt. Nonnulli autem etiam Apocalypsin huius esse errantes putaverunt. Papias vero de millenio fallitur, eumque sequens etiam Irenaeus. 2. Papias in secundo libro dicit, Ioannem theologum et Iacobum eius fratrem a Iudaeis interfectos esse. Papias commemoratus narravit, quasi accepisset a filiabus Philippi, Barsabam, qui et Iustus vocatur, ab infidelibus probatum veneno viperae hausto nomine Christi integrum servatum esse. Refert etiam alia miracula et praesertim, matrem

Ioannes. Si Papias Iacobum, quem ei adiunxit, huius fratrem nominasset, sane de Ioanne apostolo dixisset. Verba autem *ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ* haud dubie eidem manui attribuenda sunt, cuius *ὁ θεολόγος* est. Pro certo haberi potest, Papiam id solum scripsisse: *Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος ὑπὸ Ἰουδαίων ἀνῃρέθησαν,* et qui hi viri a Iudaeis interfecti sint, vix dubium est. Alter est Ioannes baptista, ab Herode Antipa decollatus, alter Iacobus apostolus, filius Zebedaei, ab Herode Agrippa I interemptus. Papias se de illo loqui etiam eo prodit, quod eum Iacobo anteponit, cum Ioannes apostolus, qui etiam in concilio apostolorum a. 52 aderat, post fratrem a. 43 vel 44 mortuum commemorandus fuisset. Cf. Fragmentum XII; Zahn, *Forschungen* VI, 147—151. — *ὡς παραλαβὼν κτλ.*] Haec miracula etiam in Fragmento II, 9 commemorantur. Eusebius vero non refert, qua occasione data (*δοκιμαζόμενος ὑ. τ. ἀ.*) Barsabas miraculum fecerit, neque hominem a mortuis resuscitatum nominat. Act. 13, 1 *Μαναὴν Ἡρώδου τοῦ τετράρχου σύντροφος* commemoratur, et quaerere licet, num hic idem fuerit cum Manaimo, de quo Papias dicit. —

περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντων, ὅτι ἕως Ἀδριανοῦ ἔζων.

[Philipp. Sidet. Hist. eccles.? Ed. C. de Boor e cod. Barocciano 142 in *Texte und Untersuchungen* 1888 V, 2 p. 170.]

XII.

1. Μετὰ δὲ Δομετιανὸν ἐβασίλευσε Νερούας ἔτος ἕν, ὃς ἀνακαλεσάμενος Ἰωάννην ἐκ τῆς νήσου ἀπέλυσεν οἰκεῖν ἐν Ἐφέσῳ. μόνος τότε περιὼν τῷ βίῳ ἐκ τῶν ιβ' μαθητῶν καὶ συγγραψάμενος τὸ κατ' αὐτὸν εὐαγγέλιον μαρτυρίου κατηξίωται. 2. Παπίας γὰρ ὁ Ἱεραπόλεως ἐπίσκοπος, αὐτόπτης τούτου γενόμενος, ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ τῶν κυριακῶν λογίων φάσκει, ὅτι ὑπὸ Ἰουδαίων

περὶ τῶν κτλ.] Quadratus apud Eusebium H. E. IV, 3, 2 dicit, nonnullos eorum, qui per Dominum a mortuis resuscitati essent, ad sua usque tempora pervenisse, et quamquam Apologiam suam Hadriano obtulit, ex eius verbis non sequitur, illos Hadriano regnante adhuc vixisse, sed id solum, eos Quadrato iam vivo adhuc superstites fuisse. Conicere licet, Papiam quoque similiter scripsisse, et epitomatorem, quem eius verba non tam reddidisse quam interpretatum esse iam cognovimus, hoc loco Hadriani mentionem fecisse, cum ex aliis locis appareret, opus patris illo imperatore regnante confectum esse. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 110 n. 2.

XII. Huius documenti primus E. de Muralto in editione Chronici Georgii Hamart. 1859 p. XVII sq. notitiam attulit ac summam exscripsit; fragmentum totum edidit Nolte loco supra laudato. Cum quae in eo v. 2 de morte Ioannis apostoli leguntur, iis contraria sint, quae alias comperta habemus, Lightfoot in *Contemp. Review* XXVI, 852 sq. coniecit, Georgium scripsisse: *Παπίας γὰρ ... φάσκει, ὅτι Ἰωάννης [μὲν ὑπὸ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως κατεδικάσθη μαρτυρῶν εἰς Πάτμον. Ἰάκωβος δὲ] ὑπὸ Ἰουδαίων ἀνῃρέθη*, verba uncinis inclusa autem excidisse, et Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I (1897), 666, ei assentitur, nisi quod verba illa iam in exemplari a Georgio adhibito defuisse censet. Res autem, ut Zahn, *Forschungen* VI, 147—149, animadvertit, omnino aliter se habet. Verba *μαρτυρίου κατηξίωται* (v. 1 fin.) — *καὶ μὴν δή* (v. 3 med.) codex Coislinianus solus tradit; codices vero viginti sex Chronici Georgii reliqui, quos Muralt descripsit, pro eis exhibent: *ἐν εἰρήνῃ ἀνεπαύσατο. περὶ οὗ*, apostolum ergo in pace obdormiisse, non interfectum esse dicunt; et minime dubium est, Georgium haec scripsisse, non illa; namque non solum verisimillimum est, tot codices consentientes plus auctoritatis habere quam Coislinianum, etiamsi hic illis aetate praestat, sed etiam contextus verba illa interpolata esse docet, cum Georgius frag-

Manaimi e mortuis resuscitatam fuisse; eos, qui a Christo e mortuis resuscitati erant, usque ad Hadriani tempus vixisse.

XII.

1. Post Domitianum regnavit unum annum Nerva, qui Ioannem advocavit ex insula dimisitque, permittens eum Ephesi habitare. Solus tunc vita supererat ex XII discipulis et conscripto Evangelio, quod est secundum ipsum, martyrio dignus factus est. 2. Papias enim Hierapolis episcopus, qui id vidit, secundo dominicorum oraculorum libro dicit eum a Iudaeis inter-

mento exeunte Eusebium proferat testantem, Ioannem Ephesi defunctum esse, quae verba certe non de martyrio, ne dicam de supplicio a Iudaeis in Palaestina perlato, intellegenda sunt. Fragmenti pars ad Papiam pertinens igitur non ad Georgium, sed potius ad virum ignotum et posteriorem, qui in eius Chronico verba codice Coisliniano solo tradita inseruit, referenda est. Cum interpolator narrationem Papiae de morte Ioannis aeque atque epitomator vel auctor Fragmenti XI ad apostolum Ioannem referat, quaeritur, an ab hoc dependeat, quo posterior est, cum Georgius, cuius Chronico manum intulit, Michaele III regnante (842—867) scripserit. Cf. Krumbacher, *Geschichte der byzant. Litteratur* ed. II 1897 p. 352. Papiam interpolator quidem αὐτόπτην Ioannis appellat, cum epitomator eum ἀκουστὴν vocet, et nomine θεολόγος, quod hic bis adhibuit, non utitur. Altera ex parte similiter atque hic Papiae opus simpliciter κυριακὰ λόγια et secundum librum δεύτερον λόγον nominat. Et haec maioris momenti esse videntur quam illa. Cum interpolator Eusebium cognitum haberet, vocem ἀκουστῆς facile voce αὐτόπτης ab hoc adhibita (cf. Fragm. II, 2) mutare potuit, et nomen θεολόγος ei omittendum erat, cum Ioannes iam a Georgio distincte apostolus declaratus esset. Quod autem de morte Iacobi non aeque atque epitomator dicit vel Papiam eius testem profert et Papiae de Ioannis morte testimonio testimonium Origenis addit, quod in epitome deest, nullius ponderis est. Cum Georgius de Ioanne solo ageret, etiam interpolatori de hoc tantum nonnulla addenda erant. Accedit, quod narratio de morte Iacobi narrationi de morte Ioannis non solum in epitome, sed etiam in opere Papiae proxime adiuncta fuit, ita ut interpolator, uter eius fons fuit, hunc deseruisse iudicandus sit. Sin autem dictum Origenis adiecit, considerandum est, eum et alia plura addidisse, quae in epitome non leguntur, non solum sermonem Domini ad Zebedaeos (v. 2), sed etiam Eusebii testimonium de Ioanne (v. 3). Itaque non, ut Zahn l. c. p. 148 censuit, dubium, sed omnino verisimile est, interpolatorem non e Papiae opere, sed ex epitome vel alia simili scriptura hausisse. Nihilominus particula non praetereunda esse videtur.

1. Cf. Eus. H. E. III, 20, 10—11.

ἀνῃρέθη· πληρώσας δηλαδὴ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τὴν τοῦ Χριστοῦ περὶ αὐτῶν πρόρρησιν καὶ τὴν ἑαυτῶν ὁμολογίαν περὶ τούτου καὶ συγκατάθεσιν. εἰπὼν γὰρ ὁ κύριος πρὸς αὐτούς· *Δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ πίνω;* καὶ κατανευσάντων προθύμως καὶ συνθεμένων· *Τὸ ποτήριόν μου,* φησίν, *πίεσθε καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε.* καὶ εἰκότως· ἀδύνατον γὰρ θεὸν ψεύσασθαι. 3. οὕτω δὲ καὶ ὁ πολυμαθὴς Ὠριγένης ἐν τῇ κατὰ Ματθαῖον ἑρμηνείᾳ διαβεβαιοῦται, ὡς ὅτι μεμαρτύρηκεν Ἰωάννης, ἐκ τῶν διαδόχων τῶν ἀποστόλων ὑποσημαινάμενος τοῦτο μεμαθηκέναι. καὶ μὲν δὴ καὶ ὁ πολυΐστωρ Εὐσέβειος ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ (III, 1) φησί· Θωμᾶς μὲν τὴν Παρθίαν εἴληχεν, Ἰωάννης δὲ τὴν Ἀσίαν, πρὸς οὓς καὶ διατρίψας ἐτελεύτησεν ἐν Ἐφέσῳ.

[E codice Coisliniano 305 Georgii Hamart. Chronicum tradente ed. Nolte in *Theol. Quartalschrift* 1862 p. 466 sq.]

XIII.

Διέπρεπέ γε μὴν κατὰ τούτους ἐπὶ τῆς Ἀσίας τῶν ἀποστόλων ὁμιλητὴς Πολύκαρπος, τῆς κατὰ Σμύρναν ἐκκλησίας πρὸς τῶν αὐτοπτῶν καὶ ὑπηρετῶν τοῦ κυρίου τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρισμένος. καθ' ὃν ἐγνωρίζετο Παπίας τῆς ἐν Ἱεραπόλει παροικίας καὶ αὐτὸς ἐπίσκοπος.

[Eus. H. E. III, 36, 1. 2.]

XIV.

Ἰωάννην [τὸν θεολόγον καὶ] ἀπόστολον Εἰρηναῖος καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσι παραμεῖναι τῷ βίῳ ἕως τῶν χρόνων Τραϊανοῦ· μεθ' ὃν Παπίας Ἱεραπολίτης καὶ Πολύκαρπος Σμύρνης ἐπίσκοπος ἀκουσταὶ αὐτοῦ ἐγνωρίζοντο.

[Eus. Chronic. post Traian. ann. 1 ed. Schoene II, 162.]

2. *πληρώσας κτλ.*] Vix dubium est, haec verba non ad Papiam referenda, sed interpretamentum verborum eius ab auctore Fragmenti adiectum esse.

3. *οὕτω κτλ.*] Revera scribit Origenes in Matthaeum t. XVI c. 6 ed. De la Rue III, 719 sq.: *Πεπώκασι δὲ ποτήριον καὶ τὸ βάπτισμα ἐβαπτίσθησαν οἱ τοῦ Ζεβεδαίου υἱοί, ἐπείπερ Ἡρώδης μὲν ἀπέκτεινεν Ἰάκωβον τὸν Ἰωάννου μαχαίρᾳ· ὁ δὲ Ῥωμαίων βασιλεύς, ὡς ἡ παράδοσις διδάσκει, κατεδίκασε τὸν Ἰωάννην μαρτυροῦντα διὰ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον εἰς Πάτμον τὴν νῆσον.* Alexandrinus, ut facile vides, voce *μαρτυρεῖν* nec

fectum esse, ita ut profecto cum fratre praedictionem a Christo de ipsis factam compleret ac confessionem assensionemque, quam ipsi de hac re exhibebant. Cum enim dominus ad eos dixisset: *Potestis bibere calicem, quem ego bibo?* ipsique prompto animo annuerent et assentirent: *Calicem meum,* inquit, *bibetis et baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini.* Et iure quidem; nam fieri non potest, ut deus mentiatur. 3. Sic etiam Origenes doctissimus in expositione Evangelii secundum Matthaeum contendit, scilicet Ioannem martyrium subiisse, a successoribus apostolorum hoc se didicisse significans. Atque Eusebius quoque eruditissimus in Historia ecclesiastica dicit: Thomas quidem Parthiam sortitus est, Ioannes vero Asiam, ubi et commoratus defunctus est Ephesi.

XIII.

Florebat iisdem temporibus in Asia Polycarpus apostolorum discipulus, qui a familiaribus ac ministris domini episcopatum ecclesiae Smyrnensis acceperat. Cuius aetate celebris fuit Papiaś parochiae Hierapolitanae et ipse episcopus.

XIV.

Ioannem [theologum et] apostolum usque ad Traiani tempora in vita permansisse Irenaeus et alii referunt, post quem Papias Hierapolitanus et Polycarpus Smyrnae episcopus eius auditores insignes fuerunt.

3 Marc. 10, 38. 39 cf. Matth. 20, 22. 23.

mortem designat nec mortem a Iudaeis apostolo illatam esse dicit. Itaque auctor vocem *μαρτυρεῖν* false intellexit.

XIII. *ἐπίσκοπος*] sic plerique codices, versio syriaca et Rufinus; quattuor tantum codices addunt: *ἀνὴρ τὰ πάντα ὅτι μάλιστα λογιώτατος καὶ τῆς γραφῆς εἰδήμων*, Nicephorus H. E. III, 2: *ἀνὴρ λόγῳ κεκοσμημένος καὶ τῆς γραφῆς ὡς μάλιστα ἔμπειρος*. Sed non est dubium, illa verba ab imperito aliquo scholiaste adiecta esse, cum in plerisque codicibus desint et Eusebius paulo post (III, 39, 13. cf. Fragm. II, 13) iudicium contrarium de Papia ferat.

XIV. Textum graecum servavit Syncellus ed. Bonn. I, 656, haud dubie autem verba inclusa, quae et apud Hieronymum et in versione armeniaca desiderantur et ab Eusebii aetate aliena sunt, de suo ingenio addidit.

XV.

Papias, Iohannis auditor, Hierapolitanus in Asia episcopus, quinque tantum scripsit volumina, quae praenotavit: Explanatio sermonum domini. In quibus cum se in praefatione adserat non varias opiniones sequi, sed apostolos habere auctores, ait: „Considerabam, quid Andreas, quid Petrus dixissent, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus, quid Iohannes, quid Matthaeus vel alius quilibet discipulorum domini; quid etiam Aristion et senior Iohannes, discipuli domini, loquebantur. Non enim tantum mihi libri ad legendum prosunt, quantum viva vox usque hodie in suis auctoribus personans". 2. Ex quo apparet, ex ipso catalogo, nominum alium esse Iohannem, qui inter apostolos ponitur, et alium seniorem Iohannem, quem post Aristionem enumerat. Hoc autem diximus propter superiorem opinionem, qua a plerisque rettulimus traditum, duas posteriores epistulas Iohannis non apostoli esse, sed presbyteri. 3. Hic dicitur mille annorum iudaicam edidisse δευτέρωσιν. Quem secuti sunt Irenaeus et Apollinarius et ceteri, qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis dominum regnaturum. Tertullianus quoque in libro de spe fidelium et Victorinus Petavionensis et Lactantius hac opinione ducuntur.

[Hieron. De viris illustr. c. 18 ed. Richardson 1896 in *Texte und Untersuchungen* XIV, 1.]

XVI.

Porro Iosephi libros et sanctorum Papiae et Polycarpi

XV. Hieronymus hoc caput hausit ex Eus. H. E. III, 39 (Cf. Fragm. II).

2. superiorem opinionem] Cf. Hieron. De vir. ill. seu Catal. c. 9.

3. dicitur] Hac voce Hieronymus ipse prodit, eo tempore, quo Catalogum scripsit, se Papiam non legisse; sed etiam postea eius librum non vidisse videtur, cum nusquam notitiam eius accuratiorem prodat. — mille etc.] In epistula ad Anatolium Commentario Victorini episc. et mart. in Apocal. praemissa Hieronymus similiter scribit: Nam et anterior Papias Hierapolites et Nepos ... de mille annorum regno ita ut Victorinus senserunt. — *δευτέρωσιν*] i. e. traditionem. Cf. Epiph. H. 33 c. 9: *αἱ γὰρ παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων δευτερώσεις παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις λέγονται.* Hieron. Comm. in Ezech. c. 36 t. V p. 422 ed. Vallarsi. — secuti sunt] Notandum esse videtur, Papianistarum mentionem fieri in L. 5 Cod. Iustin. de haeret. I, 5, et Praedest. c. 32 inter Elcesaitas Papiam presbyterum Achaiae commemorari.

volumina falsus ad te rumor pertulit a me esse translata: quia nec otii mei nec virium est, tantas res eadem in alteram linguam exprimere venustate.

[Hieron. Ep. 71 ad Lucin. c. 5, PL 22, 671.]

XVII.

Refert Irenaeus . . . . . Papiae auditoris evangelistae Ioannis discipulus . . . . .

[Hieron. Ep. 75 ad Theodoram c. 3, PL 22, 687.]

XVIII.

Incipit argumentum secundum Iohannem.

Evangelium Iohannis manifestatum et datum est ecclesiis ab Iohanne adhuc in corpore constituto, sicut Papias nomine Hierapolitanus, discipulus Iohannis carus, in exotericis id est in extremis quinque libris retulit. 2. [Descripsit vero Evangelium

XVIII. Fragmentum postquam diu in oblivione iacuit, in lucem produxit Aberle in *Theol. Quartalschrift* 1864 p. 1—31, et confestim magna controversia exorta est, quae adhuc durat, cum e. g. Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I (1897), 664 sq., testimonium reiciat, Zahn, *Forschungen* VI, 127 comprobet. Fragmentum etiam in alio in Evangelium Ioannis prologo insertum est, quem edidit Wordsworth, Novum Testamentum latine secundum Hieronymum I, 490.

1. adhuc in corpore constituto] = *ἔτι ἐν τῷ σώματι καθεστῶτος*. Particula ostendit, fragmentum graece scriptum fuisse. Harnack l. c. illam locutionem omni sensu carere dicit, cum Ioannes mortuus Evangelium edidisse a nemine dici potuerit. At Matth. 27, 63 similiter scriptum est: *ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν*. Zahn l. c. locutionem ex Ioann. 21, 24 explicat: cum ex hoc versu concludi potuisset, Evangelium IV auctore mortuo ab eius amicis editum esse, Papiam dixisse, scripturam non ab amicis Ioannis eoque mortuo, sed eo vivo et ab eo ipso editam fuisse. Rectius Lightfoot, *Contemp. Review.* XXVI, 851—854, coniecisse videtur, Papiam cum dicta S. Ioannis plura innisus auctoritate seniorum allegasset, sic circiter orationem prosecutum esse: Et haec consentiunt cum iis, quae in ipsius Evangelio invenimus, quod dabat ecclesiis, cum adhuc inter vivos esset. Hoc modo historiam post eius mortem repetitam Evangelio a labiis superstitis accepto opponentes facile intellegimus verba *adhuc in corpore constituto*. Et si Evangelii Ioannis sic obiter tantum mentio facta est, Eusebio verba Papiae non erant repetenda, nisi a via deflectere voluit. — exotericis id est in extremis]

dictante Iohanne recte. Verum Martion haereticus, cum ab eo fuisset improbatus, eo quod contraria sentiebat, abiectus est a Iohanne. Is vero scripta vel epistolas ad eum pertulerat a fratribus, qui in Ponto fuerunt].

[Cod. Vatic. Alex. 14 saec. IX ed. J. M. Thomasius Card. Opp. I, 344 Romae 1747; Pitra, Analecta sacra II, 160.]

XIX.

Ὕστατος γὰρ τούτων Ἰωάννης ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς μετακληθείς, πάνυ γηραλέου αὐτοῦ γενομένου, ὡς παρέδοσαν ἡμῖν ὅ τε Εἰρηναῖος καὶ Εὐσέβιος καὶ ἄλλοι πιστοὶ κατὰ διαδοχὴν γεγονότες

Postremus enim inter illos Ioannes est, tonitrui filius appellatus, qui, cum valde senex esset, uti nobis Irenaeus et Eusebius aliique post eos fide digni historici tradiderunt, gravibus

Omnes fere locum corruptum esse consentiunt. Auctor haud dubie pro *exotericis* scripsit *exegeticis*, et postquam librarius posuit *exotericis*, alius hanc vocem explicans addidit: id est in extremis.

2. descripsit etc.] Num haec fide digna sint, in medio relinquo. Id tantum animadverto, a librario ipso ea nequaquam ad Papiam referri et haud dubie ad hunc patrem non esse referenda, cum ea, quae proxime sequuntur, tempus serius prodant. Itaque verba uncis inclusi. Lightfoot l. c. coniecit: Papiam Evangelium citasse tanquam datum per Ioannem ecclesiis, quod *describebant* ab ipsius labiis (ὃ *ἀπέγραφον ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ*), librarium autem vocem ambiguam *ἀπέγραφον* male intellegentem interpretatum esse *describebam,* ita ut Papias apostoli amanuensis fieret. Ceteroquin considerans, Ioannem Evangelium natu praegrandem composuisse, vix negaveris verisimile esse, eum librum non ipsum scripsisse, sed alicui dictasse. Cf. Fragm. XIX. — *Martion etc.*] Aberle l. c. coniecit legendum esse: Merinthus vel Cerinthus. Cum de fratribus in Ponto sermo sit, lectio *Martion* haud dubie retinenda est. Sin autem ita legimus, narrationem falsam existimemus oportet. Scripsit quidem etiam Philastrius H. 45, Marcionem a beato Ioanne evangelista devictum atque fugatum esse. Tacent autem Irenaeus et Eusebius aliique patres saeculorum priorum. Praeterea constat, haereticum illum apostolo non fuisse aequalem. Scriptor mihi Polycarpum Ioannis discipulum cum Ioanne confudisse videtur. Harnack fabulam ex Iren. III, 3, 4 fictam esse putat, ubi Ioannes et Cerinthus atque Polycarpus et Marcion simul commemorantur.

XIX. Catena hanc particulam exhibens tradita est codice nunc deperdito, qui olim in bibliotheca Cardinalis Cusani asservabatur, et conscripta est non ante saeculum IX, cum Photius locum in ea obtineat.

ἱστορικοί, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ αἱρέσεων ἀναφυεισῶν δεινῶν ὑπηγόρευσε τὸ εὐαγγέλιον τῷ ἑαυτοῦ μαθητῇ Παπίᾳ εὐβιότῳ τῷ Ἱεραπολίτῃ, πρὸς ἀναπλήρωσιν τῶν πρὸ αὐτοῦ κηρυξάντων τὸν λόγον τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔθνεσιν.

isto tempore haeresibus gliscentibus evangelium discipulo suo Papiae honesto Hierapolitae dictavit, ut iis, qui ante ipsum gentibus per universum orbem praedicaverant, supplemento exsisteret.

[Ex Catena Patrum graec. in S. Ioannem ex antiquissimo graeco codice ms. in lucem edita a B. Corderio. Antverpiae 1630.]

XX.

Et cum fores clausae essent, apparuit undecim (discipulis) et aliis, qui cum eis erant. Aloe vero, quam ferebant, mixta erat, ut dicitur, dimidia parte ex oleo, dimidia ex melle. Certum est autem, aloen speciem turis esse, sicut refertur a geographo et Papia, quod (vel: namque) sunt quindecim species aloes in India, et quattuor earum sunt species pretiosae: Nikre, Andrataratz, Ierravor, Dzakotken; unde erat id, quod Iosephus et Nicodemus ad sepulturam dabant; etenim divites erant.

[Ex Solutionibus in IV Evang. Vardani Vardapeti Armenii saec. XII ed. Conybeare in *Guardian* 1894 die 18. Iulii.]

Fragmentum legitur in prooemio, in quo Cyrillum (Alexandrinum) et Theodorum Mopsvestenum testis anepigraphus sequitur, qui, postquam dixit, singulos evangelistas supplevisse, quae a praecedentibus praetermissa essent, illa verba addit ac deinde exponit, quae Ioannes Evangeliis prioribus adiecit. — *εὐβιότῳ*] Codex habuisse videtur *εὐβιώτῳ*, et Corderius *Εὐβιώτῳ* edidit, vocem nomen appellativum habens. Fortasse legendum est, ut Lightfoot coniecit, *συμβιότῳ* vel *συμβιωτῇ*.

XX. Scriptura Vardani laudata traditur codice 51 fol. 3 claustri S. Lazari apud Venetias siti. Zahn in *Einleitung in das N. T.* ed. II 1900 II, 460 particulam in linguam germanicam transtulit, ego secundum eius versionem in sermonem latinum. Geographus commemoratus est Moses Chorenensis, qui in Geographia c. 41 de quattuor speciebus aloes loquitur. Ad Papiam nihil referendum esse videtur nisi dictum, aloen speciem turis esse. Cf. Zahn l. c.

QUADRATI FRAGMENTUM.

Τραϊανοῦ δὲ ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν εἴκοσι τὴν ἀρχὴν μησὶν ἓξ δέουσι κρατήσαντος, Αἴλιος Ἀδριανὸς διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν. τούτῳ Κοδράτος λόγον προςφωνήσας ἀναδίδωσιν, ἀπολογίαν συντάξας ὑπὲρ τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσεβείας, ὅτι δή πονηροί τινες ἄνδρες τοὺς ἡμετέρους ἐνοχλεῖν ἐπειρῶντο. εἰςέτι δὲ φέρεται παρὰ πλείστοις τῶν ἀδελφῶν, ἀτὰρ καὶ παρ' ἡμῖν τὸ σύγγραμμα, ἐξ οὗ κατιδεῖν ἔστι λαμπρὰ τεκμήρια τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς διανοίας, καὶ τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοτομίας. 2. ὁ δ' αὐτὸς τὴν καθ' ἑαυτὸν ἀρχαιότητα παραφαίνει, δι' ὧν ἱστορεῖ ταῦτα ἰδίαις φωναῖς·

„Τοῦ δὲ σωτῆρος ἡμῶν τὰ ἔργα ἀεὶ παρῆν, ἀληθῆ γὰρ ἦν, οἱ θεραπευθέντες, οἱ ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν, οἳ οὐκ ὤφθησαν μόνον θεραπευόμενοι καὶ ἀνιστάμενοι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ παρόντες, οὐδὲ ἐπιδημοῦντος μόνον τοῦ σωτῆρος, ἀλλὰ καὶ ἀπαλλαγέντος ἦσαν ἐπὶ χρόνον ἱκανόν, ὥστε καὶ εἰς τοὺς ἡμετέρους χρόνους τινὲς αὐτῶν ἀφίκοντο".

[Euseb. H. E. IV, 3 ed. Heinichen.]

1. *ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν κτλ.*] i. e. a 27. die mensis Januarii a. 98, quo Nerva mortuus est, usque ad 7. vel 8. diem Augusti a. 117, quo Traianus defunctus est. — *ἀναδίδωσιν*] Eusebius hoc haud dubie ex apologia perspexit, e qua autem id solum accurate colligendum erat, Quadratum scripturam ad imperatorem direxisse eique porrigere voluisse, neque vero, scripturam profecto ei oblatam fuisse. Cum Quadratus in Asia vixisse iu-

QUADRATI FRAGMENTUM.

Cum Trajanus per viginti annos demtis sex mensibus principatum tenuisset, Aelius Hadrianus suscepit imperium. Huic Quadratus obtulit orationem, quam pro defensione religionis nostrae idcirco conscripserat, quod quidam malevoli homines vexare nostros atque incessere conabantur. Extat hodieque apud plerosque ex fratribus haec oratio, quam nos etiam habemus, ex qua et ingenium eius viri, et rectam Apostolicae fidei doctrinam perspicue licet cognoscere. 2. Porro idem scriptor suam ipsius antiquitatem satis declarat his verbis:

„Servatoris autem, inquit, nostri opera semper conspicua erant, quippe quae vera essent: iis scilicet, qui morbis liberati aut qui ex morte ad vitam revocati fuerant. Qui quidem non solum, dum sanabantur aut dum ad vitam revocabantur, conspecti sunt ab omnibus, sed secuto deinceps tempore; nec solum quamdiu in terris moratus est servator noster, verum etiam post eius discessum diu superstites fuerunt, adeo ut nonnulli eorum etiam ad nostra usque tempora pervenerint“.

dicandus sit, sequitur, eum librum composuisse eo tempore, quo Hadrianus hanc provinciam visitavit, anno 125 (126) vel 129.

2. *εἰς τοὺς ἡμετέρους χρόνους*] i. e. non ad tempus, quo apologiam scripsit, sed ad tempus vitae suae, ergo, si scripturam annos circiter LX natus confecit, ad annos 60—80 circiter, ad quos filiam Jairi (Matth. 9, 18—26; Marc. 5, 22—43; Luc. 8, 41—56) et iuvenem in oppido Naim resuscitatum (Luc. 7, 11—17) facile pervenire potuisse neminem latet.

PRESBYTERORUM
RELIQUIAE AB IRENAEO SERVATAE.

I.

1. Quemadmodum audivi a quodam presbytero, qui audierat ab his, qui apostolos viderant, et ab his, qui didicerant: sufficere veteribus de his, quae sine consilio

I. Hoc fragmentum et tria sequentia inter se connexa sunt. Redarguunt vituperationes contra pios veteres et V. T. prolatas, et ostendunt, eandem esse in vindicando iustitiam Dei in V. et N. T. (I, 20) et duo Testamenta ab uno et eodem Deo esse (IV). Leguntur Adv. haer. IV, 27—32, modo expositionibus Irenaei distenta, et ab uno eodemque teste profecta sunt, quem Irenaeus hoc loco quendam presbyterum, postea (Fragm. IV) discipulum apostolorum vocat, accuratius vero non designat. Polycarpus illa locutione haud dubie excluditur. Quis autem ille presbyter fuerit, plane latet.

1. et ab his, qui didicerant] Dodwell Dissert. I in Iren. § 6 p. 11 haec verba de discipulis Domini interpretatus est, qui non fuerint apostoli, quales fuissent Papiae Ioannes presbyter et Aristion; et nuperrime Leimbach (*Das Papiasfragment* 1875 p. 12 sq.) eandem sententiam defendit. Tertullianus quidem De bapt. c. 9. 11; De pat. c. 3; De praescript. c. 3. 44; Adv. Marc. IV, 22 discipulos Domini discentes nominat; De carne Chr. c. 6; De praescript. c. 30 de discentibus Pontici vel Marcionis loquitur. Irenaeus ipse III, 12, 13; 15, 3 discipulos apostolorum appellat discentes eorum. Hoc autem loco verbum *discere* absolute stat, neque e contextu colligi potest, supplendum esse: a Domino; minime enim verisimile est, Irenaeum testem, quem discipulum Domini habet, etiam tanquam discipulum apostolorum proferre. Locus textu tradito sensu caret. Iure eum non fideliter traditum aut a Latino minus recte translatum esse censemus, cumque verbum *discere* verbo *videre* non tam oppositum sit quam hoc explicet, vix erramus voces *ab his* cum verbo *didicerant* coniungentes. Irenaeus scripsisse iudicandus est: παρὰ τῶν

spiritus egerunt, eam quae ex scripturis esset correptionem. Cum enim ***non sit personarum acceptor deus***, quae sunt non secundum eius placitum facta, his inferebat congruam correptionem. 2. Quemadmodum sub David, quando persecutionem quidem patiebatur a Saul propter iustitiam, et regem Saul fugiebat et inimicum non ulciscebatur, et Christi adventum psallebat et sapientia instruebat gentes, et omnia secundum consilium faciebat spiritus et placebat deo. 3. Quando autem propter concupiscentiam ipse sibi accepit Betsabee Uriae, dixit scriptura de eo: ***Nequam autem visus est sermo, quem fecit David, in oculis domini. Et mittitur ad eum Nathan propheta,*** ostendens ei peccatum eius, ut ipse dans sententiam de semetipso et semetipsum adiudicans misericordiam consequeretur et remissionem a Christo; et dixit ei: ***Duo viri fuerunt*** ..... ***Tu es vir, qui fecisti hoc;*** et deinceps reliqua exsequitur, exprobrans eum et enumerans in eum dei beneficia, et quoniam exacerbavit dominum, cum fecisset hoc. Non enim placere deo

2 Act. 10, 34. — 4 I Reg. 18 sqq. — 10 II Reg. 11, 27. — 11 II Reg. 12, 1. — 14 II Reg. 12, 1—7.

τοὺς ἀποστόλους ἑωρακότων καὶ παρ' αὐτῶν (vel ἐκείνων) μαθόντων (vel μεμαθηκότων). Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 65 sq. Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I, 339 not. particulam alteram vertit: καὶ παρὰ τῶν ὑπ' αὐτῶν μαθητευθέντων. Irenaeus vero vix duas classes protulit, quarum altera apostolorum discipulos vidisset, altera ab eis didicisset, cum testi, quo ipsi opus erat, non solum videndum, sed etiam discendum fuisset, et verbum discere respondet verbo μανθάνειν, non verbo μαθητεύεσθαι, quod III, 3, 4 voce *edoceri* redditur. Cui interpretationi non obstat, quod Irenaeus eundem presbyterum postea (Fragm. IV) seniorem apostolorum discipulum appellat. Namque hoc loco presbyterum non auditorem discipulorum apostolorum vocat vel eum discipulos apostolorum tantum audivisse dicit, sed potius refert, sibi a presbytero dictum aliquod communicatum esse, quod hic a discipulis apostolorum acceperat, et hoc etiam de discipulo apostolorum dici potuit. Papias quoque, quamquam discipulus apostolorum erat, non solum ab apostolis, sed etiam ab eorum discipulis eloquia Domini comperire studuit. — sufficere etc.] Oratione indirecta, qua saepius utitur (cf. I, 20; II—IV etc.), Irenaeus ostendit, non verbotenus se reddere, quae audierat.

3. fuerunt .. Tu es vir qui f. hoc] Irenaeus totum S. Scripturae locum exscripsit. Mihi sufficere videbatur, initium et finem indicare. Similiter infra. — et deinceps reliqua] sc. II Reg. 12, 7 sqq. — psalmum ex-

huiusmodi operationes, sed iram magnam imminere domui eius. Compunctus est autem David ad haec et ait: *Peccavi domino;* et psalmum exhomologeseos psallebat, adventum domini sustinens, qui abluit et emundat eum hominem, qui peccato fuerat obstrictus.

4. Similiter autem et de Salomone, cum perseveraret iudicare recte et sapientiam (dei) enarrare, et typum veritatis templum aedificabat et glorias exponebat dei et adventuram pacem gentibus annuntiabat, et Christi regnum praefigurabat, et *loquebatur tria millia parabolarum* in adventum domini, et *quinque millia canticorum,* hymnum dicens deo, et eam quae est in conditione sapientiam dei exponebat physiologice ex omni *ligno* et de omni herba et *volatilibus* omnibus et de *quadrupedibus* et de *piscibus,* 5. et dicebat: *Si vere deus, quem caeli non capiunt, super terram habitabit cum hominibus?* Et placebat deo, et omnes eum admirabantur, et *omnes reges terrae* quaerebant faciem eius, ut *audirent sapientiam eius,* quam dederat illi deus, et *regina Austri a finibus terrae veniebat* ad eum, *sapientiam* quae in eo erat *scitura;* quam et dominus ait *in iudicio resurrecturam cum eorum natione,* qui audiunt sermones eius et non credunt in eum, et *adiudicaturum eos:* quoniam illa quidem subiecta est annuntiatae sapientiae per servum dei, hi vero eam quae a filio dei dabatur contemserunt sapientiam. 6. Salomon enim servus erat, Christus vero filius dei et dominus Salomonis. Cum igitur sine offensa serviret deo et ministraret dispositionibus eius, tunc glorificabatur: cum autem uxores accipiebat ab universis gentibus et permittebat eis erigere idola in Israel, dixit scriptura de eo: *Et rex Salomon erat . . . patris eius.* Sufficienter increpavit eum scriptura, sicut dixit presbyter, *ut non glorietur universa caro in conspectu domini.*

2 II Reg. 12, 13. — 6 III Reg. 3, 16 sqq. — 8 III Reg. 5 sqq.; Ps. 71. — 10 III Reg. 4, 32. 33. — 14 III Reg. 8, 27. — 16 III Reg. 4, 34. — 18 Matth. 12, 42 cf. III Reg. 10, 1 sqq.; Paral. 9, 1 sqq. — 28 III Reg. 11, 1—3. — 30 I Cor. 1, 29.

homologeseos] i. e. Ps. 50.

4. typum veritatis] Christi Domini typum templum Salomonis fuisse liquet ex Ioann. 2, 19.

5. adiudicaturum] = κατακρινεῖ Matth. 12, 42.

7. Et propter hoc dominum in ea quae sunt sub terra descendisse, evangelisantem et illis adventum suum, remissione peccatorum exsistente his, qui credunt in eum. Crediderunt autem in eum omnes, qui sperabant in eum, id est qui adventum eius praenuntiaverunt et dispositionibus eius servierunt, iusti et prophetae et patriarchae: quibus similiter ut nobis remisit peccata, quae non oportet nos imputare his, si quominus contemnimus gratiam dei. 8. Quemadmodum enim illi non imputabant nobis incontinentias nostras, quas operati sumus, priusquam Christus in nobis manifestaretur, sic et nos non est iustum imputare ante adventum Christi his, qui peccaverunt. *Omnes enim* homines *egent gloria dei,* iustificantur autem non a semetipsis, sed a domini adventu, qui intendunt lumen eius. 9. In nostram autem correptionem conscriptos esse actus eorum, ut sciremus primum quidem, quoniam unus est deus noster et illorum, cui non placeant peccata, etiamsi a claris fiant; deinde, ut abstineamus a malis. Si enim hi qui praecesserunt nos in charismatibus veteres, propter quos nondum filius dei passus erat, delinquentes in aliquo et concupiscentiae carnis servientes, tali affecti sunt ignominia: quid passuri sunt, qui nunc sunt, qui contemserunt adventum domini et deservierunt voluptatibus suis? 10. Et illis quidem curatio et remissio peccatorum mors domini fuit; propter eos vero, qui nunc peccant, *Christus non iam morietur,* iam enim *mors non dominabitur eius;* sed *veniet filius in gloria patris,* exquirens ab actoribus et dispensatoribus suis pecuniam, quam eis credidit, cum usuris: et *quibus plurimum dedit, plurimum ab eis exiget.* 11. Non debemus ergo, inquit ille senior, superbi esse neque reprehendere veteres; sed ipsi timere, ne forte post agnitionem Christi agentes

11 Rom. 3, 23. — 23 Rom. 6, 9. — 24 Matth. 16, 27 cf. Marc. 8, 38. — 25 Matth. 25, 19 sqq. Luc. 19, 15 sqq. — 26 Luc. 12, 48. — 29 Hebr. 10, 26.

7. in ea quae s. s. t. descendisse] Cf. Cels. apud Orig. C. Cels. II, 43; Clem. Al. Strom. VI, 6, 45—48 p. 763-765; Hippol. De Christo et Antichr. c. 26. 45; Orig. In Ioann. t. VI c. 18; t. XXXII c. 19; Evang. Petri 41; F. Kattenbusch, *Verbreitung und Bedeutung des Taufsymbols* 1900 p. 895—915.

aliquid, quod non placeat deo, remissionem ultra non habeamus delictorum, sed excludamur a regno eius. 12. Et ideo Paulum dixisse: ***Si enim naturalibus ramis non pepercit, ne forte (nec) tibi parcat, qui, cum esses oleaster, insertus es in pinguedinem olivae, et socius factus es pinguedinis eius;*** similiter et plebis praevaricationes videns descriptas esse non propter illos, qui tunc transgrediebantur, sed in correptionem nostram et ut sciremus unum et eundem deum, in quem illi delinquebant et in quem nunc delinquunt quidam ex his, qui credidisse se dicunt. 13. Et hoc autem apostolum in epistola, quae est ad Corinthios, manifestissime ostendisse, dicentem: ***Nolo enim vos ignorare . . . videat ne cadat.***

14. Sine dubitatione igitur et sine contradictione ostendente apostolo, unum et eundem esse deum, qui et illa iudicavit et ea, quae nunc sunt, exquirit, et causam descriptionis eorum demonstrante, indocti et audaces, adhuc etiam imprudentes inveniuntur omnes, qui propter transgressionem eorum, qui olim fuerunt, et propter plurimorum indicto audientiam, alterum quidem aiunt illorum fuisse deum et hunc esse mundi fabricatorem et esse in diminutione; alterum vero a Christo traditum patrem, et hunc esse, qui sit ab unoquoque eorum mente conceptus: 15. non intellegentes, quoniam, quemadmodum ibi in plurimis eorum, qui peccaverunt, non bene sensit deus, sic et hic ***vocati multi, pauci vero electi;*** quemadmodum ibi iniusti et idololatrae et fornicatores vitam perdiderunt, sic et hic, et domino quidem praedicante, ***in ignem aeternum*** mitti tales, et apostolo dicente: ***An ignoratis, quoniam iniusti regnum dei non haereditabunt? Nolite seduci: neque fornicatores neque idololatrae neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque avari neque ebriosi neque maledici neque raptores regnum dei possidebunt.*** 16. Et quoniam non ad eos,

3 Rom. 11, 21. 17. — 11 I Cor. 10, 1—13. — 23 Matth. 20, 16. — 26 Matth. 25, 41. — 27 I Cor. 6, 9. 10.

14—19. Redolent quidem hi versus (Iren. IV, 27, 4) stilum Irenaei. Cum autem mediis in verbis presbyteri legantur, eos omittere nolui.

14. indicto audientiam] i. e. inobоedientiam. Cf. Iren. IV, 2, 6: indicto audientes.

qui extra sunt, hoc dicit, sed ad nos, ne proiciamur extra regnum dei, tale aliquid operantes, intulit: *Et haec quidem fuistis; sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini Iesu Christi et in spiritu dei nostri.* 17. Et quemadmodum illic condemnabantur et proiciebantur hi, qui male operabantur et reliquos exterminabant; similiter et hic *oculus* quoque *effoditur scandalisans et pes et manus,* ne reliquum corpus pariter pereat. Et habemus praeceptum: *Si quis frater nominatur fornicator aut avarus aut idololatra aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.* Et iterum ait apostolus: *Nemo vos seducat inanibus verbis; propter haec enim venit ira dei in filios diffidentiae. Nolite ergo fieri participes eorum.* 18. Et quemadmodum ibi peccantium damnatio participabat et reliquos, quoniam placebant eis et una cum eis conversabantur; sic et hic *modicum fermentum totam massam corrumpit.* Et quemadmodum ibi adversus iniustos ira descendebat dei, et hic similiter apostolus ait: *Revelabitur enim ira dei de caelo super omnem impietatem èt iniustitiam eorum hominum, qui veritatem in iniustitia detinent.* 19. Et quemadmodum ibi in Aegyptios, qui iniuste puniebant Israel, vindicta a deo fiebat; sic et hic, domino quidem dicente: *Deus autem non faciet vindictam electorum suorum, quicunque clamant ad eum die et nocte? Etiam dico vobis, faciet vindictam eorum cito;* et apostolo in ea quae est ad Thessalonicenses epistola ista praedicante: *Siquidem iustum est apud deum retribuere . . . omnibus, qui crediderunt* in eum.

20. Cum ergo hic et illic eadem sit in vindicando deo iustitia dei, et illic quidem typice et temporaliter et mediocrius, hic vero vere et semper et austerius; ignis enim aeternus et quae a caelo revelabitur ira dei a facie domini nostri, quemadmodum et David ait: *Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam ipsorum,* maiorem poenam

2 I Cor. 6, 11. — 6 Matth. 18, 8. 9 cf. 5, 30. — 8 I Cor. 5, 11. — 11 Eph. 5, 6. 7. — 15 I Cor. 5, 6. — 17 Rom. 1, 18. — 21 Luc. 18, 7. 8. — 25 I Thess. 1, 6—10. — 31 Ps. 33, 17.

18. participabat] Interpres pro | κατεῖχε legisse videtur μετεῖχε.

praestat iis, qui incidunt in eam; valde insensatos ostendebant presbyteri eos, qui ex his, quae acciderunt his, qui olim deo non obtemperabant, tentant alterum patrem introducere, 21. e contrario opponentes, quanta dominus ad salvandos eos qui receperunt eum veniens fecisset, miserans eorum; tacentes autem de iudicio eius, et quaecunque provenient his, qui audierunt sermones eius et non fecerunt, et quoniam expediebat eis, si non essent nati, et quoniam tolerabilius Sodomae et Gomorrae erit in iudicio quam civitati illi, quae non recepit sermonem discipulorum eius.

[Iren. Adv. haer. IV, 27—28, 1 ed. Harvey II, 238—245.]

II.

Qui vero exprobrant et imputant, quod profecturus populus iussu dei vascula omnis generis et vestimenta acceperit ab Aegyptiis et sic abierit, ex quibus et tabernaculum factum est in eremo, ignorantes iustificationes dei et dispositiones eius, semetipsos arguunt, sicut et presbyter dicebat.

[Iren. IV, 30, 1 ed. Harvey II, 248.]

III.

. . Talia quaedam enarrans de antiquis presbyter, re-

4 Ioan. 1, 11. 12. — 8 Matth. 10, 15; Luc. 10, 12.

20. ostendebant presbyteri] Cum supra (v. 1. 6. 11) et infra (Fragm. II—IV) de uno presbytero sermo sit, Erasmus coniecit legendum esse: ostendebat presbyter, idemque censuit Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I, 338 not. Cum v. 21 pluralis (opponentes .. tacentes) sequatur, librarius locum male intellegens textum emendare potuit. Altera ex parte Irenaeus saepius (Fragm. V—IX) ad presbyteros plures provocat, et argumenta, quae hucusque prolata sunt, eum non etiam hoc loco id facere potuisse non probant, eo minus, cum Irenaeus in sectione, cuius hoc fragmentum pars est, se non semel, sed saepius presbyterum audivisse annuens (cf. Fragm. II not.) facile plures presbyteros appellare potuerit, cum alii similia docuisse censendi sint.

II. qui vero exprobrant etc.] Notandum est, Marcionitas praecipue fraudem illam creatori obiecisse. — dicebat] Imperfecto, quo etiam Fragm. III—IV et I, 20 utitur, Irenaeus ostendit, se presbyterum non semel tantum, ut e Fragm. I, 1. 6. 11 quis concluserit, sed saepe audivisse. Itaque valde dolendum est, quod nomen presbyteri non tradidit. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 68 sq.

III. talia qu. enarrans . . reficiebat nos etc.] Sic dicens Irenaeus

ficiebat nos et dicebat: De his quidem delictis, de quibus ipsae scripturae increpant patriarchas et prophetas, nos non oportere exprobrare eis, neque fieri similes Cham, qui irrisit turpitudinem patris sui et in maledictionem decidit, sed gratias agere pro illis deo, quoniam in adventu domini nostri remissa sunt eis peccata: et enim illos dicebat gratias agere et gloriari in nostra salute. De quibus autem scripturae non increpant, sed simpliciter sunt positae, nos non debere fieri accusatores; non enim sumus diligentiores deo, neque super magistrum possumus esse, sed typum quaerere. Nihil enim otiosum est eorum, quaecunque inaccusabilia posita sunt in scripturis.

[Iren. IV, 30, 4 ed. Harvey II, 251.]

IV.

Huiusmodi quoque de duobus testamentis senior apostolorum discipulus disputabat, ab uno quidem et eodem deo utraque ostendens. Nec enim esse alterum deum praeter eum, qui fecit et plasmavit nos, nec firmitatem habere sermonem eorum, qui dicunt, aut per angelos aut per aliam quamlibet virtutem aut ab alio deo factum esse hunc mundum, qui est secundum nos.

[Iren. IV, 32, 1 ed. Harvey II, 254.]

V.

Quia autem XXX annorum aetas prima indolis est iuvenis et extenditur usque ad XL annum, omnis quilibet confitebitur;

3 Gen. 9, 22. — 9 Matth. 10, 24.

clarissime manifestat, se non librum exscribere, sed sermones orales reddere. — de antiquis] i. e. περὶ ἀρχαίων, sc. de viris V. T.

IV. senior apostolorum discipulus] Cf. Fragm. I, 1 not. Animadvertendum est, veterem interpretem hoc loco et Fragm. I, 11 testem seniorem, alias (I, 1. 6. 20; II; III) presbyterum appellare. Si Irenaeus ipse vocabulum varium adhibuit, locis illis duobus haud dubie scripsit: ὁ πρεσβύτης (cf. Adv. haer. I, 15, 6), ut significaret, presbyterum eo tempore, quo eum audiebat, senem fuisse.

V. Irenaeus Adv. haer. II, 22, 4 discernit aetates infantium, parvulorum, iuvenum, seniorum, et Dominum dicit in omnem aetatem venisse, ergo usque ad aetatem seniorum, quam etiam aetatem magistri

a XL autem et L anno declinat iam in aetatem seniorem, quam habens dominus noster docebat, sicut evangelium et omnes seniores testantur, qui in Asia apud Iohannem discipulum domini convenerunt, id ipsum tradidisse eis Iohannem. Permansit autem cum eis usque ad Traiani tempora. Quidam autem eorum non solum Iohannem, sed et alios apostolos viderunt, et haec eadem ab ipsis audierunt, et testantur de huiusmodi relatione.

καὶ πάντες δὲ οἱ πρεσβύτεροι μαρτυροῦσιν, οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἰωάννῃ τῷ τοῦ κυρίου μαθητῇ συμβεβληκότες, παραδεδωκέναι τὸν Ἰωάννην. παρέμεινε γὰρ αὐτοῖς μέχρι τῶν Τραϊανοῦ χρόνων.

[Iren. II, 22, 5 ed. Harvey I, 331; Eus. H. E. III, 23, 3.]

VI.

Ubi ergo primus positus est homo? Scilicet in paradiso, quemadmodum scriptura dicit: *Et plantavit deus paradisum in Eden contra orientem, et posuit ibi hominem, quem plasmavit.* Et inde proiectus est in hunc mundum, non oboediens. Qua-

Ποῦ οὖν ἐτέθη ὁ πρῶτος ἄνθρωπος; ἐν παραδείσῳ δηλονότι, καθὼς γέγραπται. καὶ ἐκεῖθεν ἐξεβλήθη εἰς τόνδε τὸν κόσμον παρακούσας. διὸ καὶ

16 Gen. 2, 8.

perfectam appellat, ut omnem aetatem sua sanctificaret. Hoc quoque loco Domino docenti attribuit aetatem seniorem, praeter seniores provocans ad Evangelium, sc. Ioann. 8, 57, ubi Iudaei Domino dicunt: Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti? Praeterea exponit, aetatem a XL et L anno in seniorem declinare. Harnack, *Geschichte der altchristl. Litteratur* II, I, 335, aetatem seniorem *senectutem* interpretatus est, certe autem erravit. Aetas senior cum aetati iuvenis opposita sit, nihil nisi aetas hanc superans est, aetas perfecta, ut Irenaeus II, 22, 4 dicit. Accedit, quod Irenaeo id tantum propositum erat, ut Valentinianos refutaret ex Evangelio Lucae concludentes, Iesum unum solum annum docuisse (Luc. 4, 19) et annos XXX natum (3, 23) mortuum esse. Quare II, 22, 6 Ioann. 8, 57 de eo interpretatur, qui iam XL annos excessit, quinquagesimum autem annum nondum attigit, non tamen multum ab eo abfuit. Cf. Zahn, *Forschungen* VI, 60—63.

VI. *τοὺς μετατεθέντας*] sc. Henoch (Gen. 5, 24; Sirach 44, 16; Hebr. 11, 5) et Elias (IV Reg. 2, 9—11). — *εἰς τόνδε τὸν κόσμον*] Tatianus Orat. ad Graec. c. 20 (p. 159 A): *ἐξωρίσθησαν οἱ πρωτόπλαστοι* ....

propter dicunt presbyteri, qui sunt apostolorum discipuli, eos, qui translati sunt, illuc translatos esse (iustis enim hominibus et spiritum habentibus praeparatus est paradisus, in quem et Paulus apostolus asportatus audivit sermones inenarrabiles, quantum ad nos pervenit), et ibi manere eos, qui translati sunt, usque ad consummationem, coauspicantes incorruptelam.

λέγουσιν οἱ πρεσβύτεροι, τῶν ἀποστόλων μαθηταί, τοὺς μετατεθέντας ἐκεῖσε μετατεθῆναι (δικαίοις γὰρ ἀνθρώποις καὶ πνευματοφόροις ἡτοιμάσθη ὁ παράδεισος, ἐν ᾧ καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος εἰσκομισθεὶς ἤκουσε ῥήματα ἄρρητα, ὡς πρὸς ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι), κἀκεῖ μένειν τοὺς μετατεθέντας ἕως συντελείας, προοιμιαζομένους τὴν ἀφθαρσίαν.

[Iren. V, 5, 1 ed. Harvey II, 331; Ioann. Dam. S. P. Holl, *Fragmente* p. 72.]

VII.

His autem sic se habentibus et in omnibus antiquis et probatissimis et veteribus scripturis numero hoc posito, et testimonium perhibentibus his, qui facie ad faciem Iohannem viderunt, et ratione docente nos, quoniam numerus nominis bestiae secundum Graecorum computationem per literas, quae in eo sunt, sexcentos habebit et sexaginta et sex; hoc est, decadas aequales hecatontasin et hecatontadas aequales monasin; numerus enim qui digitus sex, similiter custoditus, recapitulationes ostendit universae apostasiae eius quae initio

Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων καὶ ἐν πᾶσι τοῖς σπουδαίοις καὶ ἀρχαίοις ἀντιγράφοις τοῦ ἀριθμοῦ τούτου κειμένου, καὶ μαρτυρούντων αὐτῶν ἐκείνων τῶν κατ' ὄψιν τὸν Ἰωάννην ἑωρακότων καὶ τοῦ λόγου διδάσκοντος ἡμᾶς, ὅτι ὁ ἀριθμὸς τοῦ ὀνόματος τοῦ θηρίου κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων ψῆφον διὰ τῶν ἐν αὐτῷ γραμμάτων ἐμφαίνεται.

[Eus. H. E. V, 8, 5.]

7 II Cor. 12, 4. — 21 Apoc. 13, 18.

ἀπὸ γῆς μέν, ἀλλ' οὐκ ἐκ ταύτης, κρείττονος δὲ τῆς ἐνταυθοῖ διακοσμήσεως. Veteres igitur paradisum non in hac terra fuisse putaverunt.

et quae in mediis temporibus et quae in fine erit; ignoro, quomodo erraverunt quidam sequentes idiotismum et medium frustrantes numerum nominis, quinquaginta numeros deducentes pro sex decadis unam decadem volentis esse.

[Iren. V, 30, 1 ed. Harvey II, 406.]

οὐκ οἶδα, πῶς ἐσφάλησάν τινες ἐπακολουθήσαντες ἰδιωτισμῷ καὶ τὸν μέσον ἠθέτησαν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος, ν̄ ψήφους ὑφελόντες καὶ ἀντὶ τῶν ἓξ δεκάδων μίαν δεκάδα βουλόμενοι εἶναι

[Ioann. Dam. S. P. Holl, *Fragmente* p. 80.]

VIII.

. . quemadmodum presbyteri meminerunt, qui Iohannem discipulum domini viderunt, audisse se ab eo quemadmodum de temporibus illis docebat dominus et dicebat: Venient dies etc. cf. Papiae Fragm. I.

[Iren. V, 33, 3 ed. Harvey II, 417.]

IX.

1. Et quemadmodum presbyteri dicunt, tunc, qui digni fuerint caelorum conversatione, illuc transibunt, id est in caelos; alii tute paradisi deliciis utentur; alii autem speciositatem civitatis possidebunt: ubique autem deus videbitur, et quemadmodum digni erunt videntes eum. 2. Esse autem distantiam hanc habitationis eorum, *qui centum fructificare-*

1. Ὡς οἱ πρεσβύτεροι λέγουσι, τότε καὶ οἱ μὲν καταξιωθέντες τῆς ἐν οὐρανῷ διατριβῆς ἐκεῖσε χωρήσουσιν, οἱ δὲ τῆς τοῦ παραδείσου τρυφῆς ἀπολαύσουσιν, οἱ δὲ [τὴν ἁγίαν γῆν καὶ] τὴν λαμπρότητα τῆς πόλεως καθέξουσιν [σὺν πᾶσι τοῖς περὶ αὐτὴν ἀγαθοῖς ἐπιχορηγουμένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ]· πανταχοῦ γὰρ ὁ σωτὴρ ὁραθήσεται, καθὼς ἄξιοι ἔσονται οἱ ὁρῶντες αὐτόν. 2. εἶναι δὲ τὴν διαστολὴν ταύτην τῆς οἰκήσεως *τῶν τὰ ἑκατὸν καρπο-*

26 Matth. 13, 23 (13, 8; Marc. 4, 8).

IX, 1. *τῆς τοῦ παραδείσου*] Interpres praemittit *tute*. Harvey et Harnack hanc vocem e dittographia vocis *utentur* explicant: vix recte. — *τὴν ἁγίαν κτλ.*] Quae uncis inclusa sunt, desunt in interpretatione vetere. — *σωτὴρ ὁραθήσεται καθὼς* vel (Interpres) *καὶ καθὼς*] Similia dictitare de Christo Origenem in Commentariis super Evangelia aliis-

runt, et eorum, qui sexaginta, et eorum, qui triginta: quorum quidam in caelum assumentur, alii in paradiso conversabuntur, alii in civitate inhabitabunt, et propter hoc dixisse dominum, *multas esse apud patrem mansiones*. Omnia enim dei sunt, qui omnibus aptam habitationem praestat. Quemadmodum verbum eius ait, omnibus divisum esse a patre, secundum quod quis est dignus aut erit. Et hoc est triclinium, in quo recumbent ii, qui epulantur vocati ad nuptias. 3. Hanc esse adordinationem et dispositionem eorum, qui salvantur, d i c u n t p r e s b y t e r i a p o s t o l o r u m d i s c i p u l i; et per huiusmodi gradus proficere, et per spiritum quidem ad filium, per filium autem ascendere ad patrem, filio deinceps cedente patri opus suum, quemadmodum et ab apostolo dictum est: *Quoniam oportet regnare eum, quoadusque ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Novissima inimica destruetur mors.* In temporibus enim regni iustus homo super terram exsistens, obliviscetur mori iam. *Quando autem dixerit,* inquit, *omnia* etc.

φορούντων καὶ τῶν τὰ ἑξήκοντα καὶ τῶν τὰ τριάκοντα· ὧν οἱ μὲν εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀναληφθήσονται, οἱ δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ διατρίψωσιν, οἱ δὲ τὴν πόλιν κατοικήσουσιν. καὶ διὰ τοῦτο εἰρηκέναι τὸν κύριον, *ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου μονὰς εἶναι πολλάς*. τὰ πάντα γὰρ τοῦ θεοῦ, ὃς τοῖς πᾶσι τὴν ἁρμόζουσαν οἴκησιν παρέχει.

[Iren. V, 36, 1 ed. Harvey II, 427 sq. Graece in append. ad Qu. 74 in S. Scr. Anastasii, collat. a Massueto cum MSS. Bibl. R. 2910 et Colb. 1450.

7 Ioann. 14, 2. — 11 Matth. 20, 23. — 19 I Cor. 15, 25. 26. — 22 I Cor. 15, 26—28.

que operibus suis bene memini, tanquam si alius atque diversus a fidelibus conspectus Dominus fuerit pro meritis eorum atque profectu (Routh).

2. omnibus divisum etc.] Haec Massueto ad parabolas vel quinque talentorum vel decem minarum respicere videntur; sin minus, ad aliquod Christi dictum, quod ex presbyterorum, quos mox citat, traditione acceperit. Rectius alii Matth. 20, 23 allegare videntur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΔΙΟΓΝΗΤΟΝ.

I. Ἐπειδὴ ὁρῶ, κράτιστε Διόγνητε, ὑπερεσπουδακότα σε τὴν θεοσέβειαν τῶν Χριστιανῶν μαθεῖν καὶ πάνυ σαφῶς καὶ ἐπιμελῶς πυνθανόμενον περὶ αὐτῶν, τίνι τε θεῷ πεποιθότες καὶ πῶς θρησκεύοντες αὐτὸν τόν τε κόσμον ὑπερορῶσι πάντες καὶ θανάτου καταφρονοῦσι καὶ οὔτε τοὺς νομιζομένους ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων θεοὺς λογίζονται οὔτε τὴν Ἰουδαίων δεισιδαιμονίαν φυλάσσουσι, καὶ τίνα τὴν φιλοστοργίαν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους, καὶ τί δή ποτε καινὸν τοῦτο γένος ἢ ἐπιτήδευμα εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον νῦν καὶ οὐ πρότερον· ἀποδέχομαί γε τῆς προθυμίας σε ταύτης καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ, τοῦ καὶ τὸ λέγειν καὶ τὸ ἀκούειν ἡμῖν χορηγοῦντος, αἰτοῦμαι δοθῆναι ἐμοὶ μὲν εἰπεῖν οὕτως, ὡς μάλιστα ἂν ἀκούσαντά σε βελτίω γενέσθαι, σοί τε οὕτως ἀκοῦσαι, ὡς μὴ λυπηθῆναι τὸν εἰπόντα.

II. Ἄγε δή, καθάρας σεαυτὸν ἀπὸ πάντων τῶν προκατε-

A = codex Argentoratensis deperditus, b = apographum Beurerianum, h = apographum Hausianum seu Tubingense, L = Lachmann. St = Stephanus.

1 *Επιστολη* : *τοῦ αὐτοῦ* (i. e. *Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος*, ut ex praecedentibus apparet) A h | 2 *Διόγνητε* : + ὡς b h ita legentes signum crucis ornatae, in scida, quae codicis A specimen continet, editioni Ottonianae a. 1879 adiecta, depictum | 5 *τὸν* > A h | 7 *τὴν* + *τῶν* h 12 *ἀκούσαντα* : *ἀκοῦσαι* A h

I. *κράτιστε*] Cf. Luc. 1, 3; 23, 26; 24, 3; 26, 25. — *αὐτόν*] rectius cum *θρησκεύοντες* quam cum *τὸν κόσμον* coniungitur. — *τίνι τε θεῷ κτλ.*] Cf. Passio Pauli c. 9 ed. Lipsius, Acta apost. apocr. I (1891), 32. — *θανάτου καταφρ.*] Cf. Iust. Apol. I, 11. 39. 57; Apol. II, 10. — *οὔτε τοὺς νομ. — φυλάσσουσι*] Cf. Eus. Demonstr. evang. 1, 6, 61—63. — *δεισιδαιμονίαν*] Vox nonnunquam aeque ac vocabulum *superstitio* sensu bono adhibetur, significans religionem vel pietatem. Cf. Act. 17, 22; Ios. Flav.

EPISTULA AD DIOGNETVM.

I. Cum te, amplissime Diognete, valde studiosum videam divinum Christianorum cultum cognoscendi et admodum accurate diligenterque de iis percontantem, cui deo confidentes et quomodo eum colentes mundum aspernentur omnes mortemque contemnant et neque eos, qui a gentilibus dii putantur, pro diis habeant neque Iudaeorum superstitionem observent, et quo amore mutuo inter se affecti sint, et cur tandem novum hoc genus aut institutum nunc demum apparuerit ac non prius: laudo te propter hoc studium atque a deo, qui et loquendi et audiendi nobis facultatem suppeditat, peto, ut detur mihi quidem ita verba facere, ut is, qui audivit, utique melior fiat, et tibi ita audire, ut tristitia non afficiatur is, qui verba fecit.

II. Age igitur, postquam teipsum a cunctis cogitationibus

Antiqu. X, 3, 2; Xenoph. Cyrop. III, 3. 58. Auctor eam hoc loco haud dubie aeque ac 4, 1 sensu malo usurpat. Cf. Act. 25, 19. — *καινόν*] Cf. Arist. Apol. 16, 4 (ed. R. Seeberg 1894); Tat. Orat. c. 31 sqq.; Theoph. Ad Autol. III, 1; Tert. Ad nat. I, 8; Praedic. Petri ed. Hilgenfeld Nov. Test. extra can. IV, 59, 6—7 (= Clem. Al. Strom. VI, 5, 41 p. 761); Arnob. Adv. nat. II, 69; Eus. Dem. ev. I, 1, 4. — *τοῦτο γ.*] i. e. post Hellenas et Iudaeos tertium genus. Clem. Al. Strom. VI, 5, 41 p. 761: *ὑμεῖς δὲ οἱ καινῶς αὐτὸν τρίτῳ γένει σεβόμενοι Χριστιανοί.* Similiter textus graecus Apologiae Aristidis 2, 2 tria genera discernit, versiones syriaca et armeniaca quattuor, sc. barbaros, Graecos, Iudaeos et Christianos. — *νῦν καὶ οὐ πρότερον*] Cf. Arnob. II, 75. — *τὸν ἀκούσαντα κτλ.*] Similiter Hippol. De Christo et Antichr. c. 2 ed. Achelis p. 5, 16—18; Ps.-Iust. Cohort. c. 1. — *σοί τε*] Saepenumero apud classicos quoque scriptores *μέν* particulam excipit *τε* coniunctiva (Otto).

II. Cf. ad hoc capitulum Iust. Apol. I, 9.

1. *καθάρας κτλ.*] Cf. Eph. 4, 21 sqq.

7. *γνῶσις*] positum videri potest pro *γνωστική*: *sit tibi cor* (i. e. animus) *rerum divinarum cognitione praeditum*, vel res divinas cognoscendi et facultate instructum et studio perfusum, hac sc. ratione (cf. *χωρούμενος*), ut *λόγος ἀλ.* animo recipiatur. At vero (sensu non immutato) aptius videntur verba hoc modo accipi: *cognitio rerum divinarum* sive res divinas cognoscendi studium *cor tuum perfusum habeat* vel sit intimo pectori insitum (Böhl).

8. *οὐδὲ Εὔα κτλ.*] Sensus: quodsi arborem verae cognitionis et vitae in te plantaveris, absque delictis peccatisque manebis (Hefele). —

sitis ***paradisus deliciarum***, arborem fructibus plenam belleque germinantem in vobis ipsis producentes, variis fructibus ornati. 2. In hoc enim loco ***lignum cognitionis et lignum vitae*** plantatum fuit; verum non lignum cognitionis perdit, sed inoboedientia perdit. 3. Neque enim sunt obscura, quae scripta sunt, deum ab initio ***lignum cognitionis et lignum vitae in medio paradisi*** plantasse, per cognitionem vitam monstrantem, qua cum sincere usi non essent primi homines, fraude serpentis nudati fuerunt. 4. Neque enim vita sine cognitione neque cognitio tuta sine vera vita, ideo in propinquo utrumque plantatum fuit. 5. Quam vim cum perspexisset apostolus, cognitionem, quae sine veritate mandati ad vitam exercetur, reprehendens dicit: ***Cognitio inflat, dilectio autem aedificat.*** 6. Qui enim sine cognitione vera et testimonio vitae comprobata aliquid scire putat, non cognoscit, a serpente decipitur, quia vitam non dilexit. At qui cum timore cognitionem est adeptus et vitam quaerit, in spe plantat, fructum exspectans. 7. Esto tibi cor cognitio, vita autem sermo verus, qui recipitur. 8. Cuius arborem ferens et fructum adipiscens semper metes, quae apud deum desiderantur, quae serpens non attrectat neque fraus attingit; neque Eva tunc corrumpitur, sed virgo creditur; 9. et salus apparet, et apostoli sapientia replebuntur, et domini pascha advenit, et tempora congregantur et decenter ordinantur, et verbum sanctos docens laetatur, per quod pater glorificatur; cui sit gloria in saecula. Amen.

2 Gen. 2, 9. — 11 I Cor. 8, 1. — 15 I Cor. 9, 10.

παρθένος π.] Auctor Evam virginem appellare videtur, Mariam virginem tanquam alteram Evam in mente habens. Cf. Iust. Dial. c. 100; Iren. III, 33, 4.

9. *καιροὶ κτλ.*] Credner interpretatur: tempora comprehenduntur (sc. *ἐν λόγῳ*) et quae ad ea spectant, quae sunt ultra hunc mundum, ea explanantur. Sed quaeritur, an vox *συνάγεσθαι* illam significationem habeat. Clemens Al. quidem, ad quem (Strom. III, 10, 70 p. 543: *νόμος τε ὁμοῦ καὶ προφῆται σὺν καὶ τῷ εὐαγγελίῳ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ εἰς μίαν συνάγονται γνῶσιν*) provocat, eam non usurpat absolute. Mihi auctor de temporibus anni christiani dicere videtur. Otto, qui secundum codicem *κηροὶ* legit, monet, Christianos potissimum tempore paschali cereis usos esse.

ΠΟΙΜΗΝ.

1. Ὁ θρέψας με πέπρακέν με Ῥόδῃ τινὶ εἰς Ῥώμην. μετὰ πολλὰ ἔτη ταύτην ἀνεγνωρισάμην καὶ ἠρξάμην αὐτὴν ἀγαπᾶν ὡς ἀδελφήν. 2. μετὰ χρόνον τινὰ λουομένην εἰς τὸν ποταμὸν τὸν Τίβεριν εἶδον καὶ ἐπέδωκα αὐτῇ τὴν χεῖρα καὶ ἐξήγαγον αὐτὴν ἐκ τοῦ ποταμοῦ. ταύτης οὖν ἰδὼν τὸ κάλλος διελογιζόμην ἐν τῇ καρδίᾳ μου λέγων· Μακάριος ἤμην, εἰ τοιαύτην γυναῖκα εἶχον καὶ τῷ κάλλει καὶ τῷ τρόπῳ. μόνον τοῦτο ἐβουλευσάμην, ἕτερον δὲ

S = codex Sinaiticus, Sc = codicis S corrector vel correctores, G = cod. Athensis, P = Papyrus Berolinensis, L¹ = versio latina antiquior vel vulgata, L² = versio latina altera, L = versiones lat. duae, A = versio aethiopica, ... S, ... G = verba et litterae quae in S vel G evanuerunt.

1 *Ποιμην* S : *Ἀρχὴ σὺν θεῷ βίβλου λεγομένης ποιμὴν* G, Liber Pastoris nuntii paenitentiae L¹, Incipit libellus sancti pastoris L², Hermae prophetae A | 2 *ὁ θρέψας κτλ.* inscripsit hanc sectionem vel Visionem primam G : *Ὅρασις α'*, L² : Incipit visio prima quam vidit Herma | *πέπρακέν με Ῥόδῃ τινί* : *πέπρακε εἰς γυναῖκά τινα* G, vendidit quandam puellam L¹ | 4 *χρ. τινά* : *χρόνους πολλοὺς* G | *τινά* : + *ϊδον αυτην* Sc, *λουομένην εἰς* : ... *παρὰ* G | 5 *Τιβέριον* G | *τὴν* > G | *ἐξέβαλον* G | 6 *ταύτης — κάλλος* : *ἰδὼν δὲ τὸ κάλλος αὐτῆς* G | 8 *τοῖς τρόποις* G

I, 1. *θρέψας*] i. e. dominus, in cuius domo servus aut natus aut ab infantia saltem educatus est. Zahn (G. G. A. 1878 p. 58 sq.) contulit Hippol. Refut. IX, 12 ed. Gott. p. 456, 57: *φάσκων θρέψας εἶναι Μαρκίας*, Soph. Oedip. R. 1123, ubi servus emtus distinguitur a servo nutrito (*οἴκοι τραφείς = θρεπτός*), et Plin. ad Traian. ep. 65 ed. Keil p. 294, 22: quos vocant *θρεπτούς*, ep. 66 p. 295, 10: qui liberi nati expositi, deinde sublati a quibusdam et in servitute educati sunt. Addo Act. Ioann. c. 13: *θρεπτή τις Δομετιανοῦ.* Etiam Esther 2, 7 *θρεπτὴ* appellatur. Quis fuerit Hermae dominus et qui parentes, ignoramus. Zahn, *Der Hirt des Hermas* 1868 p. 497 et 77, suspicatur, Hermam in Ae-

PASTOR.

Visio I.

1. Qui me nutrivit, vendidit me cuidam Rhodae, quae fuit Romae. Post multos annos hanc rursus conveni et coepi eam amare quasi sororem. 2. Post tempus aliquod lavari eam in flumine Tiberi vidi et porrexi ei manum et eduxi eam e flumine.. Cuius speciem cum vidissem, cogitabam in corde meo dicens: Beatus essem, si talem uxorem haberem et pulcritudine et moribus. Hoc solum cogitavi neque aliud quidquam.

gypto natum et dominum Iudaeum fuisse. Cf. ad hoc caput Prolegomena. — 'Ρόδῃ] Habes hoc nomen apud veteres haud rarum Act. 12, 13. — εἰς 'Ρώμην] Auctor saepe quidem (cf. Vis. I, 2, 2; III, 7, 5; 9, 7; Sim. I, 3. 7 etc.) εἰς pro ἐν usurpat. Hoc autem loco certe noluit dicere, Romae se venditum esse, sed potius, venditum se Romam venisse. Apparet quoque ex hoc loco, eum non vixisse Romae usque ad illud tempus, quo a Rhode emtus est; secus enim urbis vix mentio facta esset. — μετὰ πολλὰ κτλ.] Hermas hic indicat, se post nescimus quot annos a Rhode libertum factum et eo tempore, quo eam rursus videbat, Christianum fuisse. Verisimile quidem est, ut Harnack ad h. l. adnotavit, eum parentibus christianis usum esse, quia vix omisisset de conversione sua loqui, si adultus demum vel in domo Rhodae christiana imbutus fuisset doctrina. Sed res non liquet. Cum enim de adolescentia paene nihil dixerit, etiam de conversione tacere potuit. Romae autem Hermam dominam iterum convenisse e v. 2 elucet. — ἀδελφήν] Prisci fideles haud raro thori commerciis abstinebant et uxores sorores nominabant. Cf. Vis. II, 3, 1 not. Sed hic de sorore proprio sensu cogitandum est. Hermas amorem designat, quo Rhoden amare coepit.

2. διελογ. ἐν τ. καρδίᾳ] Hebraicum dicendi genus. Cf. Vis. I, 2, 2; III, 4, 3; Matth. 9, 4; Marc. 2, 6. 8; Luc. 3, 15; 5, 22. — τῷ κάλλει κτλ.] Pro accusativo graeco qui dicitur Hermas fere ubique dativum usurpat. Cf. Vis. V, 1; Sim. IX, 9, 5. 7; Iudith 8, 7: καλὴ τῷ εἴδει κτλ.

οὐδέν. 3. μετὰ χρόνον τινὰ πορευομένου μου εἰς Κούμας καὶ δοξάζοντος τὰς κτίσεις τοῦ θεοῦ, ὡς μεγάλαι καὶ ἐκπρεπεῖς καὶ δυναταί εἰσιν, περιπατῶν ἀφύπνωσα. καὶ πνεῦμά με ἔλαβεν καὶ ἀπήνεγκέν με δι' ἀνοδίας τινός, δι' ἧς ἄνθρωπος οὐκ ἐδύνατο ὁδεῦσαι· ἦν δὲ ὁ τόπος κρημνώδης καὶ ἀπερρηγὼς ἀπὸ τῶν ὑδάτων. διαβὰς οὖν τὸν ποταμὸν ἐκεῖνον ἦλθον εἰς τὰ ὁμαλὰ καὶ τιθῶ τὰ γόνατα καὶ ἠρξάμην προσεύχεσθαι τῷ κυρίῳ καὶ ἐξομολογεῖσθαί μου τὰς ἁμαρτίας. 4. προσευχομένου δέ μου ἠνοίγη ὁ οὐρανός, καὶ βλέπω τὴν γυναῖκα ἐκείνην, ἣν ἐπεθύμησα, ἀσπαζομένην με ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσαν· Ἑρμᾶ χαῖρε. 5. βλέψας δὲ εἰς αὐτὴν λέγω αὐτῇ· Κυρία, τί σὺ ὧδε ποιεῖς; ἡ δὲ ἀπεκρίθη μοι· Ἀνελήμφθην, ἵνα σοῦ τὰς ἁμαρτίας ἐλέγξω πρὸς τὸν κύριον. 6. λέγω αὐτῇ· Νῦν σύ μου ἔλεγχος εἶ; Οὔ, φησίν, ἀλλὰ ἄκουσον τὰ ῥήματα, ἅ σοι μέλλω λέγειν. Ὁ θεὸς *ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς κατοικῶν* καὶ κτίσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τὰ ὄντα *καὶ πληθύνας καὶ αὐξήσας* ἕνεκεν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας αὐτοῦ ὀργίζεταί σοι, ὅτι ἥμαρτες εἰς ἐμέ. 7. ἀποκριθεὶς αὐτῇ λέγω· Εἰς σὲ ἥμαρτον; ποίῳ τρόπῳ; ἤ πότε σοι αἰσχρὸν ῥῆμα ἐλάλησα; οὐ πάντοτέ σε ὡς θεὰν ἡγησάμην; οὐ πάντοτέ σε ἐνετράπην ὡς ἀδελφήν; τί μου καταψεύδῃ, ὦ γύναι, τὰ πονηρὰ ταῦτα καὶ ἀκάθαρτα; 8. γελάσασά μοι λέγει· Ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀνέβη ἡ ἐπιθυμία τῆς πονηρίας. ἢ οὐ δοκεῖ σοι ἀνδρὶ δικαίῳ πονηρὸν πρᾶγμα εἶναι, ἐὰν ἀναβῇ αὐτοῦ ἐπὶ τὴν καρδίαν ἡ πονηρὰ ἐπιθυμία; ἁμαρτία

1 *Κούμας* : cum his (= Cumis) L^1, *κώμας* S G A, civitatem Ostiorum L^2 cf. Vis. II, 1, 1 | 2/3 *ἐκπρεπεῖς .. δυναταί* (*δυνατοι* S > L^1) SL^2 A : ∾ G | 4 *ἀπήνεγκέν με* : *ἀπήγαγε* G | *ἠδύνατο* G | 5 *ἀπερρωγὼς ὑπὸ* G | 6 *ποταμόν* : locum (*τόπον*) L^1 | 7 *τιθεὶς* G | *γόνατα* SL^1 : + *μου* GL^2 | *κυρίῳ* GL(A) : *θω* S | 9 *ἐκείνην* > G | 10 *οὐρανοῦ* SL^2 : + *καὶ* GL^1A | 10/11 *βλ. δὲ εἰς αὐτήν* : *ἐμβλέψας δὲ αὐτῇ* G | 11 *αὐτῇ* > G | *σὺ* Sc GL^1 : > SL^2 11/12 *ἀπεκρίθη* : *φησὶ* G | 13 *ἀλλ'* G, sic fere semper ante vocales | 14 *ἄκουσον* SL^1 : + *μου* GL^2A | 16 *ἕνεκα* G, sic fere semper | *ἁγίας* > G | 18 *τρόπῳ* Sc G L^2(A) : *τόπῳ* SL^1 | *πότε* Sc G : + *δε* S | 18/19 *οὐ — ἡγησάμην* > L^2 | 19 *θεὰν* SL^1 : *θυγατέρα* G, dominam meam A, *θείαν* Hilgenfeld | *ἡγούμην* G | 20 *ὦ* > G | *καὶ ἀκάρθατα* SL^2A : > GL^1 | 21 *ἡ* > G | 22 *πονηρίας* : *πορνείας* G

3. *μετὰ χρόνον τ.*] i. e. post mortem Rhodae; cf. v. 5. — *πορευομένου μου — περιπατῶν ἀφύπνωσα*] Constructio apud Hermam praesertim in Visionibus (cf. I, 2, 2; II, 1. 1; 2, 1) haud rara. — *πνεῦμά με ἔλαβεν κτλ.*] Cf. Vis. II, 1, 1; Sim. IX, 1, 4; Apoc. 1, 10; 4, 2; 17, 3. —

3. Post tempus aliquod cum Cumas proficiscerer et glorificarem creaturas dei, quantae ac quam magnificae et potentes essent, ambulans obdormivi. Et spiritus me apprehendit et abstulit me per locum quendam invium, per quem homo non poterat iter facere; erat autem locus praeruptus et corrosus aquis. Cum ergo flumen illud transiissem, veni in planum et posui genua et coepi orare dominum et confiteri peccata mea. 4. Dum autem oro, apertum est caelum et video feminam illam, quam desideraveram, salutantem me de caelo, dicentem: Herma, ave. 5. Intuens autem eam dico ei: Domina, quid tu hic facis? At illa respondit mihi: Recepta sum, ut peccata tua arguam apud dominum. 6. Dico ei: Nunc tu mei accusatrix es? Non, inquit, sed audi verba, quae tibi dictura sum. Deus, *qui in caelis habitat* et quae sunt ex nihilo condidit et *multiplicari et crescere fecit* propter sanctam ecclesiam suam, irascitur tibi, quoniam peccasti in me. 7. Respondens ei dico: In te peccavi? Quomodo? Aut quando tibi impudicum verbum locutus sum? Nonne semper te pro dea habui? Nonne semper te veritus sum velut sororem? Quid in me mentiris, mulier, iniqua ista et immunda? 8. Illa autem ridens dicit mihi: In corde tuo ascendit concupiscentia iniquitatis. Aut tibi non videtur homini iusto iniqua res esse, si ascendit in corde eius mala concupiscentia?

14 Ps. 2, 4; 122, 1; Tob. 5, 17. — 15 Gen. 1, 28; 8, 17; 9, 1; 28, 3 etc.

προσεύχεσθαι κτλ.] Cf. Dan. 9, 20: *καὶ ἔτι ἐμοῦ λαλοῦντος καὶ προσευχομένου καὶ ἐξαγορεύοντος τὰς ἁμαρτίας μου κτλ.*

4. *Ἑρμᾶ*] Nomen apud veteres usitatissimum. Cf. Rom. 16, 14; Zahn, *Der Hirt* p. 72 not. 2.

6. *κτ. ἐκ τοῦ μὴ ὄντος*] Cf. Mand. I, 1; II Macc. 7, 28; II Clem. 1, 8 not. Exempla patrum collegit Harnack ad h. l. Laudat locum Origenes In Ioann. tom. I c. 18 ed. Bened. IV, 19. — *πληθ. κ. αὐξήσας*] His verbis utens Deus creaturam benedicere solet; tertium, quod plerumque praecedit, sc. *εὐλογεῖν*, habes infra 3, 4. — *ἕνεκεν τ. ἁγ. ἐκκλησίας*] Cf. Vis. II, 4, 1. Ecclesiam *sanctam* vocans (cf. c. 3, 4) Hermas fortasse regulam fidei respexit.

7. *πάντοτε*] sc. ex eo tempore, postquam Hermas libertus factus est. — *θεάν*] Locutio in ore Christiani mira, non autem mutanda, cum ab optimis testibus tradatur.

8. *ἐπὶ τ. καρδίαν ἀνέβη*] Locutio biblica (cf. Ies. 65, 16. 17; Ier. 3, 16; Act. 7, 23; Luc. 24, 38; I Cor. 2, 9) apud Hermam creberrima; cf. Vis. I, 2, 4; Mand. IV, 1, 1. 2; 2, 2; VI, 2, 3. 4. 5. 7. 8; XII, 3, 5. — *ἐπιθυ-*

γέ ἐστιν, καὶ μεγάλη, φησίν. ὁ γὰρ δίκαιος ἀνὴρ δίκαια βουλεύεται. ἐν τῷ οὖν δίκαια βουλεύεσθαι αὐτὸν κατορθοῦται ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ εὐκατάλλακτον ἔχει τὸν κύριον ἐν παντὶ πράγματι αὐτοῦ· οἱ δὲ πονηρὰ βουλευόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν θάνατον καὶ αἰχμαλωτισμὸν ἑαυτοῖς ἐπισπῶνται, μάλιστα οἱ τὸν αἰῶνα τοῦτον περιποιούμενοι καὶ γαυριῶντες ἐν τῷ πλούτῳ αὐτῶν καὶ μὴ ἀντεχόμενοι τῶν ἀγαθῶν τῶν μελλόντων. 9. μετανοήσουσιν αἱ ψυχαὶ αὐτῶν, οἵτινες οὐκ ἔχουσιν ἐλπίδα, ἀλλὰ ἑαυτοὺς ἀπεγνώκασιν καὶ τὴν ζωὴν αὐτῶν. ἀλλὰ σὺ προσεύχου πρὸς τὸν θεόν, καὶ *ἰάσεται τὰ ἁμαρτήματά σου καὶ* ὅλου τοῦ οἴκου σου καὶ πάντων τῶν ἁγίων.

2. Μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτὴν τὰ ῥήματα ταῦτα ἐκλείσθησαν οἱ οὐρανοί· κἀγὼ ὅλος ἤμην πεφρικὼς καὶ λυπούμενος. ἔλεγον δὲ ἐν ἐμαυτῷ· Εἰ αὕτη μοι ἡ ἁμαρτία ἀναγράφεται, πῶς δυνήσομαι σωθῆναι; ἢ πῶς ἐξιλάσομαι τὸν θεὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν μου τῶν τελείων; ἢ ποίοις ῥήμασιν ἐρωτήσω τὸν κύριον, ἵνα ἱλατεύσηταί μοι; 2. ταῦτά μου συμβουλευομένου καὶ διακρίνοντος ἐν τῇ καρδίᾳ μου, βλέπω κατέναντί μου καθέδραν λευκὴν ἐξ ἐρίων χιονίνων γεγονυῖαν μεγάλην· καὶ ἦλθεν γυνὴ πρεσβῦτις ἐν ἱματισμῷ λαμπροτάτῳ, ἔχουσα βιβλίον εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ἐκάθισεν μόνη καὶ ἀσπάζεταί με· Ἑρμᾶ, χαῖρε. κἀγὼ λυπούμενος καὶ κλαίων εἶπον· Κυρία, χαῖρε. 3. καὶ εἶπέν μοι· Τί στυγνός, Ἑρμᾶ, ὁ μακρόθυμος καὶ ἀστομάχητος, ὁ πάντοτε γελῶν, τί οὕτω κατηφὴς τῇ ἰδέᾳ καὶ οὐχ ἱλαρός; κἀγὼ εἶπον αὐτῇ· Ὑπὸ γυναικὸς ἀγαθω-

1 *γε* : *γὰρ* G | *καὶ* > GA | 3 *τῷ οὐρανῷ* G | 4 *αὐτοῦ* > G | 7 *ἀγ. τῶν μελλ.* : *μελλόντων ἀγαθῶν* G | 8 *μεταν.* : *πολλὰ μεταμελήσουσιν* G, vacuantur (al. : vagantur) L^1, non resistent iisdem luxuriis L^2 | 9 *ἑαυτοῦ* G 10/11 *ὅλον τὸν οἶκόν σου* G | 14 *ἐν ἑαυτῷ* G | *εἰ* GL : *η* SA | *ἡ* > G 15 *ἐξιλεώσομαι* G | 16 *τελείων* : *πολλῶν* G | *ἢ* Sc L^2A : > SGL^1 | 16/17 *ἱλατεύσῃ* G | 17 *κ. διακρίν.* SL^1A : *κ. διαλογιζομένου* G, > L^2 | 18 *μου* pr > G *κατέναντί* : *κατ' ἐνώπιόν* G | 19 *χιονίνων* Sc LA : *λευκῶν* G, > S | 21 *ἀσπάζεται* S : *ἠσπάσατο* GLA | 21/22 *κἀγὼ* — *χαῖρε* > G | 21 *κλαίων* Sc LA : *γαιρων* S | 22 *καὶ εἶπεν* SL^2A : *ἡ δὲ εἶπε* G(L^1) | *μοι* > GA | *τίς* G | *Ἑρμᾶ* > GL^2 | 24 *κἀγὼ* S : *καὶ* G | *ὑπὸ* (+ *τινὸς* G) SG L^2A : *κυρια ονιδισμος[μοι γε]γονεν υπο* Sc L^1

μία] Cf. Iac. 1, 14. 15. — *μάλιστα οἱ τ. αἰῶνα κτλ.*] Cf. I Tim. 6, 9. 10. Cupiditas divitiarum Hermae ipsi perniciosa fuit; cf. Vis. III, 6, 7.

9. *ἀπεγνώκασιν*] Cf. Mand. XII, 6, 2; Sim. IX, 26, 4. — *ἁγίων*] Cf. Vis. I, 3, 2; II, 2, 4. 5; III, 3, 3; 6, 2; 8, 8. 9. 11; IV, 3, 6 etc. Doctr. apost.

Peccatum sane est, inquit, et quidem magnum. Iustus enim vir iusta cogitat. Cum enim iusta cogitet, gloria eius erigitur in caelis et propitium habet dominum in omni negotio suo; qui autem iniqua cogitant in cordibus suis, mortem et captivitatem sibi adquirunt, maxime qui hoc saeculum sibi vindicant et gloriantur in divitiis suis neque exspectant bona futura. 9. Paenitebit animas eorum, qui spem non habent, sed sese desponderunt et vitam ipsorum. Tu autem ora ad dominum, et *sanabit peccata tua* et totius domus tuae et omnium sanctorum.

2. Postquam locuta est haec verba, clausi sunt caeli, et ego totus eram exhorrescens ac tristis. Dicebam autem intra me ipsum: Si hoc peccatum mihi adscribitur, quomodo potero salvari, aut quomodo deum propitiabo ob peccata mea perfecta, aut quibus verbis rogabo dominum, ut propitius sit mihi? 2. Quae dum recogito ac disputo in corde meo, video coram me cathedram candidam de lanis niveis factam magnam; et venit mulier anus in veste splendidissima, habens librum in manibus, ac sedit sola et salutat me: Herma, ave. Et ego maestus et plorans dixi: Domina, ave. 3. Et dixit mihi: Quid tristis es, Herma, longanimis et sine iracundia, semper ridens, quid sic tristis es vultu et non hilaris? Et ego dixi ei: Propter mulierem opti-

10 Deut. 30, 30 cf. Ier. 3, 32.

4, 2 not.

2, 1. τελείων] Concupiscentiae malae auctor opponit peccata in opere perfecta. Aliter Barn. 8, 1. — ἐρωτήσω] Haec vox in Pastore semper denotat *rogare* (cf. Vis. II, 2, 1; III, 1, 3; 2, 3; Sim. V, 4, 5), ἐπερωτᾶν autem *interrogare* (cf. Vis. III, 3, 5; Mand. XI, 2. 3. 6. 8; Sim. V, 4, 2. 5.). Uno loco tantum, si lectio recta est, sc. Sim. IX, 11, 8, ἐρωτᾶν vertendum esse videtur *interrogare*. Cf. Zahn l. c. p. 488.

2. καθέδραν] Cf. Vis. III, 10, 3; Mand. XI, 1 etc. Stantes quidem veteres S. Scripturam legebant (Luc. 4, 16) et sermonem pronuntiabant nonnumquam gravem (Ioann. 7, 37. Act. 13, 16; 17, 22), sedentes autem docebant (Matth. 5, 1; 13, 1; 15, 29; 23, 2. 6; 26, 55. Luc. 4, 20. Ioann. 8, 2. Act. 16, 3. Eus. H. E. V, 20, 5). Cf. G. G. A. 1878 p. 59. Neque tamen praetermittendum est, secundum Visionem III, 11, 4 anum propter infirmitatem sedisse. — μόνη] i. e. Hermas non sedit. Vis. III, 1, 8 autem ipse quoque sedere iubetur.

3. ὁ μακρόθυμος κτλ.] Hermas hic et v. 4 et Vis. II, 3, 2 sibi ipsi laudes tribuit. Aliter loquitur Vis. I, 3, 1; III, 4, 3.

τάτης λεγούσης, ὅτι ἥμαρτον εἰς αὐτήν. 4. ἡ δὲ ἔφη· Μηδαμῶς ἐπὶ τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ τὸ πρᾶγμα τοῦτο. ἀλλὰ πάντως ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀνέβη περὶ αὐτῆς. ἔστιν μὲν τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ ἡ τοιαύτη βουλὴ ἁμαρτίαν ἐπιφέρουσα· πονηρὰ γὰρ βουλὴ καὶ ἔκπληκτος εἰς πάνσεμνον πνεῦμα καὶ ἤδη δεδοκιμασμένον, ἐὰν ἐπιθυμήσῃ πονηρὸν ἔργον, καὶ μάλιστα Ἑρμᾶς ὁ ἐγκρατής, ὁ ἀπεχόμενος πάσης ἐπιθυμίας πονηρᾶς καὶ πλήρης πάσης ἁπλότητος καὶ ἀκακίας μεγάλης.

3. Ἀλλ' οὐχ ἕνεκα τούτου ὀργίζεταί σοι ὁ θεός, ἀλλ' ἵνα τὸν οἶκόν σου τὸν ἀνομήσαντα εἰς τὸν κύριον καὶ εἰς ὑμᾶς τοὺς γονεῖς αὐτῶν ἐπιστρέψῃς. ἀλλὰ φιλότεκνος ὢν οὐκ ἐνουθέτεις σου τὸν οἶκον, ἀλλὰ ἀφῆκες αὐτὸν καταφθαρῆναι δεινῶς· διὰ τοῦτό σοι ὀργίζεται ὁ κύριος· ἀλλὰ ἰάσεταί σου πάντα τὰ προγεγονότα πονηρὰ ἐν τῷ οἴκῳ σου· διὰ γὰρ τὰς ἐκείνων ἁμαρτίας καὶ ἀνομήματα σὺ κατεφθάρης ἀπὸ τῶν βιωτικῶν πράξεων. 2. ἀλλ' ἡ πολυσπλαγχνία τοῦ κυρίου ἠλέησέν σε καὶ τὸν οἶκόν σου καὶ ἰσχυροποιήσει σε καὶ θεμελιώσει σε ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. σὺ μόνον μὴ ῥᾳθυμήσῃς, ἀλλὰ εὐψύχει καὶ ἰσχυροποίει σου τὸν οἶκον. ὡς γὰρ ὁ χαλκεὺς σφυροκοπῶν τὸ ἔργον αὐτοῦ περιγίνεται τοῦ πράγματος οὗ θέλει, οὕτω καὶ ὁ λόγος ὁ καθημερινὸς ὁ δίκαιος περιγίνεται πάσης πονηρίας. μὴ διαλίπῃς οὖν νουθετῶν σου τὰ τέκνα· οἶδα γάρ, ὅτι, ἐὰν μετανοήσουσιν ἐξ ὅλης καρδίας αὐτῶν, ἐγγρα-

1 *λεγούσης* SL[1] : + *μοι* GL[2]A | 2 *τὸ πρ. τοῦτο* : *πρ. τοιοῦτον* G | 4/5 *ἔκπληκτος* : *ἔκφρικτος* G | 5 *πᾶν σεμνὸν* G | 5/6 *ἐπιθυμήσῃ* SLA : *ἀναβῇ ἐπιθυμία ἡ* G | 6 *ὁ* sec : *καὶ* G | 7 *πάσης* SL : > GA | 10 *κ. εἰς ὑμᾶς* L[2]A : *κ. εισ ημασ* Sc GL[1], *η αυτουσ η* S | 11 *αὐτοῦ* G | 12 *ἀφῆκες* SG cf. Winer-Schmiedel § 13, 16 : *ἀφῆκας* edd. priores | *δεινῶς* GLA : > S 13 *σοι ὀργ.* ∾ G | 13/14 *γεγονότα* G | 14 *πονηρὰ* Sc G : *τα π.* S | *σου* GLA : > S | *τὰς . . ἁμ.* : *τὰ . . ἁμαρτήματα* G | 15 *πραγμάτων* G | 15/16 *ἀλλ' ἡ πολ.* SA (cf. Schodde, Herma Nabi 1876 p. 19 n. 3): *ἀλλὰ ἡ πολλὴ εὐσπλαγχνία* G | 16/17 *καὶ . . σε* pr > G | 17 *ἐθεμελίωσε* G | 18 *ῥαθυμήσεις . . . ἰσχυροποιήσεις* G | 19 *ὁ* > G | *σφυροκοπεῖ* G | 19/20 *περιγ. τοῦ πρ. οὗ* : *περὶ αὐτὸ πράττει ὃ* G | 20 *καὶ* SL : > GA | *ὁ καθ. ὁ* : *καθ. καὶ* G | 22 *οἶδα* SL[2]A : *οἶδας* G, scit (enim deus) L[1] | *μετανοήσωσιν* G | 22 sq. *ἐνγραφήσονται* S : *ἐγγρ.* G

4. *δοῦλον τοῦ θεοῦ*] Cf. Tert. De spectac. c. 1. 24; De cultu fem. I, 4; II, 1. 11. — *ἐπιθυμήσῃ*] sc. *τὸ πνεῦμα.*
3, 1. *φιλότεκνος*] Cf. Tit. 2, 4. — *κατεφθάρης ἀπό*] Praepositio *ἀπὸ* apud Hermam saepe non causam indicat, sed vim habet propositionis consectariae idque negativae ideo-

mam dicentem, quod peccavi in eam. 4. Haec autem respondit: Nequaquam apud servum dei hoc factum. At vero in corde tuo cogitatio ascendit de illa. Est quidem servis dei talis cogitatio peccatum afferens; iniqua enim est cogitatio et abominanda in spiritu gravissimo et iamiam probato, si desideravit opus iniquum, et maxime Hermas continens, abstinens ab omni desiderio malo ac plenus omni simplicitate et innocentia magna.

3. Sed non propter hoc irascitur tibi deus, sed ut domum tuam corrigas, quae iniqua egit in dominum et in vos parentes suos. At cum diligeres filios, non commonebas domum tuam, sed reliquisti eam, ut valde corrumperetur: propter hoc irascitur tibi dominus; sed sanabit omnia mala antea gesta in domo tua; propter illorum enim peccata et iniquitates corruptus es in saecularibus negotiis. 2. Sed misericordia domini magna miserta est tui et domus tuae atque confortabit te et fundabit te in gloria ipsius. Modo tu noli levis esse, sed firmo animo esto et conforta domum tuam. Sicut enim faber ferrarius opus suum malleo pulsans perficit id, quod vult, ita et sermo iustus cotidianus convincit omnem iniquitatem. Ne deficias ergo monens filios tuos; scio enim fore ut, si paenitentiam egerint ex toto

que minus verti quam circumscribi potest. Cf. inprimis Vis. III, 9, 1: *δικαιοῦσθαι καὶ ἁγιάζεσθαι ἀπὸ πάσης πονηρίας*, Mand. VIII, 10: *σκανδαλίζεσθαι ἀπὸ τῆς πίστεως*, Mand. V, 2, 7: *ἀποτυφλοῦσθαι ἀπὸ τῆς διανοίας τῆς ἀγαθῆς*, Sim. IV, 7: *διαφθαρήσεται ἡ διάνοια αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ κυρίου*, Sim. VI, 2, 4: *κατεφθαρμένοι εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας*. Cf. Zahn, *Der Hirt* p. 490 sq. Itaque sensus loci est: propter peccata filiorum ita vexatus es, ut negotium tuum et bona tua amitteres (cf. Zahn l. c. p. 81 not. 3), et verti: corruptus es *in* saecularibus negotiis, non *a* saec. negotiis, ut interpretes veteres. Similiter dicit Macarius Aeg. Hom. XI, 3: *νεκρὸς ἀπὸ τῆς ζωῆς*, Hom. XII, 2: *ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποθνήσκειν* (PG 34, 545. 557).

2. *πολυσπλαγχνία*] Praeter hanc vocem (repetitam Vis. II, 2, 8; IV, 2, 3; Mand. IX, 2; cod. G habet ubique *πολλὴ εὐσπλαγχνία*) Hermas usurpat etiam *πολυευσπλαγχνία* (Sim. VIII, 6, 1), *πολύσπλαγχνος* (Mand. IV, 3, 5; Sim. V, 7, 4), *ἄσπλαγχνος* (Sim. VI, 3, 2), *σπλαγχνίζεσθαι* (Vis. III, 12, 3; Mand. IV, 3, 5; IX, 3; Sim. VI, 3, 2; VII, 4; VIII, 6, 3; 11, 1; IX, 14, 3), *σπλάγχνον* (Sim. IX, 24, 2). In N. T. legimus *πολύσπλαγχνος* (Iac. 5, 11) et *εὔσπλαγχνος* (Eph. 4, 32; I Petr. 3, 8) et *σπλάγχνα* (Luc. 1, 78; Act. 1, 18 etc.). — *ἐνγραφήσονται κτλ.*] Cf. Mand. VIII, 8; Sim. II, 9; V, 3, 2; I Clem. 45, 8 not. Dan. 7, 10; Apoc. 20, 12; Apoc. Baruch. 24, 1.

φήσονται εἰς τὰς βίβλους τῆς ζωῆς μετὰ τῶν ἁγίων. 3. μετὰ τὸ παῆναι αὐτῆς τὰ ῥήματα ταῦτα λέγει μοι· Θέλεις ἀκοῦσαί μου ἀναγινωσκούσης; λέγω κἀγώ· Θέλω, κυρία. λέγει μοι· Γενοῦ ἀκροατὴς καὶ ἄκουε τὰς δόξας τοῦ θεοῦ. ἤκουσα μεγάλως καὶ θαυμαστῶς, ὃ οὐκ ἴσχυσα μνημονεῦσαι· πάντα γὰρ τὰ ῥήματα ἔκφρικτα, ἃ οὐ δύναται ἄνθρωπος βαστάσαι. τὰ οὖν ἔσχατα ῥήματα ἐμνημόνευσα· ἦν γὰρ ἡμῖν σύμφορα καὶ ἥμερα· 4. Ἰδού, ὁ *θεὸς τῶν δυνάμεων*, ὁ ἀοράτῳ δυνάμει καὶ κραταιᾷ καὶ τῇ μεγάλῃ συνέσει αὐτοῦ *κτίσας τὸν κόσμον* καὶ τῇ ἐνδόξῳ βουλῇ περιθεὶς τὴν εὐπρέπειαν τῇ κτίσει αὐτοῦ καὶ τῷ ἰσχυρῷ ῥήματι *πήξας τὸν οὐρανὸν* καὶ *θεμελιώσας τὴν γῆν ἐπὶ ὑδάτων* καὶ τῇ ἰδίᾳ σοφίᾳ καὶ προνοίᾳ κτίσας τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν αὐτοῦ, ἣν καὶ ηὐλόγησεν, ἰδού, *μεθιστάνει* τοὺς οὐρανοὺς καὶ *τὰ ὄρη* καὶ τοὺς βουνοὺς καὶ τὰς θαλάσσας, καὶ πάντα ὁμαλὰ γίνεται τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ, ἵνα ἀποδῷ αὐτοῖς τὴν ἐπαγγελίαν, ἣν ἐπηγγείλατο μετὰ πολλῆς δόξης καὶ χαρᾶς, ἐὰν τηρήσωσιν τὰ νόμιμα τοῦ θεοῦ, ἃ παρέλαβον ἐν μεγάλῃ πίστει.

4. Ὅτε οὖν ἐτέλεσεν ἀναγινώσκουσα καὶ ἠγέρθη ἀπὸ τῆς καθέδρας, ἦλθαν τέσσαρες νεανίαι καὶ ἦραν τὴν καθέδραν καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὴν ἀνατολήν. 2. προσκαλεῖται δέ με καὶ ἥψατο τοῦ στήθους μου καὶ λέγει μοι· Ἤρεσέν σοι ἡ ἀνάγνωσίς μου; καὶ λέγω αὐτῇ· Κυρία, ταῦτά μοι τὰ ἔσχατα ἀρέσκει, τὰ δὲ πρότερα χαλεπὰ καὶ σκληρά. ἡ δὲ ἔφη μοι λέγουσα· Ταῦτα τὰ ἔσχατα τοῖς δικαίοις, τὰ δὲ πρότερα τοῖς ἔθνεσιν καὶ τοῖς ἀποστά-

2 *παῆναι* : *πανθῆναι* G | *ταῦτα* > G | 3 *κυρία* SL : + *μου* GA | 4/5 *μεγ. κ. θ. ὃ* SL^{1}A : *μεγάλας κ. θαυμαστὰς ὧν* G (L^2) | 6 *βαστάσαι* : *συνιέναι* G | 6/7 *τῶν οὖν ἐσχάτων ῥημάτων* G | 8 *ὁ ἀοράτῳ* L^1(L^2) : *ον αγαπω* SG (?) | *καὶ* pr > S | *καὶ* sec : *ὁ* G | 9 *ἐνδόξῳ* SL : + *αὐτοῦ* GA | 10 *αὐτοῦ* > G | 11 *ἐπὶ* + *τῶν* G | 12 *ἁγίαν* > G | 13 *εὐλόγησεν* G | 14 *τὰ βουνὰ* G | 17 *ἃ παρ.* : *ἅπερ ἔλαβον* G | 19 *ἦλθον* G | *νεανίσκοι* G | 22 *καὶ* SL^{2}A : > GL^1 | 24 *πρότερα* GL (priora) : *πρωτα* S(A ?) | *ἔθνεσιν* SL^{2}A : *ἐθνικοῖς* G, ethnicis L^1

3. *ῥήματα ἔκφρικτα κτλ.*] Iachmann (*Der Hirte d. H.* p. 65) contendit, Hermam ut aliis locis sic hoc quoque loco Esdrae Apocalypsin imitatum esse, et hic quidem IV Esr. 6, 17: Sonus eius sicut sonus aquarum multarum. Sed haec verba parvam verborum Hermae similitudinem gerunt.

4. *δυνάμει — συνέσει*] Cf. Ps. 146, 5. — *περιθεὶς τ. εὐπρ.*] Cf. Ps. 20, 6; 92, 1; 103, 1. — *ἰσχυρῷ ῥήμ.*] Cf.

corde suo, inscribantur in libris vitae cum sanctis. 3. Quae verba postquam finivit, dicit mihi: Vis audire me legentem? Et ego respondeo: Volo, domina. Dicit mihi: Esto audiens et percipe laudes domini. Audivi magnifice et mirifice, quae non poteram retinere in memoria; omnia enim verba terribilia, quae homo non potest sustinere. Novissima ergo verba tenui; erant enim nobis consentanea et mansueta: 4. Ecce, *deus virtutum,* qui virtute invisibili et potenti et magna intellegentia sua *condidit mundum* et glorifico consilio circumdedit decorem creaturae suae et forti verbo *confixit caelum* et *fundavit terram super aquas* et propria sapientia ac providentia condidit sanctam ecclesiam suam, quam et benedixit, ecce, *transfert* caelos et *montes* et colles et maria, et omnia plana fiunt electis eius, ut reddat iis promissionem, quam promisit cum multa gloria et gaudio, si servaverint legitima dei, quae acceperunt in magna fide.

4. Cum igitur finiisset legens atque exsurrexisset de cathedra, venerunt quatuor iuvenes et tulerunt cathedram et abierunt ad orientem. 2. Vocat autem me et tetigit pectus meum et ait mihi: Placuit tibi lectio mea? Et dico ei: Domina, haec novissima mihi placent, priora autem difficilia et dura. Haec autem respondit mihi dicens: Haec novissima iustis, priora au-

8 Ps. 58, 6; 79, 5. 8. 15. 20; 83, 9; 88, 9 cf. 23, 10; 45, 8; 68, 7 etc. — 9 Act. 17, 24 cf. II Macc. 7, 23. — 11 Ies. 42, 5 cf. Ps. 32, 6; Ier. 10, 12. — 11 Ps. 135, 6 cf. 23, 2; 103, 5; 118, 90; Prov. 3, 19; II Petr. 3, 5. — 13 Ps. 45, 3 cf. Ies. 54, 10; I Cor. 13, 2.

Ps. 32, 9; Hebr. 4, 12. — θεμελιώσας τ. γ. ἐπὶ ὑδάτων] Eadem verba exhibet Theophilus Ad Autol. I, 7, cum Psalmista loco principali verbum στερεοῦν usurpet. — ηὐλόγησεν] Cf. Vis. I, 1, 6. — πάντα ὁμαλὰ γ.] Cf. Ies. 40, 4; Luc. 3, 5. — ἐκλεκτοῖς] Cf. Vis. II, 1, 3; 2, 5; 4, 2; III, 5, 1; 8, 3; 9, 10; IV, 2, 5; 3, 5. Deest vox in Mandatis et Similit. — νόμιμα τ. θεοῦ] Cf. I Clem. 3, 4. — ἐν μεγ. πίστει] i. e. firmiter credentes.

4, 1. πρὸς τ. ἀνατολήν] Similia leguntur Apoc. 7, 2; Act. Perpet. et Felic. c. 11. Cur ad orientem? Quia ex oriente salus nobis apparuit. Cf. Luc. 1, 78; Matth. 2, 2; Clem. Al. Strom. VII, 7, 43 p. 856; Orig. De orat. c. 32. Animadvertendum est quoque, priscos fideles ad orientem versos precationem fecisse. Cf. Tert. Apol. c. 16; Ad nat. I, 13; Clem. Al. Strom. l. c.; Origen. l. c.; Const. ap. II, 57; VII, 44; Ps.-Iust. Quaest. ad Orthod. 118.

2. ἀποστάταις] Cf. Sim. VIII, 6, 4; IX, 19, 1.

ταις. 3. λαλούσης αὐτῆς μετ' ἐμοῦ δύο τινὲς ἄνδρες ἐφάνησαν καὶ ἦραν αὐτὴν τῶν ἀγκώνων καὶ ἀπῆλθαν, ὅπου καὶ ἡ καθέδρα, πρὸς τὴν ἀνατολήν. ἱλαρὰ δὲ ἀπῆλθεν καὶ ὑπάγουσα λέγει μοι· Ἀνδρίζου, Ἑρμᾶ.

Ὅρασις β'.

1. Πορευομένου μου εἰς Κούμας κατὰ τὸν καιρόν, ὃν καὶ πέρυσι, περιπατῶν ἀνεμνήσθην τῆς περυσινῆς ὁράσεως, καὶ πάλιν με αἴρει πνεῦμα καὶ ἀποφέρει εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, ὅπου καὶ πέρυσι. 2. ἐλθὼν οὖν εἰς τὸν τόπον τιθῶ τὰ γόνατα καὶ ἠρξάμην προσεύχεσθαι τῷ κυρίῳ καὶ *δοξάζειν αὐτοῦ τὸ ὄνομα*, ὅτι με ἄξιον ἡγήσατο καὶ ἐγνώρισέν μοι τὰς ἁμαρτίας μου τὰς πρότερον. 3. μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναί με ἀπὸ τῆς προσευχῆς βλέπω ἀπέναντί μου τὴν πρεσβυτέραν, ἣν καὶ πέρυσιν ἑωράκειν, περιπατοῦσαν καὶ ἀναγινώσκουσαν βιβλαρίδιον· καὶ λέγει μοι· Δύνῃ ταῦτα τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ θεοῦ ἀναγγεῖλαι; λέγω αὐτῇ· Κυρία, τοσαῦτα μνημονεῦσαι οὐ δύναμαι· δὸς δέ μοι τὸ βιβλίδιον, ἵνα μεταγράψωμαι αὐτό. Λάβε, φησίν, καὶ ἀποδώσεις μοι. 4. ἔλαβον ἐγὼ καὶ εἴς τινα τόπον τοῦ ἀγροῦ ἀναχωρήσας μετεγραψάμην πάντα πρὸς γράμμα· οὐχ ηὕρισκον γὰρ τὰς συλλαβάς. τελέσαντος οὖν μου τὰ γράμματα τοῦ βιβλιδίου ἐξαίφνης ἡρπάγη μου ἐκ τῆς χειρὸς τὸ βιβλίδιον· ὑπὸ τίνος δὲ οὐκ εἶδον.

2. Μετὰ δὲ δέκα καὶ πέντε ἡμέρας νηστεύσαντός μου καὶ πολλὰ ἐρωτήσαντος τὸν κύριον ἀπεκαλύφθη μοι ἡ γνῶσις τῆς γραφῆς. ἦν δὲ γεγραμμένα ταῦτα· 2. Τὸ σπέρμα σου, Ἑρμᾶ, ἠθέτησαν εἰς τὸν θεὸν καὶ ἐβλασφήμησαν εἰς τὸν κύριον καὶ προέδωκαν τοὺς γονεῖς αὐτῶν ἐν πονηρίᾳ μεγάλῃ καὶ ἤκουσαν προ-

1 *δύο — ἐφάνησαν* SL : *δύο ἄνδρες ἦλθον* GA | 2 *ἀπῆλθον* G | *καὶ* tert GL : > S | 3 *ἱλαρὰ δέ* : *καὶ* G | *ἀπάγουσα* G | *μοι* GLA : > S | 6 ***Κούμας*** L : *κωμασ* SA, *κώμην* G | *ὃν καὶ* > G | 7 *περιεπάτουν* G | 9 ***ἐλθών*** : *εἶθ' οὖν* G | 11 *πρότερον* S cf. Hebr. 10, 32; I Petr. 1, 14: *προτέρας* G | 12 ***δὲ τὸ*** G : *το* S, *το δε* Sc | 13 *πέρυσιν* GL^1 : *πρότερον* S, > L^{2}A | 14 ***βιβλαρίδιον*** S cf. Apoc. 10, 2. 9. 10: *βιβλιδάριον* G, similiter infra | 15 ***ἀπαγγεῖλαι*** G | 16 *δέ* : *δὴ* G | *μεταγράψω* G | 17 *λάβε — μοι* Sc GL^1 : > SL^{2}A | 19 *μου* G : > S | 20 *μου ἐκ* S : *μοι ἀπὸ* G | 21 *τὸ βιβλ.* > G | *εἶδον* SL^1 : *οἶδα* GL^2(A ?) | 22 *δέκα κ. π. ἡμ.* S : *ἡμέρας ιε'* G | 24 *Ἑρμᾶ* > G | 25 ***ἠθέτησαν*** SA : *-σεν* G(L) | *ἐβλασφήμησαν* SLA : *-σεν* G | 25/26 ***προέδωκε . . . αὐτοῦ*** G | 26 ***πονηρίᾳ*** SL : *ἁμαρτίᾳ* G(A ?)

tem gentibus ac refugis. 3. Cum loqueretur mecum, duo quidam viri apparuerunt et sustulerunt eam manibus et abierunt, ubi et cathedra, ad orientem. Hilaris autem abiit, et cum iret, ait mihi: Confortare, Herma.

Visio II.

1. Cum Cumas proficiscerer eo tempore, quo et antea, ambulans recordatus sum prioris visionis, et iterum me tollit spiritus et aufert in eundem locum, quo et antea. 2. Cum igitur in locum venissem, pono genua ac coepi orare dominum et *glorificare nomen eius,* quoniam dignum me duxit ac nota mihi fecit peccata mea priora. 3. Cum autem surrexissem ab oratione, video coram me anum, quam et antea videram, ambulantem et legentem libellum. Et dicit mihi: Potes haec electis dei annuntiare? Dico ei: Domina, tanta in memoria retinere non possum; da autem libellum mihi, ut describam eum. Accipe, inquit, et reddes mihi. 4. Accepi ego et in locum quendam agri recedens descripsi omnia ad litteram; non inveniebam enim syllabas. Cum ergo litteras libelli perfecissem, subito de manu mea raptus est libellus; a quo autem, non vidi.

2. Post quindecim autem dies cum ieiunassem multumque dominum rogassem, revelata est mihi cognitio scripturae. Erant autem scripta haec: 2. Semen tuum, Herma, deliquerunt in deum et blasphemaverunt in dominum et prodiderunt parentes suos in nequitia magna et audierunt proditores parentium et

10 Ps. 85, 9. 12; Ies. 24, 15; 66, 5; II Thess. 1, 12.

3. ἀνδρίζου] Cf. Mart. Polyc. 9, 1. II, 1, 1. πάλιν κτλ.] Cf. Vis. I, 1, 3.

2. δοξάζειν κτλ.] Praeter locos supra laudatos fere ubique in S. Scriptura legimus αἰνεῖν τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, cf. Ps. 68, 31; 99, 4; 112, 1; 134, 1 etc.

3. Hunc versum et sequentem respexit Clemens Al. Strom. VI, 15, 131 p. 806.

4. συλλαβάς] Libri vetustissimi scripti erant, perpetua litterarum serie nulla vocum distinctione facta.

2. Cf. ad hoc capitulum Mand. IV, 1. 3; Zahn, *Der Hirt* p. 344—349; *Jahrbücher f. deutsche Theol.* 1870 p. 205 sq. Lipsius in *Zeitschrift f. wiss. Theol.* 1869 p. 301—311.

2. προέδωκαν] Quomodo? Forte parentes apud magistratus paganos denuntiantes. Cf. Hilgenfeld, *Apost. Väter* p. 127 sq. Zahn l. c. p. 81; Vis. II, 3, 1. — ἤκουσαν] i. e. nomi-

δόται γονέων καὶ προδόντες οὐκ ὠφελήθησαν, ἀλλὰ ἔτι προσέθηκαν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν τὰς ἀσελγείας καὶ συμφυρμοὺς πονηρίας, καὶ οὕτως ἐπλήσθησαν αἱ ἀνομίαι αὐτῶν. 3. ἀλλὰ γνώρισον ταῦτα τὰ ῥήματα τοῖς τέκνοις σου πᾶσιν καὶ τῇ συμβίῳ σου τῇ μελλούσῃ σου ἀδελφῇ· καὶ γὰρ αὕτη οὐκ ἀπέχεται τῆς γλώσσης, ἐν ᾗ πονηρεύεται· ἀλλὰ ἀκούσασα τὰ ῥήματα ταῦτα ἀφέξεται καὶ ἕξει ἔλεος. 4. μετὰ τὸ γνωρίσαι σε ταῦτα τὰ ῥήματα αὐτοῖς, ἃ ἐνετείλατό μοι ὁ δεσπότης ἵνα σοι ἀποκαλυφθῇ, τότε ἀφίενται αὐτοῖς αἱ ἁμαρτίαι πᾶσαι, ἃς πρότερον ἥμαρτον, καὶ πᾶσιν τοῖς ἁγίοις τοῖς ἁμαρτήσασιν μέχρι ταύτης τῆς ἡμέρας, ἐὰν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας μετανοήσωσιν καὶ ἄρωσιν ἀπὸ τῶν καρδιῶν αὐτῶν τὰς διψυχίας. 5. ὤμοσεν γὰρ ὁ δεσπότης κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ· ἐὰν ὡρισμένης τῆς ἡμέρας ταύτης ἔτι ἁμάρτησις γένηται, μὴ ἔχειν αὐτοὺς σωτηρίαν· ἡ γὰρ μετάνοια τοῖς δικαίοις ἔχει τέλος· πεπλήρωνται αἱ ἡμέραι μετανοίας πᾶσιν τοῖς ἁγίοις· καὶ τοῖς δὲ ἔθνεσιν μετάνοιά ἐστιν ἕως ἐσχάτης ἡμέρας. 6. ἐρεῖς οὖν τοῖς προηγουμένοις τῆς ἐκκλησίας, ἵνα κατορθώσωνται τὰς ὁδοὺς αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ἵνα ἀπολάβωσιν ἐκ πλήρους τὰς ἐπαγγελίας μετὰ πολλῆς δόξης. 7. ἐμμείνατε οὖν οἱ *ἐργαζόμενοι τὴν δικαιοσύνην* καὶ μὴ διψυχήσητε, ἵνα γένηται ὑμῶν ἡ πάροδος μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων. μακάριοι ὑμεῖς, ὅσοι ὑπομένετε τὴν θλῖψιν τὴν ἐρχομένην τὴν μεγάλην καὶ

2/3 *τὰς ἀσελγείας — αὐτῶν* SL : *καὶ ταῖς ἀσελγείαις καὶ συμφυρμοῖς αὐτῶν καὶ πονηρίαις* G, > A | 5 *τῇ γλώσσῃ* G | 7 ἕξει GLA : *εξεισ* S | *μετά* : *καὶ μ.* GA | 9 *καὶ πᾶσιν* SLA : *πᾶσι δὲ* G | 9/10 *τ. ἁγίοις* SL[1] : > L[2]A, + *ἄφεσις ἔσται* GL[2](A) | 10 *ἁμαρτήμασι* G | 11 *τῆς* > G | *μετανοησουσιν* S | *τῶν καρδιῶν* GL : *τησ καρδιασ* S, > A | 13 ἔτι : *επι* S | 15 *πεπλήρωνται* + *γὰρ* G | 16 *καὶ* SA(L[2]) : > G(L[1]) | ἕως + *τῆς* G | 18 *αὐτῶν* SG : *εαυτων* Sc, item 3 p. 428 | 21 *περίοδος* G | 22 *ὑπομενεῖτε* G

nati sunt. — *ἐπλήσθησαν κτλ.*] Cf. Gen. 15, 16; Dan. 8, 23; I Thess. 2, 16.

3. *ἀδελφῇ*] Cf. Vis. II, 3, 1; Sim. IX, 11, 3. Sine iure Rem. Ceillier (*Histoire générale* III, 9 art. 1, 2) et alii ex hoc loco concluserunt, tempore visionis Hermae uxorem adhuc gentilium superstitioni addictam fuisse. Zahn l. c. p. 179 sq. hanc vocem ad saeculum futurum referri voluit, quo *neque nubent neque nubentur* (Matth. 22, 30). Cotelerius locum rectius de continentia interpretatus est. Cf. Tert. Ad uxor. I, 6: Quot item (sunt), qui consensu pari inter se matrimonii debitum tollunt? De cultu fem. II, 9; Clem. Al. Strom. III, 6, 53 p. 535 sq.; VI, 12, 100 p. 790. — *γλώσσης*] Cf. Iac. 3, 5 sqq. I Tim. 5, 13.

prodentes nihil sibi profuerunt, sed adiecerunt peccatis suis libidines et compositiones nequitiae, et sic completae sunt iniquitates ipsorum. 3. Sed nota fac haec verba filiis tuis omnibus et coniugi tuae, quae futura est tibi soror; etenim haec non abstinet lingua, in qua nequiter agit; sed si audierit haec verba, abstinebit habebitque misericordiam. 4. Postquam autem iis nota fecisti haec verba, quae mandavit mihi dominus ut tibi revelentur, tunc remittuntur illis peccata omnia, quae ante peccaverunt, et omnibus sanctis, qui peccaverunt usque ad hunc diem, si ex toto corde paenitentiam egerint tulerintque de cordibus suis dubitationes. 5. Iuravit enim dominus per gloriam suam super electos suos, si terminato hoc die adhuc peccatum fuerit, non habere eos salutem; paenitentia enim iustis habet finem; completi sunt dies paenitentiae omnibus sanctis, gentibus autem paenitentia est usque ad novissimum diem. 6. Dices igitur praepositis ecclesiae, ut corrigant vias suas in iustitia, ut recipiant in pleno promissiones cum multa gloria. 7. Perseverate igitur, qui *operamini iustitiam*, et nolite duplices esse, ut fiat transitus vester cum angelis sanctis. Beati vos, quotquot sustinetis tribulationem supervenientem magnam et quot-

15 Ps. 14, 2; Act. 10, 35; Hebr. 11, 33.

4. *μέχρι τ. τ. ἡμέρας*] Cf. v. 5 not. Vis. III, 2, 2.

5. *ὤμοσεν κτλ.*] Cf. v. 8. — *ὡρισμένης τ. ἡ. τ.*] Veteres verterunt: praefinita ista die (L[1]) vel: super statuta die (L[2]), et Ritschl (*Entstehung der altkath. Kirche* ed. I p. 549) verba de die interpretatus est, quo oraculum datum est. Rectius Zahn l. c. p. 346 sqq. *ὁρίζειν* vertit *terminare* et Harnack ad h. l. dixit, tempus usque ad *ὡρισμένην ἡμέραν* esse *τὸ νῦν* (cf. Vis. III, 5, 5) i. e. hoc ipsum breve temporis spatium, quo Hermas admonitiones acceptas cum Christianis communicabit (cf. Vis. III, 8, 11). Sensus est igitur: si quis fidelis praeterlapso hoc tempore deliquerit, peccatum ei non remittetur. Gentilibus vero remittentur peccata usque ad novissimum diem, sc. per baptismum, quem Hermas hoc loco voce *μετάνοια* intellegit.

6. *προηγουμένοις*] Usurpatur haec vox etiam Vis. III, 9, 7. Cf. I Clem. 21, 6; Clem. Al. Paed. I, 6, 37 p. 120; Eus H. E. III, 36, 10; Const. ap. II, 46.

7. *πάροδος*] i. e. ut mortui cum angelis congregemini. Cf. Sim. IX, 24, 4; 25, 2. — *θλῖψιν τ. ἐρχ.*] Cf. Vis. II, 3, 4; IV, 1, 1; 2, 5; 3, 6; Sim. VII, 4. Respicit Hermas tempora novissima, quae mox adventura esse putat.

ὅσοι οὐκ ἀρνήσονται τὴν ζωὴν αὐτῶν. 8. ὤμοσεν γὰρ κύριος κατὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοὺς ἀρνησαμένους τὸν κύριον αὐτῶν ἀπεγνωρίσθαι ἀπὸ τῆς ζωῆς αὐτῶν, τοὺς νῦν μέλλοντας ἀρνεῖσθαι ταῖς ἐρχομέναις ἡμέραις· τοῖς δὲ πρότερον ἀρνησαμένοις, διὰ τὴν πολυσπλαγχνίαν ἵλεως ἐγένετο αὐτοῖς.

3. Σὺ δέ, Ἑρμᾶ, μηκέτι μνησικακήσῃς τοῖς τέκνοις σου μηδὲ τὴν ἀδελφήν σου ἐάσῃς, ἵνα καθαρισθῶσιν ἀπὸ τῶν προτέρων ἁμαρτιῶν αὐτῶν. παιδευθήσονται γὰρ παιδείᾳ δικαίᾳ, ἐὰν σὺ μὴ μνησικακήσῃς αὐτοῖς. μνησικακία θάνατον κατεργάζεται. σὺ δέ, Ἑρμᾶ, μεγάλας θλίψεις ἔσχες ἰδιωτικὰς διὰ τὰς παραβάσεις τοῦ οἴκου σου, ὅτι οὐκ ἐμέλησέν σοι περὶ αὐτῶν· ἀλλὰ παρενεθυμήθης καὶ ταῖς πραγματείαις σου συνανεφύρης ταῖς πονηραῖς· 2. ἀλλὰ σώζει σε τὸ μὴ *ἀποστῆναί* σε *ἀπὸ θεοῦ ζῶντος* καὶ ἡ ἁπλότης σου καὶ ἡ πολλὴ ἐγκράτεια· ταῦτα σέσωκέν σε, ἐὰν ἐμμείνῃς, καὶ πάντας σώζει τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐργαζομένους καὶ πορευομένους ἐν ἀκακίᾳ καὶ ἁπλότητι. οὗτοι κατισχύσουσιν πάσης πονηρίας καὶ παραμενοῦσιν εἰς ζωὴν αἰώνιον. 3. *μακάριοι* πάντες *οἱ ἐργαζόμενοι τὴν δικαιοσύνην*. οὐ διαφθαρήσονται ἕως αἰῶνος. 4. ἐρεῖς δὲ Μαξίμῳ· Ἰδού, θλῖψις ἔρχεται· ἐάν σοι φανῇ, πάλιν ἄρνησαι. *Ἐγγὺς κύριος τοῖς ἐπιστρεφομένοις*, ὡς γέγραπται ἐν τῷ Ἐλδὰδ καὶ Μωδάτ, τοῖς προφητεύσασιν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῷ λαῷ.

4. Ἀπεκαλύφθη δέ μοι, ἀδελφοί, κοιμωμένῳ ὑπὸ νεανίσκου

1 *γὰρ* + *ὁ* G | 2 *κύριον* Sc G L^2 A : *χ̅ν̅* S, *υἱὸν* L^1 | 3 *νῦν* > G | 4 *τοὺς* . . . *ἀρνησαμένους* G | 5 *πολυσπλ.* : *πολλὴν αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν* G | 8 *μὴ* > G | 9 *μνησικακία* SG : *ἡ μ.* Sc | 10 *ἰδιωτικὰς* SGL^2 : *βιωτικασ* Sc L^1 | 13 *σε* > G | 14 *πολλὴ* > G | 15 *σώζει* GL^1A(L^2) : *σωζεισ* S | 16 *κατισχύσουσιν* : *-νουσιν* S | 17 *παραμενοῦσιν* GL^1 : *-μένουσιν* L^2A | 19 *Μαξίμῳ* SGL^2A (+ *μεγάλη* A) : magna L^1 | 20/21 *ἐλὰδ καὶ μωδὰδ* G, Heldam et Modal L^1 | 22 *ἀπεκαλύφθημεν* G | *μοι* . . *κοιμωμένῳ* > G | *νεανίσκου* : *τινος νεανίου* G

8. *ἀπεγνωρίσθαι ἀπό*] Cf. Vis. I, 3, 1. not.

3, 1. *ἀδελφήν*] i. e. uxorem. Cf. Tob. 7, 15. Etiam Hieronymus uxores cum maritis castam ducentes vitam eorundem sorores nominat et maritos fratres. Cf. Epp. 58 c. 6; 71 c. 7; 75 c. 2; 76 c. 3. — *θάνατον κατ.*] Cf. Mand. IV, 1, 2; Rom. 7, 13; II Cor. 7, 10. — *παρενεθυμήθης*] Cf. Mand. V, 2, 8; XII, 3, 6; Sim. V, 2, 7. — *πραγματείαις*] Cf. Vis. III, 6, 5; Mand. III, 5; X, 1, 4; Sim. VIII, 8, 1. 2; IX, 20, 1. 2. Plerisque his locis habes etiam vocem *ἐμπεφυρμένοι*.

2. *θεοῦ ζῶντος*] Locutio in S. Scriptura usitatissima; cf. praeter locum

quot non negabunt vitam suam. 8. Iuravit enim dominus per filium suum, eos, qui negaverint dominum suum, reprobatos et vitam suam perdituros esse, eos, qui nunc negaturi sunt diebus supervenientibus; qui autem ante negaverunt, propter multam misericordiam propitius factus est illis.

3. Tu autem, Herma, ne memor sis malitiae filiorum tuorum nec sororem tuam dimittas, ut purificentur a prioribus peccatis suis; erudientur enim doctrina iusta, si tu memor non fueris malitiae eorum. Memoria malorum mortem operatur. Tu autem, Herma, magnas tribulationes habuisti proprias propter praevaricationes domus tuae, quoniam tu non habuisti curam eorum, sed neglexisti eos et negotiationibus tuis implicitus es iniquis. 2. Sed illud te salvum facit, quod non *recessisti a deo vivo,* et simplicitas tua et magna continentia; haec salvaverunt te, si permanseris, et omnes salvant, qui talia operantur et ambulant in innocentia ac simplicitate. Hi superabunt omnem iniquitatem et perseverabunt in vitam aeternam. 3. *Beati* omnes, *qui operantur iustitiam;* non peribunt usque in saeculum. 4. Dices autem Maximo: Ecce, tribulatio venit; si tibi placuerit, iterum nega. *Prope est dominus iis, qui se convertunt,* sicut scriptum est in Eldad et Modat, qui prophetaverunt populo in deserto.

4. Revelatum est autem, fratres, mihi dormienti a iuvene

13 Hebr. 3, 12. — 17 Ps. 105, 2; 14, 2. — 20 Eldad et Modat.

supra laudatum Ps. 41, 3; 83, 3; Os. 1, 10; Dan. 6, 20. 26; Matth. 16, 16; 26, 63; Act. 14, 14; Rom. 9, 26 etc.

4. *Μάξιμος*] prorsus nobis ignotus est. — *ἐγγὺς κ. κτλ.*] Ps. 33, 19: *ἐγγὺς κύριος τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν.* Cf. Ps. 144, 18; Philipp. 4, 5. Clem. Al. Quis dives c. 41 p. 958: *πᾶσιν ἐγγύς ἐστι τοῖς πιστεύουσι καὶ πόρρω τοῖς ἀθέοις, ἂν μὴ μετανοήσωσιν.* — *Ἐλδὰδ κ. Μωδάτ*] prophetae commemorantur Num. 11, 26. 27; Cyrill. Cat. XVI, 25. 26; Bas. M. De spir. sanct. c. 26; Epiph. Expos. fid. c. 4; Hieron. Ep. 78 ad Fab. de mans. 13; Ephraem De Abrah. ep. Nisib. cf. Bickell, Carmina Nisib. 1866 p. 113; Theodor. In epist. Paul. praef. In Synopsi S. Scripturae sub nomine Athanasii vulgata (Opp. ed. Patav. 1777 II, 154) et in Stichometria Nicephoro adscripta eorum liber inter apocrypha V. T. recensetur. Cf. Zahn, *Geschichte des neutest. Kanons* II, 295—318.

4, 1. *νεανίσκου*] Cf. Vis. III, 10, 7.

εὐειδεστάτου λέγοντός μοι· Τὴν πρεσβυτέραν, παρ' ἧς ἔλαβες τὸ βιβλίδιον, τίνα δοκεῖς εἶναι; ἐγώ φημι· Τὴν Σίβυλλαν. Πλανᾶσαι, φησίν, οὐκ ἔστιν. Τίς οὖν ἐστίν; φημί. Ἡ Ἐκκλησία, φησίν. εἶπον αὐτῷ· Διατί οὖν πρεσβυτέρα; Ὅτι, φησίν, πάντων πρώτη ἐκτίσθη· διὰ τοῦτο πρεσβυτέρα, καὶ διὰ ταύτην ὁ κόσμος κατηρτίσθη. 2. μετέπειτα δὲ ὅρασιν εἶδον ἐν τῷ οἴκῳ μου. ἦλθεν ἡ πρεσβυτέρα καὶ ἠρώτησέν με, εἰ ἤδη τὸ βιβλίον δέδωκα τοῖς πρεσβυτέροις. ἠρνησάμην δεδωκέναι. Καλῶς, φησίν, πεποίηκας· ἔχω γὰρ ῥήματα προσθεῖναι. ὅταν οὖν ἀποτελέσω τὰ ῥήματα πάντα, διὰ σοῦ γνωρισθήσεται τοῖς ἐκλεκτοῖς πᾶσιν. 3. γράψεις οὖν δύο βιβλαρίδια καὶ πέμψεις ἓν Κλήμεντι καὶ ἓν Γραπτῇ. πέμψει οὖν Κλήμης εἰς τὰς ἔξω πόλεις, ἐκείνῳ γὰρ ἐπιτέτραπται· Γραπτὴ δὲ νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς. σὺ δὲ ἀναγνώσῃ εἰς ταύτην τὴν πόλιν μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν προϊσταμένων τῆς ἐκκλησίας.

1 *μοι* > G | 2 *βιβλίον* G | *φησιν* S | *πλανᾶσθαι* G | 4 *εἶπον* + *οὖν* G | 7 *ἔδωκα* G | 10 *γνωσθήσεται* G | *οὖν* Sc GL¹ : > S(L²A) | 11 *βιβλιδάρια* G | 12 *ἐπιτέτραπται* SL¹ : *ἐπιγέγραπται* G, > L²A | 13 *ἀναγνώσεις* G | 14 *αὐτὴν* G

— *Σίβυλλαν*] Hermas primus inter Christianos Sibyllae mentionem fecit (cf. II Clem. 10, 3 et 17, 6 not.). Ex verbis eius apparet, tum temporis Christianos iam ad Sibyllam provocasse. Quod nemini mirandum veniat, cum constet, iam ante Christum nat. a Iudaeis Alexandrinis libros Sibyllinos confectos esse; cf. Ioseph. Antiq. I, 4, 3. Haud vero absimile est, medio saeculo secundo iam versus Sibyllinos christianos circumlatos esse. Saec. II citantur vel laudantur versus Sibyll. et ipsa Sibylla in Praedicat. Petri et Pauli (Clem. Al. Strom. VI, 5, 42. 43 p. 761 sq.), a Iustino (Apol. I, 20. 44), in Cohortat. ad Graec. c. 16. 37, a Tatiano (Orat. c. 41), ab Athenagora (Legat. c. 30), a Theophilo (Ad Autol. II, 3. 9. 31. 36. 38), a Tertulliano (Apol. c. 19; Ad nat. II, 12), etc. (Harnack). — *π. πρώτη ἐκτίσθη*] Cf. Vis. I, 1, 6; 3, 4; II Clem. 14, 1. 2; Clem. Al. Protrept. c. 9, 82 p. 69: *ἡ πρωτότοκος ἐκκλησία*. Ut Clemens Al. (Strom. IV, 8, 68 p. 593: *εἰκὼν δὲ τῆς οὐρανίου ἐκκλησίας ἡ ἐπίγειος*, cf. VI, 13, 106 p. 793) ecclesiam caelestem et terrestrem discernit, ita et Hermas, cui ecclesia caelestis quasi Aeon quidam est, prima Dei creatura, cuius gratia mundus creatus est. Cf. Rothe, *Anfänge* etc. p. 612 not. 42. — *διὰ ταύτην κτλ.*] Cf. Vis. I, 1, 6; IV Esr. 6, 55. 59; 7, 11, ubi auctor dicit, propter Iudaeos Dominum saeculum creasse; Apoc. Baruch. 15, 7 (14, 18. 19), ubi legimus, mundum esse propter iustos; Clem. Recognit. VIII, 62, ubi Petrus dicit, propter verum prophetam seu

speciosissimo dicente mihi: Anum, a qua accepisti libellum, quam putas esse? Ego dico: Sibyllam. Erras, inquit, non est. Quae est ergo? inquam. Respondet: Ecclesia. Dixi ei: Quare igitur anus est? Quoniam, inquit, omnium prima condita est; propter hoc anus est, et propter ipsam mundus creatus est. 2. Postea autem visionem vidi in domo mea. Venit anus et interrogavit me, an librum iam dedissem presbyteris. Negavi me dedisse. Bene, inquit, fecisti; habeo enim verba aliqua addere. Cum ergo finiero omnia verba, per te nota fient electis omnibus. 3. Scribes igitur duos libellos et mittes unum Clementi et unum Graptae. Mittet ergo Clemens in exteras civitates; illi enim mandatum est; Grapte autem monebit viduas et orphanos. Tu autem leges in ista civitate cum presbyteris, qui praesunt ecclesiae.

Christum Deum mundum fecisse; Orig. C. Celsum IV, 74, ubi Celsus Christianos accusat dicentes, a Deo omnia propter hominem facta esse.

2. πρεσβυτ.] Cf. v. 3; Vis. III, 1, 8.

3. Orig. De princ. IV, 11 ed. Bened. I, 168. — γράψεις κτλ.] Simile mandatum Ioannes apostolus accepit in Apocalypsi 1, 11. 19 et Pseudo-Esdras IV Esr. 12, 37. 38. — Κλήμεντι] i. e. sine dubio Clementi auctori epistulae ad Corinthios et, ut ex hoc loco elucet, episcopo. Cf. Lipsius in *Bibellexicon* ed. Schenkel III, 23. Clare enim cum a presbyteris discernitur tum munere fungitur, quod ecclesiae praepositis tantum commissum est. Zahn l. c. p. 42 sq. 99 sqq. (cf. G. G. A. 1878 p. 46 sq.) eum presbyterum declarat. Heyne (Quo tempore H. Pastor scriptus sit. 1872 p. 16—19) et Harnack ad h. l. innisi argumentis infirmis contenderunt, eum laicum quendam vel diaconum et Hermae amicum fuisse. — Γραπτῇ] Grapte diaconissa fuisse videtur. Aliter Heyne l. c. Nomen rarissime reperitur, e. g. Ioseph. Bell. iud. V, 9. — ἐπιτέτραπται] Cf. I Cor. 14, 34; Polyc. Phil. 12, 1. Vox et *permittere* et *mandare* significat, et sensus haud dubie est: illi enim a me, i. e. ab Ecclesia, mandatum est, vel illi hoc munus incumbit. Heyne l. c. p. 18 verba ἐκ. γὰρ ἐπιτέτραπται, quippe quae in duabus versionibus desint neque ab Origene agnoscantur, glossam putat primum a librario, qui mandatum Clementi datum argumento firmare voluerit, margini adscriptam, deinde autem aliorum errore in ipsum textum receptam. Sed cum testes antiquissimi verba exhibeant, sequi videtur, ea a librario quodam omissa esse. — χήρας κτλ.] Didasc. et Const. ap. III, 7 viduae diaconissis oboedire iubentur, III, 19 (sicut diaconis ita) diaconissis munia nuntiandi, disgrediendi, ministrandi, serviendi, sc. mulieribus, adscribuntur. Viduae et orphani suos coetus habuisse videntur praesidentibus diaconissis. — ἀναγνώσῃ] Cf. Ier. 43, 6. — μετά]

Ὅρασις γ'.

1. ἣν εἶδον, ἀδελφοί, τοιαύτη. 2. νηστεύσας πολλάκις καὶ δεηθεὶς τοῦ κυρίου, ἵνα μοι φανερώσῃ τὴν ἀποκάλυψιν, ἥν μοι ἐπηγγείλατο δεῖξαι διὰ τῆς πρεσβυτέρας ἐκείνης, αὐτῇ τῇ νυκτί μοι ὦπται ἡ πρεσβυτέρα καὶ εἶπέν μοι· Ἐπεὶ οὕτως ἐνδεὴς εἶ καὶ σπουδαῖος εἰς τὸ γνῶναι πάντα, ἐλθὲ εἰς τὸν ἀγρόν, ὅπου χονδρίζεις, καὶ περὶ ὥραν πέμπτην ἐμφανισθήσομαί σοι καὶ δείξω σοι, ἃ δεῖ σε ἰδεῖν. 3. ἠρώτησα αὐτὴν λέγων· Κυρία, εἰς ποῖον τόπον τοῦ ἀγροῦ; Ὅπου, φησίν, θέλεις. ἐξελεξάμην τόπον καλὸν ἀνακεχωρηκότα. πρὶν δὲ λαλῆσαι αὐτῇ καὶ εἰπεῖν τὸν τόπον, λέγει μοι· Ἥξω ἐκεῖ, ὅπου θέλεις. 4. ἐγενόμην οὖν, ἀδελφοί, εἰς τὸν ἀγρὸν καὶ συνεψήφισα τὰς ὥρας καὶ ἦλθον εἰς τὸν τόπον, ὅπου διεταξάμην αὐτῇ ἐλθεῖν, καὶ βλέπω συμψέλιον κείμενον ἐλεφάντινον, καὶ ἐπὶ τοῦ συμψελίου ἔκειτο κερβικάριον λινοῦν καὶ ἐπάνω λέντιον ἐξηπλωμένον λινοῦν καρπάσιον. 5. ἰδὼν ταῦτα κείμενα καὶ μηδένα ὄντα ἐν τῷ τόπῳ ἔκθαμβος ἐγενόμην, καὶ ὡσεὶ τρόμος με ἔλαβεν καὶ αἱ τρίχες μου ὀρθαί· καὶ ὡσεὶ φρίκη μοι προσῆλθεν μόνου μου ὄντος. ἐν ἐμαυτῷ οὖν γενόμενος καὶ μνησθεὶς τῆς δόξης τοῦ θεοῦ καὶ λαβὼν θάρσος, θεὶς τὰ γόνατα ἐξωμολογούμην τῷ κυρίῳ πάλιν τὰς ἁμαρτίας μου ὡς καὶ πρότερον. 6. ἡ δὲ ἦλθεν μετὰ νεανίσκων ἕξ, οὓς καὶ πρότερον ἑωράκειν, καὶ ἐπεστάθη μοι καὶ κατηκροᾶτο προσευχομένου [μου] καὶ

1 *γ'* : *τρίτη* G, similiter deinceps plerumque | 2 *ἣν εἶδον* : *ὅρασι* ... G | *τοιαύτη* LA : *τοιαύτην* SG | 3 *μοι* sec > G | 4 *ἐκείνης* LA : . . . G, > S | 5 *μοι ὦπται* S : *ὤφθη μοι* G | *ἐνδεὴς* SGL^1 : in oratione (*ἐν δεήσει*) L^2, praeceps (*ἀναιδὴς*? cf. Vis. III, 3, 2) A | 6/7 *χονδρίζεις* S : *χρονιζεισ* Sc GL^2, vis L^1, sede A | 7 *σοι* sec > G | 10 *αὐτῇ* Sc L : *αυτην* SG | *καὶ* > G *τὸν* > G | 12 *συνεψ.* : *συνώψισα* G | 13 *διετ.* (*εταξαμην* Sc) *αὐτῇ ἐλθεῖν* SL : *αὐτὴ ἐλθεῖν ἔμελλε* G, > A | *συμψέλλιον* G, similiter semper | 15 *λέντιον* SG(L^2) : *λεντίου* L^1 | *καρπάσιον* Sc G : *-σινον* S | *ἰδὼν* + *οὖν* G | 20 *πάλιν* > G | 20/1 p. 434 *ὡς καὶ — ἁμαρτίας μου* > SL^3 propter homoeot. | 21 *ἕξ* > A | 22 *ἐπεστάθη* em cf. L^{1}A (stetit post) : *ἐστάθη* G | *μου* L^{1}A : > G

Zahn l. c. p. 493 hanc particulam hic et alias *coram*, עם significare putat. Cum autem liber non solum presbyteris, sed praesentibus presbyteris reliquis fidelibus legendus sit, ita ut presbyteri quoque legentes esse videantur, veteres interpretes secutus *cum* verti.

III. Turris, de cuius constructione in hac visione agit Hermas, est ec-

Visio III.

1. quam vidi, fratres, talis est. 2. Cum ieiunassem frequenter et rogassem dominum, ut mihi manifestaret revelationem, quam mihi promiserat se ostensurum esse per anum illam, in ipsa nocte apparuit mihi. anus et dixit mihi: Quoniam sic indigens es ac studiosus cognoscendi omnia, veni in agrum, ubi alicas colis, et circa horam quintam apparebo tibi et ostendam tibi, quae oportet te videre. 3. Interrogavi eam dicens: Domina, in quem locum agri? Ubi, inquit, vis. Elegi locum pulcrum semotum. Priusquam autem locutus sum ei ac dixi locum, ait mihi: Veniam illuc, ubi vis. 4. Itaque, fratres, contuli me in agrum et computavi horas et veni in locum, ubi constitueram ei me esse venturum, et video subsellium positum eburneum, et super subsellium positum erat cervical lineum et supra linteum expansum lineum carbasinum. 5. Quae cum vidissem posita et neminem in loco praesentem, stupefactus sum et quasi tremor me comprehendit, et capilli mei steterunt; et veluti horror mihi accessit, cum essem solus. Ad me igitur cum reversus fuissem ac meminissem gloriae dei et sumpsissem audaciam, positis genibus confitebar domino iterum peccata mea sicut et ante. 6. Illa autem venit cum sex iuvenibus, quos et ante videram, et adstitit post me et audiebat me orantem et

clesia (cf. c. 3, 3), sed non ea, quae omnes Christianos, iustos et peccatores, complectitur, sed ea, quae continet nonnisi iustos vel vere fideles. Quae cum ita sint, non omnes lapides (i. e. credentes seu Christiani) ad turrim aedificandam adhibentur, sed pars tantum; reliqui proiciuntur. Ecclesia autem illa non solum in caelis est, sed etiam in terra; complectitur enim non solum mortuos, sed etiam viventes (cf. c. 5, 1) atque aedificatur in terra. Cf. Zahn, *Der Hirt* p. 194—210. Apoc. Pauli c. 19—30 nonnulla leguntur, quae huic visioni cognata videantur.

1, 2. νηστεύσας κτλ.] Cf. Vis. II, 2, 1. Etiam Esdras ieiunat et orat ante visionem. Cf. IV Esr. 6, 31. 35. — χονδρίζειν] est forma alia verbi χονδρεύειν. Quae cum hoc loco tantum inveniatur et vox χονδρεύειν insuper rara sit, librariis facile cogitatio loci immutandi incidere potuit. Cf. Zahn l. c. p. 83. De agro Hermae cf. Vis. IV, 1, 2.

4. ἐγενόμην κτλ.] Cf. IV Esr. 9, 26: Et profectus sum, sicut dixit mihi, in campum, qui vocatur Arphad, et sedi ibi.

5. πρότερον] Cf. Vis. I, 1, 3.

6. νεανίσκων] Cf. Vis. I, 4, 1.

ἐξομολογουμένου τῷ κυρίῳ τὰς ἁμαρτίας μου. καὶ ἀψαμένη μου λέγει· Ἑρμᾶ, παῦσαι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν σου πάντα ἐρωτῶν· ἐρώτα καὶ περὶ δικαιοσύνης, ἵνα λάβῃς μέρος τι ἐξ αὐτῆς εἰς τὸν οἶκόν σου. 7. καὶ ἐξεγείρει με τῆς χειρὸς καὶ ἄγει με πρὸς τὸ συμψέλιον καὶ λέγει τοῖς νεανίσκοις· Ὑπάγετε καὶ οἰκοδομεῖτε. 8. καὶ μετὰ τὸ ἀναχωρῆσαι τοὺς νεανίσκους καὶ μόνων ἡμῶν γεγονότων λέγει μοι· Κάθισον ὧδε. λέγω αὐτῇ· Κυρία, ἄφες τοὺς πρεσβυτέρους πρῶτον καθίσαι. Ὃ σοι λέγω, φησίν, κάθισον. 9. θέλοντος οὖν μου καθίσαι εἰς τὰ δεξιὰ μέρη οὐκ εἴασέν με, ἀλλ' ἐννεύει μοι τῇ χειρί, ἵνα εἰς τὰ ἀριστερὰ μέρη καθίσω. διαλογιζομένου μου οὖν καὶ λυπουμένου, ὅτι οὐκ εἴασέν με εἰς τὰ δεξιὰ μέρη καθίσαι, λέγει μοι· Λυπῇ, Ἑρμᾶ; ὁ εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τόπος ἄλλων ἐστίν, τῶν ἤδη εὐαρεστηκότων τῷ θεῷ καὶ παθόντων εἵνεκα τοῦ ὀνόματος· σοὶ δὲ πολλὰ λείπει, ἵνα μετ' αὐτῶν καθίσῃς· ἀλλὰ ὡς ἐμμένεις τῇ ἁπλότητί σου, μεῖνον, καὶ καθιῇ μετ' αὐτῶν καὶ ὅσοι ἐὰν ἐργάσωνται τὰ ἐκείνων ἔργα καὶ ὑπενέγκωσιν, ἃ καὶ ἐκεῖνοι ὑπήνεγκαν.

2. Τί, φημί, ὑπήνεγκαν; Ἄκουε, φησίν· μάστιγας, φυλακάς, θλίψεις μεγάλας, σταυρούς, θηρία εἵνεκεν τοῦ ὀνόματος· διὰ τοῦτο ἐκείνων ἐστὶν τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ ἁγιάσματος καὶ ὃς ἐὰν πάθῃ διὰ τὸ ὄνομα· τῶν δὲ λοιπῶν τὰ ἀριστερὰ μέρη ἐστίν. ἀλλὰ ἀμφοτέρων, καὶ τῶν ἐκ δεξιῶν καὶ τῶν ἐξ ἀριστερῶν καθημένων, τὰ αὐτὰ δῶρα καὶ αἱ αὐταὶ ἐπαγγελίαι· μόνον ἐκεῖνοι ἐκ δεξιῶν κάθηνται καὶ ἔχουσιν δόξαν τινά. 2. σὺ δὲ κατεπίθυμος εἶ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μετ' αὐτῶν, ἀλλὰ τὰ ὑστερήματά σου πολλά. καθαρισθήσῃ δὲ ἀπὸ τῶν ὑστερημάτων σου· καὶ πάντες δὲ οἱ μὴ διψυχοῦντες καθαρισθήσονται ἀπὸ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων εἰς

2 *λέγει* SGL^1 : + *μοι* Sc L^2A | *πάντα* S : *πάνυ* G, tantum L^1A, > L^2 3 *τι* S : > GLA | *ἐξ αὐτῆς* SG (+ *μετὰ σεαυτοῦ* G) LA cf. III, 6, 6: *ἐξαυτῆς* edd. priores | 4 *ἐξήγειρε* G | *πρὸς* S : *εἰς* G | 6 *καὶ* pr SL^2A : > GL^1 | *καὶ* sec SL^1 : > GL^2A | 8 *πρώτους* G | 9 *οὖν* > G | *εἰς δεξιὰ μέρη καθίσαι* G | 9/11 *ἀλλ' — εἴασέν με* Sc LG(A) : > S propter homoeot. | 10/11 *λογιζομένου* G | 11 *λυπουμένου* + *μου* G | 12 *μέρη* > G | 13 *εὐαρεστηκότων* S cf. Hebr. 11, 5 : *εὐηρ.* G | 14 *εἵνεκα* S (+ *μου* S) L^1A : *ὑπὲρ* GL^2 | *τοῦ ὀνόματος* SL^1 : + *μου* Sc, *αὐτοῦ* GL^2A | 15 *σου* > GA | *καθίσεις* G | 16 *ἐὰν* S : *ἂν* G | 17 *καὶ* SL^1 : > GL^2A | 19 *ἕνεκεν* G | *τ. ὀνόματος* SL^1A : + *τοῦ θεοῦ* GL^2 | 21 *τὸ ὄνομα* SL^1A : ita L^2, + *τοῦ θεοῦ* G | 22 *ἐξ* sec L^1A : > SG | 23 *αὐταὶ* > G | 24 *κατεπ. εἶ* GL^1 cf. Vis. III, 8, 1: *κατεπιθυμισσ* S, altero *σ* notato | 27 *πάντων* > G | *ἁμαρτ.* + *αὐτῶν* GA

confitentem domino peccata mea. Et tangens me dicit: Herma, desine ob peccata tua semper rogare; roga etiam iustitiam, ut accipias partem eius aliquam in domo tua. 7. Et erigit me manu et ducit me ad subsellium et dicit iuvenibus: Ite et aedificate. 8. Et cum recessissent iuvenes et nos soli facti essemus, dicit mihi: Sede hic. Dico ei: Domina, sine presbyteros prius sedere. Quod tibi dico, inquit, sede. 9. Cum igitur sedere vellem ad dexteram partem, non permisit mihi, sed manu annuit mihi, ut ad sinistram partem sedeam. Cum igitur deliberarem ac contristarer, quod non permisit me ad dexteram partem sedere, ait mihi: Contristaris, Herma? Locus ad dexteram partem aliorum est, eorum, qui iam placuerunt deo et passi sunt propter nomen; tibi autem multa deficiunt, quominus cum illis sedeas; sed ut permanes in simplicitate tua, mane, et sedebis cum iis et quicumque operantur illorum opera ac sustinent, quae et illi sustinuerunt.

2. Quid, inquam, sustinuerunt? Audi, inquit: flagella, carceres, tribulationes magnas, cruces, bestias propter nomen; propterea illorum est dextera pars beatitudinis et eius, qui patitur propter nomen; reliquorum sinistra pars est. Sed utrisque, et iis, qui ad dexteram, et iis, qui ad sinistram sedent, eadem dona sunt et eaedem promissiones; modo illi ad dexteram sedent habentque gloriam quandam. 2. Tu autem cupidus es sedere ad dexteram cum illis, sed vitia tua sunt multa; mundaberis autem a vitiis tuis, et omnes, qui non sunt duplices animo, mundabuntur ab omnibus peccatis in hunc diem.

9. *παθόντων*] i. e. martyrum. Cf. c. 2, 1; 5, 2; Sim. VIII, 3, 6; IX, 28, 2; Hippol. In Susann. ed. Lagarde 1858 p. 149, 23—26.

2, 1. *μάστ. φυλακάς*] Cf. Hebr. 11, 36. — *σταυρ. θηρία*] Tacitus Annal. XV, 44 Neronem pereuntibus addidisse ludibria refert, ut ferarum tergis contecti *laniatu canum* interirent aut *crucibus affixi*. Quo ex loco colligi non potest, Hermam post Traianum scripsisse. Sed cf. Sim. IX, 28. — *τ. δεξιὰ μ. τ. ἁγιάσματος*] Iisdem verbis utitur Clemens Al. Strom. IV, 4, 15 p. 570; 6, 30 p. 576. — *τὰ αὐτὰ δῶρα κτλ.*] Cf. Matth. 20, 1 sqq. — *ἐκ δεξιῶν*] Hermas igitur electis non plane eundem beatitudinis gradum assignat, sed differentiam quamvis parvam statuit. Cf. Vis. III, 7, 6; Sim. VIII, 6, 6.

4. *πύργον*] i. e. ecclesiam, ut anus infra c. 3, 3 interpretatur. — *τετραγώνοις*] Alii lapides v. 5—9 commemorantur. Interpretatio sequitur c.

ταύτην τὴν ἡμέραν. 3. ταῦτα εἴπασα ἤθελεν ἀπελθεῖν· πεσὼν δὲ αὐτῆς πρὸς τοὺς πόδας ἠρώτησα αὐτὴν κατὰ τοῦ κυρίου, ἵνα μοι ἐπιδείξῃ ὃ ἐπηγγείλατο ὅραμα. 4. ἡ δὲ πάλιν ἐπελάβετό μου τῆς χειρὸς καὶ ἐγείρει με καὶ καθίζει ἐπὶ τὸ συμψέλιον ἐξ εὐωνύμων· ἐκαθέζετο δὲ καὶ αὐτὴ ἐκ δεξιῶν. καὶ ἐπάρασα ῥάβδον τινὰ λαμπρὰν λέγει μοι· Βλέπεις μέγα πρᾶγμα. λέγω αὐτῇ· Κυρία, οὐδὲν βλέπω. λέγει μοι· Σύ, ἰδού, οὐχ ὁρᾷς κατέναντί σου πύργον μέγαν οἰκοδομούμενον ἐπὶ ὑδάτων λίθοις τετραγώνοις λαμπροῖς; 5. ἐν τετραγώνῳ δὲ ᾠκοδομεῖτο ὁ πύργος ὑπὸ τῶν ἓξ νεανίσκων τῶν ἐληλυθότων μετ' αὐτῆς· ἄλλαι δὲ μυριάδες ἀνδρῶν παρέφερον λίθους, οἱ μὲν ἐκ τοῦ βυθοῦ, οἱ δὲ ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπεδίδουν τοῖς ἓξ νεανίσκοις· ἐκεῖνοι δὲ ἐλάμβανον καὶ ᾠκοδόμουν· 6. τοὺς μὲν ἐκ τοῦ βυθοῦ λίθους ἑλκομένους πάντας οὕτως ἐτίθεσαν εἰς τὴν οἰκοδομήν· ἡρμοσμένοι γὰρ ἦσαν καὶ συνεφώνουν τῇ ἁρμογῇ μετὰ τῶν ἑτέρων λίθων· καὶ οὕτως ἐκολλῶντο ἀλλήλοις, ὥστε τὴν ἁρμογὴν αὐτῶν μὴ φαίνεσθαι. ἐφαίνετο δὲ ἡ οἰκοδομὴ τοῦ πύργου ὡς ἐξ ἑνὸς λίθου ᾠκοδομημένη. 7. τοὺς δὲ ἑτέρους λίθους τοὺς φερομένους ἀπὸ τῆς ξηρᾶς τοὺς μὲν ἀπέβαλλον, τοὺς δὲ ἐτίθουν εἰς τὴν οἰκοδομήν· ἄλλους δὲ κατέκοπτον καὶ ἔρριπτον μακρὰν ἀπὸ τοῦ πύργου. 8. ἄλλοι δὲ λίθοι πολλοὶ κύκλῳ τοῦ πύργου ἔκειντο, καὶ οὐκ ἐχρῶντο αὐτοῖς εἰς τὴν οἰκοδομήν· ἦσαν γάρ τινες ἐξ αὐτῶν ἐψωριακότες, ἕτεροι δὲ σχισμὰς ἔχοντες, ἄλλοι δὲ κεκολοβωμένοι, ἄλλοι δὲ λευκοὶ καὶ στρογγύλοι, μὴ ἁρμόζοντες εἰς τὴν οἰκοδομήν. 9. ἔβλεπον δὲ ἑτέρους λίθους ῥιπτομένους μακρὰν ἀπὸ τοῦ πύργου καὶ ἐρχομένους εἰς τὴν ὁδὸν καὶ μὴ μένοντας ἐν τῇ ὁδῷ, ἀλλὰ κυλιομένους ἐκ τῆς ὁδοῦ εἰς τὴν ἀνοδίαν· ἑτέρους δὲ ἐπὶ πῦρ ἐμπίπτοντας καὶ καιομένους· ἑτέρους δὲ πίπτοντας ἐγγὺς ὑδάτων καὶ μὴ δυναμένους κυλισθῆναι εἰς τὸ ὕδωρ, καίπερ θελόντων κυλισθῆναι καὶ ἐλθεῖν εἰς τὸ ὕδωρ.

1 *εἴπασα* : *δὲ εἰποῦσα* G | 4 *ἤγειρε* G | 5 *καθέζεται* G | 7 *λ. μοι σὺ* > G | *οὐχ ὁρᾷς* : *ὁ λόφος* G | 9 *ἓξ* Sc G L A : *εξηκοντα* S, similiter infra 11 *λίθους* : *τοὺς λ.* G | 16 *τὰς ἁρμογὰς* G | *αὐτῶν* GL : *αυτην* S | 17/18 *τοὺς . . τοὺς* S : *οὓς . . οὓς* G | 19 *κατέκοπτον* G : *-ταν* S | 20 *ἔρριπτον* GLA : *ετιθουν* S | 20/21 *ἄλλοι — ἔκειντο* GL[1](AL[2]) : *οι εκιντο* S | 25 *λίθους* + *τοὺς* G | 26 *τὴν ὁδὸν* GLA : *το αυτο* S | 26/27 *ἐκ τῆς ὁδοῦ* GL[1](L[2]?) : > SA | 27 *πῦρ* : *πυρᾶς* G | 27/28 *καὶ — πίπτοντας* Sc GL[1]A(L[2]) : > S 29/30 *καίπερ — ὕδωρ* > G

3. Quae cum dixisset, voluit abire; cadens autem ad pedes eius rogavi eam per dominum, ut mihi ostenderet quam promiserat visionem. 4. Illa autem rursus apprehendit manum meam et erigit me et facit sedere super subsellium ad sinistram; sedebat autem et ipsa ad dexteram. Et elevata virga quadam splendida ait mihi: Videsne magnam rem? Dico ei: Domina, nihil video. Ait mihi: Tu, ecce, nonne vides adversum te turrim magnam, quae aedificatur super aquas lapidibus quadratis splendidis? 5. In quadrato autem aedificabatur turris a sex iuvenibus, qui venerant cum ipsa; alia autem multitudo virorum afferebant lapides, alii ex profundo, alii ex terra, et tradebant sex iuvenibus; illi autem accipiebant et aedificabant. 6. Lapides, qui de profundo eruebantur, omnes ita ponebant in structura; apti enim erant et congruebant iuncturae cum aliis lapidibus, et ita iungebantur alter ad alterum, ut iunctura eorum non appareret. Apparebat autem aedificatio turris quasi ex uno lapide aedificata. 7. Ceteros autem lapides, qui afferebantur de terra, quosdam quidem reiciebant, quosdam autem ponebant in structura; alios autem concidebant et proiciebant longe a turri. 8. Alii autem lapides multi circa turrim iacebant neque utebantur iis in structuram; erant enim nonnulli ex iis scabiosi, alii autem scissuras habentes, alii detruncati, alii albi et rotundi, non apti structurae. 9. Videbam autem alios lapides, qui proiciebantur longe a turri et veniebant in viam neque manebant in via, sed volutabant de via in locum invium; alios autem, qui in ignem incidebant ardebantque; alios, qui cadebant iuxta aquas neque poterant volvi in aquam, quamquam volebant volvi et ingredi in aquam.

5—7. — *ῥάβδον*] Auctor haud dubie virgam illam Dei ante oculos habuit, qua Moses in Aegypto et in eremo signa fecit; cf. Exod. 4, 2; 7, 9. 20 (*καὶ ἐπάρας τῇ ῥάβδῳ αὐτοῦ ἐπάταξε τὸ ὕδωρ κτλ.*); 8, 16; 14, 16; 17, 5. 9; Num. 20, 8.

5. *ἓξ νεαν.*] Interpretatio exhibetur c. 4.

6. Orig. In Os. ed. Bened. III, 439 (*ὥστε τὴν ἁρ. κτλ.*).

8. Didym. Caten. ad Iob 8, 17. 18 p. 202 ed. Lond. 1637; PG 39, 1141 (*ἁρμόζοντες κτλ.*).

3, 1. *πανοῦργος*] Interpretes veteres verterunt: *versutus* (L[1]), *exquisitissimus* (L[2]), *praeproperus* (A). Contextus postulare videtur, ut vertamus *curiosus*; cf. v. 5.

2. *κόπους πάρ.*] Cf. Gal. 6, 17. —

3. Δείξασά μοι ταῦτα ἤθελεν ἀποτρέχειν. λέγω αὐτῇ· Κυρία, τί μοι ὄφελος ταῦτα ἑωρακότι καὶ μὴ γινώσκοντι, τί ἐστιν τὰ πράγματα; ἀποκριθεῖσά μοι λέγει· Πανοῦργος εἶ ἄνθρωπος, θέλων γινώσκειν τὰ περὶ τὸν πύργον. Ναί, φημί, κυρία, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς ἀναγγείλω καὶ ἱλαρώτεροι γένωνται καὶ ταῦτα ἀκούσαντες γινώσκωσιν τὸν κύριον ἐν πολλῇ δόξῃ. 2. ἡ δὲ ἔφη· Ἀκούσονται μὲν πολλοί· ἀκούσαντες δέ τινες ἐξ αὐτῶν χαρήσονται, τινὲς δὲ κλαύσονται· ἀλλὰ καὶ οὗτοι, ἐὰν ἀκούσωσιν καὶ μετανοήσωσιν, καὶ αὐτοὶ χαρήσονται. ἄκουε οὖν τὰς παραβολὰς τοῦ πύργου· ἀποκαλύψω γάρ σοι πάντα. καὶ μηκέτι μοι κόπους πάρεχε περὶ ἀποκαλύψεως· αἱ γὰρ ἀποκαλύψεις αὗται τέλος ἔχουσιν· πεπληρωμέναι γάρ εἰσιν. ἀλλ᾽ οὐ παύσῃ αἰτούμενος ἀποκαλύψεις· ἀναιδὴς γὰρ εἶ. 3. ὁ μὲν πύργος, ὃν βλέπεις οἰκοδομούμενον, ἐγώ εἰμι ἡ Ἐκκλησία, ἡ ὀφθεῖσά σοι καὶ νῦν καὶ τὸ πρότερον· ὃ ἂν οὖν θελήσῃς, ἐπερώτα περὶ τοῦ πύργου, καὶ ἀποκαλύψω σοι, ἵνα χαρῇς μετὰ τῶν ἁγίων. 4. λέγω αὐτῇ· Κυρία, ἐπεὶ ἅπαξ ἄξιόν με ἡγήσω τοῦ πάντα μοι ἀποκαλύψαι, ἀποκάλυψον. ἡ δὲ λέγει μοι· Ὃ ἐὰν ἐνδέχηταί σοι ἀποκαλυφθῆναι, ἀποκαλυφθήσεται. μόνον ἡ καρδία σου πρὸς τὸν θεὸν ἤτω καὶ μὴ διψυχήσεις, ὃ ἂν ἴδῃς. 5. ἐπηρώτησα αὐτήν· Διατί ὁ πύργος ἐπὶ ὑδάτων ᾠκοδόμηται, κυρία; Εἶπά σοι, φησίν, καὶ τὸ πρότερον, καὶ ἐκζητεῖς ἐπιμελῶς· ἐκζητῶν οὖν εὑρίσκεις τὴν ἀλήθειαν. διατί οὖν ἐπὶ ὑδάτων ᾠκοδόμηται ὁ πύργος, ἄκουε· ὅτι ἡ ζωὴ ὑμῶν διὰ ὕδατος

1 *δείξασα* : *δεἰξας δὲ* G | *κυρία* + *μου* G | 2 *μοι* + *τὸ* G | *ἑωρακέναι* ... *γινώσκειν* G | 2/3 *τὰ πρ.* : *ταῦτα* G | 3 *ἄνθρωπος* SGA : *ἄνθρωπε* Sc, homo L | 3/4 *ἐθέλων* G | 4 *ναί* : *καὶ* G | 5 *ἱλαρώτεροι γ. κ. ταῦτα* GL[1](L[2]) : > SA | 6 *γινώσκωσι* G : *-ουσιν* S | *κύριον* : *θεὸν* G | *ἡ δὲ* GL : > S | 8 *οὗτοι* : *αυται* S | *ἀκ. καὶ* SL[2] : *ἀκούσαντες* GA(L[1]) | 10 *γάρ σοι* : *σοι γὰρ τὰ* G | 13 *ὁ μ. πύργος* : *τὸν μ. πύργον* G | 14 *καὶ νῦν* > G | *ἐὰν* G | 15 *θελήσῃς* SL[1] : *θέλῃς* GL[2] | 17 *μοι* > G | 18 *μοι* > S | *σοι ἀποκ.* : ∾ G | 19 *πρὸς* GLA : *περι* S | *διψυχήσεις* S cf. Vis. IV, 1, 4 : *-σῃς* G | *ἐὰν* G | 20 *ἐπὶ* S : *ἐφ᾽* G | 21 *εἶπον* G | *πρότερον* SL[2]A : + *πανοῦργος εἶ περὶ τὰς γραφὰς* GL[1] | *ἐκζητήσεις* G | 22 *εὑρίσκεις* SL[2] : *εὑρήσεις* GL[1]A | *ἐφ᾽* G | 23 *ἄκουσον* G | *διά* : *ἐπὶ* G

ἀναιδής] Cf. Mand. XI, 12. De pertinacia in petendo cf. Luc. 11, 8: *διάγε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ ἐγερθεὶς αὐτῷ δώσει κτλ.*

3. *πύργος*] Cf. ad imaginem Eph. 2, 19—22. Structura ecclesiae, qualis hic graphice describitur, in primaevis veterum Christianorum cryp-

3. Quae cum ostendisset mihi, voluit recedere. Dico ei: Domina, quid mihi prodest haec vidisse neque scire, quae sint res istae? Respondens mihi dicit: Curiosus es homo, volens cognoscere ea, quae ad turrim pertinent. Etiam, inquam, domina, cognoscere volo, ut fratribus annuntiem et hilariores fiant et haec audientes cognoscant dominum in multa gloria. 2. Illa vero dixit: Audient quidem multi; audientes autem quidam ex iis gaudebunt, quidam plorabunt; sed et hi cum audierint ac paenitentiam egerint, et ipsi gaudebunt. Audi igitur parabolas turris; namque revelabo tibi omnia. Neque mihi adhuc molestias praebe de revelatione; revelationes enim istae finem habent; etenim completae sunt. Sed non desines petere revelationes; improbus enim es. 3. Turris, quam vides aedificari, ego sum Ecclesia, quae tibi apparui et modo et antea; quodcumque ergo volueris, interroga de turri, et revelabo tibi, ut gaudeas cum sanctis. 4. Dico ei: Domina, quoniam semel me dignum putasti, ut omnia mihi reveles, revela. Illa autem dicit mihi: Quodcumque poterit tibi revelari, revelabitur. Modo cor tuum apud deum sit neque addubites, quod videris. 5. Interrogavi eam: Quare turris supra aquas aedificata est, domina? Dixi tibi, inquit, iam et ante, et exquiris diligenter; exquirens igitur invenis veritatem. Quare igitur super aquas aedificata sit turris,

tis, quae Neapoli sunt, fucis colorum effigiata cernitur. Vid. Chr. Fr. Bellermann: *Ueber die ältesten christlichen Begräbnisstätten und besonders die Katakomben zu Neapel mit ihren Wandgemälden* 1839 p. 77; Tab. V, 2. Eiusdem picturae insigne fragmentum vidimus in crypta quadam cymeterii s. Calixti, loculo Sixti episcopi vicina, inter viam Appiam et Ardeatinam a cl. P. Iosepho Marchio prope urbem nuper detectum. Secundi autem saeculi ego cum aliis, quibus huius rei iudicium est, id esse opus crediderim. In cryptae Romanae pictura etiam candida et ingens petra quadrata apparet, ea quidem vetus, sed cum nova porta, super qua turris aedificari iussum erat. Cf. Sim. IX, 2. 3 (Dressel). Eandem picturam quam Bellermann l. c. exhibet Garucci, *Storia della arte cristiana* (1873 sqq.) tab. 96, 3; cf. tom. II. I, 113 sq.

4. Clem. Al. Strom. II, 1, 3 p. 430 (*ὃ ἐὰν — ἀποκαλυφθήσεται*). — *ἐνδέχεται*] = *ἔξεστιν* cf. Mand. XI, 12; Greg. Naz. Ep. 97 fin. — *ἡ καρδία κτλ.*] i. e. firmiter crede revelationibus Dei.

5. Cf. quae Vis. I, 3, 4 de creatione mundi et fundatione terrae dicta sunt. — *διὰ ὕδατος ἐσ.*] i. e per baptismum. Cf. Sim. IX, 16;

ἐσώθη καὶ σωθήσεται. τεθεμελίωται δὲ ὁ πύργος τῷ ῥήματι τοῦ παντοκράτορος καὶ ἐνδόξου ὀνόματος, κρατεῖται δὲ ὑπὸ τῆς ἀοράτου δυνάμεως τοῦ δεσπότου.

4. Ἀποκριθεὶς λέγω αὐτῇ· Κυρία, μεγάλως καὶ θαυμαστῶς ἔχει τὸ πρᾶγμα τοῦτο. οἱ δὲ νεανίσκοι οἱ ἓξ οἱ οἰκοδομοῦντες τίνες εἰσίν, κυρία; Οὗτοί εἰσιν οἱ ἅγιοι ἄγγελοι τοῦ θεοῦ οἱ πρῶτοι κτισθέντες, οἷς παρέδωκεν ὁ κύριος πᾶσαν τὴν κτίσιν αὐτοῦ αὔξειν καὶ οἰκοδομεῖν καὶ δεσπόζειν τῆς κτίσεως πάσης· διὰ τούτων οὖν τελεσθήσεται ἡ οἰκοδομὴ τοῦ πύργου. 2. Οἱ δὲ ἕτεροι οἱ παραφέροντες τοὺς λίθους τίνες εἰσίν; Καὶ αὐτοὶ ἅγιοι ἄγγελοι τοῦ θεοῦ· οὗτοι δὲ οἱ ἓξ ὑπερέχοντες αὐτούς εἰσιν. συντελεσθήσεται οὖν ἡ οἰκοδομὴ τοῦ πύργου, καὶ πάντες ὁμοῦ εὐφρανθήσονται κύκλῳ τοῦ πύργου καὶ δοξάσουσιν τὸν θεόν, ὅτι ἐτελέσθη ἡ οἰκοδομὴ τοῦ πύργου. 3. ἐπηρώτησα αὐτὴν λέγων· Κυρία, ἤθελον γνῶναι τῶν λίθων τὴν ἔξοδον καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν, ποταπή ἐστιν. ἀποκριθεῖσά μοι λέγει· Οὐχ ὅτι σὺ ἐκ πάντων ἀξιώτερος εἶ, ἵνα σοι ἀποκαλυφθῇ· ἄλλοι γάρ σου πρότεροί εἰσιν καὶ βελτίονές σου, οἷς ἔδει ἀποκαλυφθῆναι τὰ ὁράματα ταῦτα· ἀλλ' ἵνα *δοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ*, σοὶ ἀπεκαλύφθη καὶ ἀποκαλυφθήσεται διὰ τοὺς διψύχους, τοὺς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εἰ ἄρα ἔστιν ταῦτα ἢ οὐκ ἔστιν. λέγε αὐτοῖς, ὅτι ταῦτα πάντα ἐστὶν ἀληθῆ καὶ οὐθὲν ἔξωθέν ἐστιν τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ πάντα ἰσχυρὰ καὶ βέβαια καὶ τεθεμελιωμένα ἐστίν.

5. Ἄκουε νῦν περὶ τῶν λίθων τῶν ὑπαγόντων εἰς τὴν οἰκοδομήν. οἱ μὲν οὖν λίθοι οἱ τετράγωνοι καὶ λευκοὶ καὶ συμφωνοῦντες ταῖς ἁρμογαῖς αὐτῶν, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀπόστολοι καὶ ἐπίσκοποι καὶ

4 *ἀποκρ.* + *δὲ* G | *κυρία* > L^1 | 6 *κυρία* SL^1 : *ἡ δὲ ἔφη* GL^2A | 9 *οὖν* > S | 11 *ἓξ* SGL^2 : > Sc L^1A | *αὐτοὺς* S : *αὐτῶν* G | 12 *οὖν* : *δὲ αὐτῶν* G | 15 *ἔξοδον* : *διαφορὰν* G | *αὐτῶν* > G | 18 *σου* SL : > GA | 19 *σοὶ* > S *καὶ* + *ἔτι* GA | 21 *ἔστιν . . . ἔστιν* : *ἔσται . . . ἔσται* G | 23 *πάντα* : *ταῦτα* G | 24 *νῦν* : *οὖν* G | 25 *οὖν* > G

I Petr. 3, 20. — *τῷ ῥήματι κτλ.*] i. e. verbo Christi. Aliter Zahn l. c. p. 196, qui respiciens c. 7, 6 et considerans, vocem *ῥῆμα* ab Herma in describenda creatione mundi usurpari, interpretatur: praedicatione de filio Dei. Cf. Sap. 18, 15: *ὁ παντοδύναμός σου λόγος*. — *τοῦ π. κ. ἐνδ. ὀνόματος*] i. e. filii Dei; cf. Vis. IV, 2, 4. Deut. 28, 58 Deus *ὄνομα ἔντιμον θαυμαστὸν* appellatur.

4, 1. *ἄγγελοι τ. θ. οἱ πρῶτοι κτ.*] Cf. Sim. V, 5, 3. Irenaeus Adv. haer. I, 24, 3 refert: Basilidem ostendere

audi: quoniam vita vestra per aquam salvata est et salvabitur. Fundata est autem turris verbo omnipotentis et gloriosi nominis et continetur ab invisibili virtute domini.

4. Respondens dico ei: Domina, magne et mirabiliter haec res se habet. Iuvenes autem sex, qui aedificabant, qui sunt, domina? Hi sunt, inquit, sancti angeli dei, qui primi creati sunt, quibus tradidit dominus omnem creaturam suam, ut augeant et aedificent et dominentur totius creaturae. Propter hos igitur consummabitur aedificatio turris. 2. Ceteri autem, qui afferunt lapides, qui sunt? Et ipsi, inquit, sancti sunt angeli dei; illi autem sex iis praecellunt. Consummabitur igitur aedificatio turris, et omnes simul exsultabunt in circuitu turris et glorificabunt deum, quoniam consummata est aedificatio turris. 3. Interrogavi eam dicens: Domina, volebam scire lapidum exitum eorumque virtutem, qualis sit? Respondens mihi dicit: Non quia tu inter omnes dignior es, cui reveletur (alii enim te priores sunt et meliores te, quibus oportebat revelari visiones istas), sed ut *glorificetur nomen dei*, tibi revelatae sunt et revelabuntur propter dubios, qui disputant in cordibus suis, utrum sint haec an non. Dic iis, haec omnia vera esse nec quidquam esse extra veritatem, sed omnia fortia et firma et fundata.

5. Audi nunc de lapidibus, qui vadunt in aedificationem. Lapides igitur quadrati et albi et congruentes commissuris suis, hi sunt apostoli et episcopi et doctores et diaconi, qui ambula-

19 Ps. 85, 9. 12.

angelos, quos et primos vocat. — *δεσπόζειν τ. κτ.*] Sap. 9, 2: *ἵνα δεσπόζῃ τῶν ὑπὸ σοῦ γενομένων κτισμάτων.* — *διὰ τούτων κτλ.*] Ab angelis, quibus Deus curam populorum tribuit, ecclesia aedificatur, quippe qui populos suos ad fidem adducant (Hefele).

2. *ὑπερέχοντες*] Differentia dignitatis inter angelos a libris quoque sacris agnoscitur. Cf. I Thess. 4, 16; Eph. 1, 21; 3, 10; I Petr. 3, 22.

3. Clem. Al. Strom. I, 29, 181 p. 426 (*διὰ τ. διψ. — οὐκ ἔστιν*). — *δοξασθῇ κτλ.*] Cf. Vis. II, 1, 2 not. — *διψύχους κτλ.*] Cf. Doctr. apost. 4, 4; Barn. 19, 5; Hippol. In Dan. II, 13 ed. Bonwetsch I, 70.

5, 1. *λίθοι — ἀπόστολοι*] Cf. Apoc. 21, 14. — *ἀπόστολοι κτλ.*] Sim. IX, 15, 4; 16, 5 apostoli et doctores una commemorantur iisque c. 25, 2 mons octavus assignatur. Inde patet, doctores non esse presbyteros, sed potius praedicatores veritatis christianae certo quodam munere ecclesiastico non fungentes. Vox *ἐπίσκοποι* ecclesiae praepositos significat et

διδάσκαλοι καὶ διάκονοι οἱ πορευθέντες κατὰ τὴν σεμνότητα τοῦ θεοῦ καὶ ἐπισκοπήσαντες καὶ διδάξαντες καὶ διακονήσαντες ἁγνῶς καὶ σεμνῶς τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ θεοῦ, οἱ μὲν κεκοιμημένοι, οἱ δὲ ἔτι ὄντες· καὶ πάντοτε ἑαυτοῖς συνεφώνησαν καὶ ἐν ἑαυτοῖς εἰρήνην ἔσχον καὶ ἀλλήλων ἤκουον· διὰ τοῦτο ἐν τῇ οἰκοδομῇ τοῦ πύργου συμφωνοῦσιν αἱ ἁρμογαὶ αὐτῶν. 2. Οἱ δὲ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἑλκόμενοι καὶ ἐπιτιθέμενοι εἰς τὴν οἰκοδομὴν καὶ συμφωνοῦντες ταῖς ἁρμογαῖς αὐτῶν μετὰ τῶν ἑτέρων λίθων τῶν ἤδη ᾠκοδομημένων τίνες εἰσίν; Οὗτοί εἰσιν οἱ παθόντες ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου. 3. Τοὺς δὲ ἑτέρους λίθους τοὺς φερομένους ἀπὸ τῆς ξηρᾶς θέλω γνῶναι, τίνες εἰσίν, κυρία. ἔφη· Τοὺς μὲν εἰς τὴν οἰκοδομὴν ὑπάγοντας καὶ μὴ λατομουμένους, τούτους ὁ κύριος ἐδοκίμασεν, ὅτι ἐπορεύθησαν ἐν τῇ εὐθύτητι τοῦ κυρίου καὶ κατωρθώσαντο τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. 4. Οἱ δὲ ἀγόμενοι καὶ τιθέμενοι εἰς τὴν οἰκοδομὴν τίνες εἰσίν; Νέοι εἰσὶν ἐν τῇ πίστει καὶ πιστοί· νουθετοῦνται δὲ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸ ἀγαθοποιεῖν, διότι οὐχ εὑρέθη ἐν αὐτοῖς πονηρία. 5. Οὓς δὲ ἀπέβαλλον καὶ ἐρίπτουν, τίνες εἰσίν; Οὗτοί εἰσιν ἡμαρτηκότες καὶ θέλοντες μετανοῆσαι· διὰ τοῦτο μακρὰν οὐκ ἀπερίφησαν ἔξω τοῦ πύργου, ὅτι εὔχρηστοι ἔσονται εἰς τὴν οἰκοδομήν, ἐὰν μετανοήσωσιν. οἱ οὖν μέλλοντες μετανοεῖν, ἐὰν μετανοήσωσιν, ἰσχυροὶ ἔσονται ἐν τῇ πίστει, ἐὰν νῦν μετανοήσωσιν, ἐν ᾧ οἰκοδομεῖται ὁ πύργος ἐὰν δὲ τελεσθῇ

1 *καὶ διάκονοι* SL : > GA | 2/3 *ἁγνῶν καὶ σεμνῶν* G | 3 *ἐκλεκτοῖς*: *δούλοις* G | *θεοῦ* + *τὸν λόγον* G | 4 *καὶ* pr > G | *ἑαυτοῖς* pr GL[2](A) : *αυτοισ* SL[1] | *συμφωνησαντεσ* S | 5 *εσχαν* S | *ἤκουσαν* G | 7 *εἰς τ. οἰκοδομὴν* GLA : > S | 7/8 *ταῖς ἁρμογαῖς αὐτῶν* > G | 8 *ᾠκοδ.* GL[1]A : *οικοδομουμενων* S(L[2]?) | 9 *οἱ* SL[2](A) : + *κεκοιμημένοι καὶ* GL[1] | *κυρίου* GLA : *θ̅υ̅* S | 10/11 *τοὺς δὲ — ἔφη* : *ὁ δὲ ἔφη* G | 13 *κατώρθωσαν* G | 14 *ἐπιτιθέμενοι* G | 15 *πίστει* SL : + *τοῦ κυρίου* GA | 16 *δὲ* > G | *ἀγαθοπ.* : *ποιεῖν τὸ* . . . G | *οὐχ* GL[1]A : > SL[2] | 17 *ἐν* > G | *ἐρρίπτουν* G, similiter fere semper 18 *εἰσιν* sec + *οἱ* G | 18/19 *διὰ τ. μακράν* : *οἱ τοιοῦτοι* G | 20/22 *οἱ οὖν — νῦν* : . . . . G | 21 *μετανοήσωσιν* em : *-σουσιν* S

episcopos et presbyteros complecti videtur. Cf. Sim. IX, 27, 2. *Διδάσκαλοι* etiam commemorantur Act. 13, 1; 1 Cor. 12, 28; Eph. 4, 11; Iac. 3, 1; Herm. Mand. IV, 3, 1. Cf. Tert. De praescript. c. 3. Cyprianus Ep. 29 (ed. Hartel p. 548) de presbyteris doctoribus et de doctoribus audientium loquitur. — *οἱ μὲν κεκ. κτλ.*] Cf. I Cor. 15, 6. Haec verba aut ad *ἀπόστολοι* referenda aut potius *ἐπίσκοποι* etc. aequales apostolorum putandi sunt. Hos igitur dicit Hermas alios mortuos esse,

verunt in sanctitate dei et episcopatum gesserunt et docuerunt et ministraverunt caste et sancte electis dei, alii dormientes, alii adhuc viventes; et semper inter se consenserunt et inter sese pacem habuerunt et alter alterum audierunt; propterea in aedificatione turris conveniunt commissurae eorum. 2. Qui autem de profundo trahuntur et imponuntur in structura et congruunt commissuris suis cum aliis lapidibus iam aedificatis, qui sunt? Hi sunt, qui passi sunt propter nomen domini. 3. Alii autem lapides, qui de terra afferuntur, volo scire, qui sint, domina. Dixit: Qui in structuram vadunt nec sunt dolati, eos dominus probavit, quoniam ambulaverunt in aequitate domini et secuti sunt mandata eius. 4. Qui autem adducuntur ac ponuntur in structura, qui sunt? Novi sunt in fide et fideles; commonentur autem ab angelis ad benefaciendum, propterea quod non est inventa in iis nequitia. 5. Quos autem reprobabant et proiciebant, qui sunt? Isti sunt qui peccaverunt et volebant paenitentiam facere; propter hoc non sunt longe proiecti extra turrim, quoniam utiles erunt ad aedificationem, si paenitentiam egerint. Qui ergo paenitentiam acturi sunt, cum egerint paenitentiam, fortes erunt in fide, si nunc paenitentiam egerint, dum aedificatur turris. Si autem consummata fuerit aedificatio,

alios adhuc vivere. Cf. Zahn l. c. p. 95 sq. Caveas autem, ne hunc locum respiciens scripturam saeculo primo exeunti adscribas. Hermas simulat tantum, se illo tempore vixisse. Cf. Vis. II, 4, 3. — *συνεφώνησαν κτλ.*] Prodit Hermas, suo tempore episcopos et presbyteros non omnes concordiam ac pacem servasse. Cf. c. 9, 7; Sim. VIII, 7, 4. — *ἐν ἑ. εἰρήνην ἔσχον*] Cf. c. 9, 2; 12, 3.

2. *παθόντες κτλ.*] Cf. Vis. II, 1, 9.

3. Hic et v. 4 Hermas de iustis loquitur, qui neque martyres (v. 2) neque apostoli etc. (v. 1) sunt, et duo eorum genera distinguit, longum et breve tempus secundum fidem viventes. Cf. Matth. 20, 1 sqq. Hunc esse versuum sensum interpretatio satis clare ostendit, etiamsi imago obscura est. Non autem, ut nonnulli putaverunt, fideles e circumcisione (v. 3) fidelibus e gentibus v. 4) opponuntur. Cf. Zahn l. c. p. 202 sqq.

4. *νέοι κτλ.*] i. e. neophyti (I Tim. 3, 6). — *οὐχ εὑρέθη κτλ.*] Homines, de quibus hic sermo est, nondum bonis operibus quidem divites facti sunt, sed altera ex parte a peccatis liberi fuerunt. Versibus sequentibus autem ii commemorantur, qui peccatis se maculaverunt. Quae nonnulli non considerantes, librarii et editores, vocem *οὐχ* deleverunt.

5. De peccatoribus agit H. paenitentibus. — *νῦν*] Cf. Vis. II, 2, 4. 5.

ἡ οἰκοδομή, οὐκέτι ἔχουσιν τόπον, ἀλλ' ἔσονται ἔκβολοι· μόνον δὲ τοῦτο ἔχουσιν, παρὰ τῷ πύργῳ κεῖσθαι.

6. Τοὺς δὲ κατακοπτομένους καὶ μακρὰν ῥιπτομένους ἀπὸ τοῦ πύργου θέλεις γνῶναι; οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς ἀνομίας· ἐπίστευσαν δὲ ἐν ὑποκρίσει, καὶ πᾶσα πονηρία οὐκ ἀπέστη ἀπ' αὐτῶν· διὰ τοῦτο οὐκ ἔχουσιν σωτηρίαν, ὅτι οὐκ εἰσὶν εὔχρηστοι εἰς οἰκοδομὴν διὰ τὰς πονηρίας αὐτῶν. διὰ τοῦτο συνεκόπησαν καὶ πόρρω ἀπερίφησαν διὰ τὴν ὀργὴν τοῦ κυρίου, ὅτι παρώργισαν αὐτόν. 2. τοὺς δὲ ἑτέρους, οὓς ἑώρακας πολλοὺς κειμένους, μὴ ὑπάγοντας εἰς τὴν οἰκοδομήν, οὗτοι οἱ μὲν ἐψωριακότες εἰσίν, οἱ ἐγνωκότες τὴν ἀλήθειαν, μὴ ἐπιμείναντες δὲ ἐν αὐτῇ μηδὲ κολλώμενοι τοῖς ἁγίοις· διὰ τοῦτο ἄχρηστοί εἰσιν. 3. Οἱ δὲ τὰς σχισμὰς ἔχοντες τίνες εἰσίν; Οὗτοί εἰσιν οἱ κατ' ἀλλήλων ἐν ταῖς καρδίαις ἔχοντες καὶ μὴ *εἰρηνεύοντες ἐν ἑαυτοῖς*, ἀλλὰ πρόσωπον εἰρήνης ἔχοντες, ὅταν δὲ ἀπ' ἀλλήλων ἀποχωρήσωσιν, αἱ πονηρίαι αὐτῶν ἐν ταῖς καρδίαις ἐμμένουσιν· αὗται οὖν αἱ σχισμαί εἰσιν, ἃς ἔχουσιν οἱ λίθοι. 4. οἱ δὲ κεκολοβωμένοι, οὗτοί εἰσιν πεπιστευκότες μὲν καὶ τὸ πλεῖον μέρος ἔχοντες ἐν τῇ δικαιοσύνῃ, τινὰ δὲ μέρη ἔχουσιν τῆς ἀνομίας· διὰ τοῦτο κολοβοὶ καὶ οὐχ ὁλοτελεῖς εἰσιν. 5. Οἱ δὲ λευκοὶ καὶ στρογγύλοι καὶ μὴ ἁρμόζοντες εἰς τὴν οἰκοδομὴν τίνες εἰσίν, κυρία; ἀποκριθεῖσά μοι λέγει· Ἕως πότε μωρὸς εἶ καὶ ἀσύνετος καὶ πάντα ἐπερωτᾷς καὶ οὐδὲν νοεῖς; οὗτοί εἰσιν ἔχοντες μὲν πίστιν, ἔχοντες δὲ καὶ πλοῦτον τοῦ αἰῶνος τούτου· ὅταν γένηται θλῖψις, διὰ τὸν πλοῦτον αὐτῶν καὶ διὰ τὰς πραγματείας ἀπαρνοῦνται τὸν κύριον αὐτῶν. 6. καὶ ἀποκριθεὶς αὐτῇ λέγω· Κυρία, πότε οὖν εὔχρηστοι ἔσονται εἰς τὴν οἰκοδομήν; Ὅταν, φησίν, περικοπῇ αὐτῶν ὁ πλοῦτος ὁ ψυχαγωγῶν αὐτούς, τότε εὔχρηστοι ἔσονται τῷ θεῷ. ὥσπερ

2 *ἔχουσιν* SA : *ἕξουσιν* GL | *παρὰ τ. π. κ.* S : *ὅτι παρὰ τ. π. κεῖνται* G(L) | 3 *καὶ μ. ῥιπτομένους* GLA : > S | 5 *πονηρία* : *ἀνομία* G | 7 *οἰκοδομήν* : . . . *δομὴν τοῦ πύργου* G | 7/9 *διὰ τοῦτο — αὐτὸν* > G | 9 *ἑτέρους* SL²A : + *λίθους* GL¹ | *μὴ* Sc L¹(L²) : *καὶ μὴ* GA, > S | 11 *ἐπιμείναντες* GL(A) : -*μενοντεσ* S | 11/12 *μηδὲ — εἰσιν* GL¹ : > SL²A | 14/15 *ἀλλὰ πρ. εἰρήνης* S : in persona quidem pacem L¹(L²A) : . . . . G | 15 *ἀπ' ἀλλ. ἀποχ.* SLA : *ἀποχωρισθῶσιν* G | 18 *εἰσιν* + *οἱ* G | *πλεῖον* SGL² : *πλεῖστον* L¹(A) | *ἔχοντες* : *ἔχοντ* . . G, *εχουσιν* S | 23 *εἰσιν* + *οἱ* GA | *καὶ* SL¹ : > G | 24 *τοῦ — πλοῦτον* G (. . . *γένηται κτλ.*) LA : > S propter homoeot. | 25 *διὰ* SL²A : > GL¹ | *αὐτῶν τὸν κύριον* G | 26 *καὶ* > GL¹

non amplius habebunt locum, sed erunt reprobi. Solummodo hoc habent, quod iuxta turrim iacent.

6. Concisos autem et longe proiectos a turri vis cognoscere? Hi sunt filii iniquitatis; crediderunt enim cum simulatione, et omnis nequitia non recessit ab iis; propterea non habent salutem, quia non sunt utiles ad aedificationem propter iniquitates suas. Ideo concisi ac longe proiecti sunt propter iram domini, quoniam exacerbaverunt eum. 2. Ceteros vero, quos vidisti multos iacentes, qui non vadunt in structuram, hi scabiosi sunt, qui cognoverunt veritatem, nec vero permanserunt in ea neque adhaerent sanctis; propterea inutiles sunt. 3. Qui autem scissuras habent, qui sunt? Hi sunt qui alius adversus alium in cordibus habent neque sunt *pacifici inter sese,* sed speciem pacis habent, cum autem alius ab alio discesserunt, nequitiae eorum in cordibus permanent. Hae sunt ergo scissurae, quas habent lapides. 4. Decurtati vero, hi sunt ii, qui crediderunt quidem et maiorem partem habent iustitiae, aliquas autem partes habent iniquitatis; propterea curti et non integri sunt. 5. Albi autem et rotundi et non congruentes in structuram qui sunt, domina? Respondens mihi dicit: Usquequo stultus es et insensatus et omnia interrogas et nihil intellegis? Isti sunt qui habent quidem fidem, habent autem et divitias huius saeculi. Quando fit tribulatio, propter divitias suas et propter negotiationes denegant dominum suum. 6. Et respondens ei dico: Domina, quando igitur utiles erunt ad aedificationem? Cum, inquit, circumcisae fuerint eorum divitiae, quae eos delectant, tum utiles erunt deo. Sicut enim lapis rotundus,

14 I Thess. 5, 13 cf. Marc. 9, 50; Rom. 13, 11.

— *τοῦτο ἔχουσιν*] sc. ii, qui turri consummata paenitentiam faciunt.

6, 1. De reprobis vel peccatoribus non paenitentibus H. incipit agere.

2. *κολλώμενοι τ. ἁγ.*] Cf. Sim. VIII, 8, 1 (9, 1; IX, 20, 2; 26, 3); I Clem. 46, 2.

3. *κατ' ἀλλ. ἔχοντες*] Eandem locutionem habes Mand. II, 2; Sim. IX, 23, 2. — *εἰρ. ἐν ἑαυτοῖς*] Leguntur haec verba etiam infra c. 9, 2. 9; 12, 3; Sim. VIII, 7, 2.

4. *κολοβοὶ καὶ οὐχ ὁλοτελεῖς*] In Liturgia Constitutionum apost. VIII, 11 sacerdos pro fidelibus orat: *ἵνα ὦσιν ἄρτιοι καὶ μηδεὶς ἐν αὐτοῖς ᾖ κολοβὸς ἢ ἀτελής*

6. Cf. Matth. 19, 21—24.

γὰρ ὁ λίθος ὁ στρογγύλος, ἐὰν μὴ περικοπῇ καὶ ἀποβάλῃ ἐξ αὐτοῦ τι, οὐ δύναται τετράγωνος γενέσθαι, οὕτω καὶ οἱ πλουτοῦντες ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, ἐὰν μὴ περικοπῇ αὐτῶν ὁ πλοῦτος, οὐ δύνανται τῷ κυρίῳ εὔχρηστοι γενέσθαι. 7. ἀπὸ σεαυτοῦ πρῶτον γνῶθι· ὅτε ἐπλούτεις, ἄχρηστος ἦς, νῦν δὲ εὔχρηστος εἶ καὶ ὠφέλιμος τῇ ζωῇ. εὔχρηστοι γίνεσθε τῷ θεῷ· καὶ γὰρ σὺ αὐτὸς χρᾶσαι ἐκ τῶν αὐτῶν λίθων.

7. Τοὺς δὲ ἑτέρους λίθους, οὓς εἶδες μακρὰν ἀπὸ τοῦ πύργου ῥιπτομένους καὶ πίπτοντας εἰς τὴν ὁδὸν καὶ κυλιομένους ἐκ τῆς ὁδοῦ εἰς τὰς ἀνοδίας· οὗτοί εἰσιν οἱ πεπιστευκότες μέν, ἀπὸ δὲ τῆς διψυχίας αὐτῶν ἀφίουσιν τὴν ὁδὸν αὐτῶν τὴν ἀληθινήν· δοκοῦντες οὖν βελτίονα ὁδὸν δύνασθαι εὑρεῖν, πλανῶνται καὶ ταλαιπωροῦσιν περιπατοῦντες ἐν ταῖς ἀνοδίαις. 2. οἱ δὲ πίπτοντες εἰς τὸ πῦρ καὶ καιόμενοι, οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τέλος *ἀποστάντες τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος*, καὶ οὐκέτι αὐτοῖς ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν τοῦ μετανοῆσαι διὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀσελγείας αὐτῶν καὶ τῶν πονηριῶν ὧν εἰργάσαντο. 3. τοὺς δὲ ἑτέρους τοὺς πίπτοντας ἐγγὺς τῶν ὑδάτων καὶ μὴ δυναμένους κυλισθῆναι εἰς τὸ ὕδωρ θέλεις γνῶναι, τίνες εἰσίν; *οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον ἀκούσαντες* καὶ θέλοντες *βαπτισθῆναι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου*· εἶτα ὅταν αὐτοῖς ἔλθῃ εἰς μνείαν ἡ ἁγνότης τῆς ἀληθείας, μετανοοῦσιν καὶ *πορεύονται πάλιν ὀπίσω τῶν ἐπιθυμιῶν αὐτῶν* τῶν πονηρῶν. 4. ἐτέλεσεν οὖν τὴν ἐξήγησιν τοῦ πύργου. 5. ἀναιδευσάμενος ἔτι αὐτὴν ἐπηρώτησα, εἰ ἄρα πάντες οἱ λίθοι οὗτοι οἱ ἀποβεβλημένοι καὶ μὴ ἁρμόζοντες εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου, εἰ ἔστιν αὐτοῖς μετάνοια καὶ ἔχουσιν τόπον εἰς τὸν πύργον τοῦτον. Ἔχουσιν, φησίν, μετάνοιαν, ἀλλὰ εἰς τοῦτον τὸν πύργον οὐ δύνανται ἁρμόσαι· 6. ἑτέρῳ δὲ τόπῳ ἁρμόσουσιν πολὺ ἐλάττονι καὶ τοῦτο,

1 *γὰρ* Sc GL^{1} : > SL^{2}A | 4 *ἀπὸ* + *δὲ* Sc L^{2} | 6 *εὔχρηστος* G | 6/7 ***καὶ — λίθων*** G(LA) : > S | 9 *ἐκ* : *ἀπὸ* G | 11 *αὐτῶν* > G | *ἀληθῆ* G | 13 ***ἀνοδίαις*** GLA : *ανομιαισ* S | 15 *τοῦ* S cf. Winer § 44, 4 : *τὸ* G | 16 *αὐτῶν* > G | 17 *εἰργάζοντο* G | 18/19 *θέλεις γνῶναι* GA : dic mihi L^{2}, > SL^{1} | 21 ***ἁγνότης*** SL^{2} : *ἁγιότης* L^{1}, *γνῶσις* G, obliti sunt (*ἀγνοοῦσι*) A | 22 ***πονηρεύονται*** G | 24 *ἔτι .. ἐπηρώτησα* : *δὲ ἐπ' .. ἐπ. ἔτι* G | 25 *εἰ* > G | 26 ***ἔχουσιν*** S : *ἕξουσιν* GL(A) | 27 *πύργον* SL : *τόπον* GA

7. *εὔχρηστοι γ. τῷ θεῷ*] Theoph. Ad Autol. I, 1: *ἐλπίζων εὔχρηστος εἶναι τῷ θεῷ*. — *τ. αὐτ. λίθων*] i. e. ex lapidibus albis et rotundis (v. 5).

nisi praecisus fuerit et abiecerit aliquid a se, non potest quadratus fieri, ita et divites huius saeculi, nisi praecisae fuerint eorum divitiae, non possunt domino utiles fieri. 7. A te primum intellege; quando dives fuisti, inutilis eras, nunc vero utilis es et aptus vitae. Utiles estote deo; etenim tu ipse desumeris ex iisdem lapidibus.

7. Ceteros autem lapides, quos vidisti longe proici a turri et cadere in viam et volvi de via in loca invia: hi sunt qui crediderunt quidem, per dubietatem autem dimittunt viam suam veram; putantes igitur meliorem viam se posse invenire, errant et miseri sunt ambulantes in locis inviis. 2. Qui vero cadunt in ignem et ardent, hi sunt qui in finem *recesserunt a deo vivo,* neque adhuc iis ascendit in corde paenitentiam agere propter desideria libidinis suae et scelera, quae operati sunt. 3. Ceteros autem, qui cadunt iuxta aquas neque possunt volvi in aquam, visne scire, qui sint? *Hi sunt qui verbum audierunt* et volunt *baptizari in nomine domini;* deinde cum iis venit in mentem castitas veritatis, paenitet eos et *ambulant* iterum *post concupiscentias suas* malas. 4. Finivit igitur expositionem turris. 5. Cum essem improbus, adhuc eam interrogavi, an omnes lapides isti reiecti nec convenientes in aedificationem turris, an iis esset paenitentia et haberent locum in hac turri. Habent, inquit, paenitentiam, sed in hanc turrim non possunt convenire; 6. alii autem loco convenient multo minori, idque

14 Hebr. 3, 12. — 19 Marc. 4, 18; Matth. 13, 20. 22. — 20 Act. 19, 5 (10, 48; 2, 38). — 22 Sirach 18, 30.

7, 1. ἀφίουσιν κτλ.] Cf. II Petr. 2, 2. 15. Hermas haereticos respicere videtur. Cf. Sim. VIII, 6, 5.

2. Cf. Sim. VIII, 6, 4; IX, 19, 1.

3. ἐγγὺς τ. ὑδάτων κτλ.] H. de catechumenis loquitur, qui opus salutare coeptum non sunt ausi perficere. Cf. Hebr. 3, 12.

5. ἔχ. μετάνοιαν κτλ.] Erraverunt Editores Bibl. max. Lugd. (cf. adnot. ad tom. II, 27) et Rothe (*Anfänge der chr. Kirche* p. 624) putantes, Hermam hic de paenitentia post mortem in purgatorio peragenda loqui. Erraverunt quoque, qui verba εἰς τ. τ. πύργον de ecclesia visibili seu terrestri interpretati sunt. Supra c. 5, 5 de paenitentibus sermo fuit, qui in turrim seu ecclesiam visibilem adhuc recipiuntur. Auctor potius, ut recte adnotavit Harnack, imagines verae ecclesiae terrestris et ecclesiae caelestis triumphantis hic commiscuit.

ὅταν βασανισθῶσιν καὶ ἐκπληρώσωσιν τὰς ἡμέρας τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. καὶ διὰ τοῦτο μετατεθήσονται, ὅτι μετέλαβον τοῦ ῥήματος τοῦ δικαίου. καὶ τότε αὐτοῖς συμβήσεται μετατεθῆναι ἐκ τῶν βασάνων αὐτῶν, ἐὰν ἀναβῇ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν τὰ ἔργα ἃ εἰργάσαντο πονηρά. ἐὰν δὲ μὴ ἀναβῇ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν, οὐ σώζονται διὰ τὴν σκληροκαρδίαν αὐτῶν.

8. Ὅτε οὖν ἐπαυσάμην ἐρωτῶν αὐτὴν περὶ πάντων τούτων, λέγει μοι· Θέλεις ἄλλο ἰδεῖν; κατεπίθυμος ὢν τοῦ θεάσασθαι περιχαρὴς ἐγενόμην τοῦ ἰδεῖν. 2. ἐμβλέψασά μοι ὑπεμειδίασεν καὶ λέγει μοι· Βλέπεις ἑπτὰ γυναῖκας κύκλῳ τοῦ πύργου; Βλέπω, φημί, κυρία. Ὁ πύργος οὗτος ὑπὸ τούτων βαστάζεται κατ' ἐπιταγὴν τοῦ κυρίου. 3. ἄκουε νῦν τὰς ἐνεργείας αὐτῶν. ἡ μὲν πρώτη αὐτῶν, ἡ κρατοῦσα τὰς χεῖρας, Πίστις καλεῖται· διὰ ταύτης σώζονται οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ. 4. ἡ δὲ ἑτέρα, ἡ περιεζωσμένη καὶ ἀνδριζομένη, Ἐγκράτεια καλεῖται· αὕτη θυγάτηρ ἐστὶν τῆς Πίστεως. ὃς ἂν οὖν ἀκολουθήσῃ αὐτῇ, μακάριος γίνεται ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ, ὅτι πάντων τῶν πονηρῶν ἔργων ἀφέξεται, πιστεύων, ὅτι, ἐὰν ἀφέξηται πάσης ἐπιθυμίας πονηρᾶς, κληρονομήσει ζωὴν αἰώνιον. 5. Αἱ δὲ ἕτεραι, κυρία, τίνες εἰσίν; Θυγατέρες ἀλλήλων εἰσίν· καλοῦνται δὲ ἡ μὲν Ἁπλότης, ἡ δὲ Ἐπιστήμη, ἡ δὲ Ἀκακία, ἡ δὲ Σεμνότης, ἡ δὲ Ἀγάπη. ὅταν οὖν τὰ ἔργα τῆς μητρὸς αὐτῶν πάντα ποιήσῃς, δύνασαι ζῆσαι. 6. Ἤθελον, φημί, γνῶναι, κυρία, τίς τίνα δύναμιν ἔχει αὐτῶν. Ἄκουε, φησίν, τὰς δυνάμεις, ἃς ἔχουσιν. 7. κρατοῦνται δὲ ὑπ' ἀλλήλων αἱ δυνάμεις αὐτῶν καὶ ἀκολουθοῦσιν ἀλλήλαις, καθὼς καὶ γεγεννημέναι εἰσίν. ἐκ τῆς Πίστεως γεννᾶται Ἐγκράτεια, ἐκ τῆς Ἐγκρατείας Ἁπλότης, ἐκ τῆς Ἁπλότητος Ἀκακία, ἐκ τῆς Ἀκακίας Σεμνότης, ἐκ τῆς Σεμνότητος Ἐπιστήμη, ἐκ τῆς Ἐπιστήμης

1 *ὅταν* : *ἐὰν* G | *πληρώσωσι* G | 2 *αὐτῶν* > S | *ὅτε* G | 2/3 ***τοῦ ῥήματος* : *τοὺς οὓς μετὰ*** G | 4 *τῆς βασάνου* G | *ἐὰν — αὐτῶν* GL^1A : ***δια*** SL^2 | 4/5 *τὰ — κ. αὐτῶν* > G | 5 *αὐτῶν* SL : + *μετανοῆσαι* Sc GA | 8 ***ἰδεῖν*** SGL^2 : + *τι* Sc L^1(A) | 9 *βλεψασα* S | 10 *ἑπτά* : *τὰς* G | 11 ***οὗτος*** > S | 13/14 *ταυτην* S | 15 *καὶ ἀνδριζ.* > GA | 16 *αὐταῖς* GA | 16/17 ***γίνεται* : *ἐστι*** G | 17 *αὐτοῦ* > G | 18 *πιστεύων — ἀφέξηται* GLA : *και* S | 18/19 ***κληρον.*** GL^1A : *και κληρονομηση* S(L^2) | 19 *τίνες* : *ποῖαι* G | 20/21 ***Ἐπιστήμη*** post *Σεμνότης* GL^1 | 22 *ποιήσῃς* G(L) : *ποιησ* S | 24 *ἃς ἔχουσιν* SL^2(L^1) : ***αὐτῶν*** GA | *ὑπ'* G : *απ* S | 25 *αἱ δ. αὐτῶν* > GL^2 | *καὶ* S(A) : > GL

6. *ὅτι μετέλαβον κτλ.*] i. e. quia | verbis iustitiae **auditis dereliquerunt**

postquam cruciati fuerint ac repleverint dies peccatorum suorum. Et propterea transferentur, quoniam participes erant verbi iusti. Et tum iis continget, ut transferantur de tormentis suis, si ascenderint in corde ipsorum opera quae operati sunt iniqua. Sin autem non ascenderint in corde ipsorum, non salvi fiunt propter duritiam cordis sui.

8. Cum igitur desiissem interrogare eam de omnibus istis, dicit mihi: Vis aliud videre? Cumque cupidus essem videndi, hilaris factus sum spe videndi. 2. Intuens me subrisit et ait mihi: Videsne septem mulieres circa turrim? Video, inquam, domina. Turris ista ab his portatur secundum praeceptum domini. 3. Audi nunc operationes earum. Prima earum, cui robustae sunt manus, Fides vocatur; per hanc salvantur electi dei. 4. Alia vero, quae praecincta est ac viriliter agit, Continentia vocatur; haec filia est Fidei. Quicumque ergo eam secutus fuerit, beatus fit in vita sua, quia ab omnibus malis operibus abstinebit, credens, qui abstinuerit omni concupiscentia mala, eum hereditaturum esse vitam aeternam. 5. Ceterae vero, domina, quae sunt? Filiae invicem sunt; vocantur autem una Simplicitas, alia Scientia, alia Innocentia, alia Castitas, alia Caritas. Cum ergo opera matris earum omnia feceris, potes vivere. 6. Volebam, inquam, scire, domina, quam quaeque earum vim haberet. Audi, inquit, vim, quam habent. 7. Tenentur autem ab invicem virtutes earum et sequuntur alia aliam, sicut et natae sunt. Ex Fide nascitur Continentia, ex Continentia Simplicitas, ex Simplicitate Innocentia, ex Innocentia Castitas, ex Castitate Scientia, ex Scientia Caritas. Harum ergo opera

vias malas. Zahn l. c. p. 196 *τὸ ῥῆμα τ. δ.* de praedicatione christiana interpretatur. — *σκληροκαρδίαν*] Cf. Deut. 10, 16; Sirach 16, 10; Matth. 19, 8; Marc. 10, 5; 16, 14.

8, 3. Plura ex hoc versu et sequentibus transscripsit Clemens Al. Strom. II, 12, 55 p. 458. — *ἡ κρατοῦσα* (intrans.) *τ. χεῖρας* (accus. graec.) Cf. Zahn l. c. p. 502 sqq. Sim. IX, 2, 4. — *Πίστις*] prima vel potius mater (cf. v. 5) est virtutum. Cf. Mand. I; Sim. IX, 15, 2. — *διὰ ταύτης κτλ.*] Cf. Matth. 9, 22; Marc. 5, 34; 10, 52; Luc. 7, 50; 8, 48; 17, 19; Act. 26, 18; Rom. 3, 22 28; 5, 1.

5. *μητρός*] sc. *πίστεως*.

7. Clemens Al. l. c. ita scribit: *καὶ πάλιν προηγεῖται μὲν πίστις, φόβος δὲ οἰκοδομεῖ, τελειοῖ δὲ ἡ ἀγάπη.*

Ἀγάπη. τούτων οὖν τὰ ἔργα ἁγνὰ καὶ σεμνὰ καὶ θεῖά ἐστιν. 8. ὃς ἂν οὖν δουλεύσῃ ταύταις καὶ ἰσχύσῃ κρατῆσαι τῶν ἔργων αὐτῶν, ἐν τῷ πύργῳ ἕξει τὴν κατοίκησιν μετὰ τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ. 9. ἐπηρώτων δὲ αὐτὴν περὶ τῶν καιρῶν, εἰ ἤδη συντέλειά ἐστιν. ἡ δὲ ἀνέκραγε φωνῇ μεγάλῃ λέγουσα· Ἀσύνετε ἄνθρωπε, οὐχ ὁρᾷς τὸν πύργον ἔτι οἰκοδομούμενον; ὡς ἐὰν οὖν συντελεσθῇ ὁ πύργος οἰκοδομούμενος, ἔχει τέλος. ἀλλὰ ταχὺ ἐποικοδομηθήσεται. μηκέτι με ἐπερώτα μηδέν· ἀρκετή σοι ἡ ὑπόμνησις αὕτη καὶ τοῖς ἁγίοις καὶ ἡ ἀνακαίνωσις τῶν πνευμάτων ὑμῶν. 10. ἀλλ' οὐ σοὶ μόνῳ ταῦτα ἀπεκαλύφθη, ἀλλ' ἵνα πᾶσιν δηλώσῃς αὐτά. 11. μετὰ τρεῖς ἡμέρας (νοῆσαί σε γὰρ δεῖ πρῶτον) ἐντέλλομαι δέ σοι πρῶτον, Ἑρμᾶ, τὰ ῥήματα ταῦτα, ἅ σοι μέλλω λέγειν, λαλῆσαι αὐτὰ πάντα εἰς τὰ ὦτα τῶν ἁγίων, ἵνα ἀκούσαντες αὐτὰ καὶ ποιήσαντες καθαρισθῶσιν ἀπὸ τῶν πονηριῶν αὐτῶν καὶ σὺ δὲ μετ' αὐτῶν.

9. Ἀκούσατέ μου, τέκνα· ἐγὼ ὑμᾶς ἐξέθρεψα ἐν πολλῇ ἁπλότητι καὶ ἀκακίᾳ καὶ σεμνότητι διὰ τὸ ἔλεος τοῦ κυρίου τοῦ ἐφ' ὑμᾶς στάξαντος τὴν δικαιοσύνην, ἵνα δικαιωθῆτε καὶ ἁγιασθῆτε ἀπὸ πάσης πονηρίας καὶ ἀπὸ πάσης σκολιότητος· ὑμεῖς δὲ οὐ θέλετε παῆναι ἀπὸ τῆς πονηρίας ὑμῶν. 2. νῦν οὖν ἀκούσατέ μου καὶ *εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς* καὶ ἐπισκέπτεσθε ἀλλήλους καὶ *ἀντιλαμβάνεσθε ἀλλήλων*, καὶ μὴ μόνοι τὰ κτίσματα τοῦ θεοῦ μεταλαμβάνετε ἐκ καταχύματος, ἀλλὰ μεταδίδοτε καὶ τοῖς ὑστερουμένοις· 3. οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν πολλῶν ἐδεσμάτων ἀσθένειαν

1 *οὖν* > S | *εἰσιν* G | 2 *οὖν* > GA | *κρατεῖσθαι* G | 3 *ἁγίων* : *τέκνων* G | 4 *ἐπηρ. δέ* : *ἐπηρώτησα* G | 6 *ὁρῶν* G | *οἰκοδ.* : *τὸν ἐποικοδ.* G | *ὡς ἐὰν οὖν* Sc L^{1}(A) : *οσ εαν* S, *ἕως ἂν* GL^{2} | *συντελεσθῇ* > G | 7 *ἔχει τέλος* SL^{1}(A) : *ἕξει τὸ τ.* G(L^{2}) | 8 *με* > GA | *ἀρκεῖ* G | 10 *ταῦτα* GLA : > S 11 *τρεῖς* : *τινας* G | *σε* > G | 11/12 *ἐντ. δέ σοι πρῶτον* GL^{2}(A) : > SL^{1} 13 *αὐτὰ π.* L^{2}(L^{1}) : *αυτα* S, *πάντα* G, omnibus A | 16 *ἐν* > G | 18/19 *καὶ ἁγιασθῆτε* > G | 19 *ἀπὸ* sec SL^{2} : > GL^{1} | 20 *παῆναι* : *παῦσαι* G | *τῆς πον.* SA : *τῶν πονηριῶν* GL | 22 *ἀντιλαμβάνετε* G | 23 *καταλύματος* G | 23/24 *ὑστερημενοισ* S | 24 *ἀσθ.* : *ἀφθονίαν* G

8. *μετὰ τ. ἁγίων*] sc. cum iis, de quibus c. 5 sermo fuit.

9. *συντέλεια*] Cf. Sim. IX, 12, 3; Sirach 39, 34; 40, 14. In N. T. saepius habes *συντέλεια τοῦ αἰῶνος* (Matth. 13, 39. 40. 49; 24, 3; 28, 20) vel *σ. τῶν αἰώνων* (Hebr. 9, 26). — *ἔτι οἰκοδομούμενον*] Dicere Ecclesia voluit: Quomodo putare potuisti, iam esse consummationem, cum tur-

casta et sancta et divina sunt. 8. Quicumque igitur servierit istis ac potuerit tenere opera earum, in turri habebit habitationem cum sanctis dei. 9. Interrogabam vero eam de temporibus, si iam consummatio esset. Illa autem exclamabat voce magna dicens: Insensate homo, nonne vides turrim adhuc aedificari? Quando ergo consummata fuerit turris, quae aedificatur, habet finem. Sed cito peraedificabitur. Iam noli me interrogare aliquid; sufficit tibi commemoratio haec et sanctis et renovatio spirituum vestrorum. 10. Sed non tibi soli revelata sunt ista, sed ut omnibus manifestes ea. 11. Post tres dies (intellegere enim te oportet primum) mando autem tibi primum, Herma, ut verba ista, quae tibi dictura sum, omnia loquaris in auribus sanctorum, ut audientes ea et facientes emundentur a nequitiis suis et tu cum iis.

9. Audite me, filii: ego vos enutrivi in multa simplicitate et innocentia et castitate propter misericordiam domini, qui super vos stillavit iustitiam, ut iustificemini ac sanctificemini ab omni nequitia et ab omni perversitate; vos autem non vultis desinere ab iniquitate vestra. 2. Nunc ergo audite me et ***pacem habete in vobis ipsis*** et visitate alterutros et ***suscipite invicem,*** neque soli percipite creaturas dei infrunite, sed impertite quoque egentibus. 3. Alii enim multis escis infirmitatem carni suae

21 I Thess. 5, 13. — 22 Rom. 15, 17 cf. Act. 20, 35.

rim adhuc aedificari et nondum perfectam esse perspexeris? (Hefele) — *τέλος*] Cf. Matth. 24, 6. 14; Marc. 13, 7; Luc. 21, 9; I Cor. 13, 24. — *ἀνακαίνωσις τ. πν.*] Cf. Sim. VIII, 6, 3; IX, 14, 3; Ps. 50, 12; Tit. 3, 5.

11. *τ. ῥήματα τ.*] sc. quae in c. 9 leguntur. — *λαλῆσαι εἰς τ. ὦτα*] Saepius in V. T. Cf. Gen. 20, 8; 50, 4; Exod. 10, 2 etc.

9, 1. Haec omnia, quae hoc capite continentur, Ecclesia ad Hermam loquitur eo fine, ut ipse aliis ea annuntiet. ***Filii illi*** non sunt Hermae, sed ecclesiae (Hefele). Auctor imitari videtur Ies. 1, 2 vel Matth. 23, 37.

2. *ἐπισκέπτεσθε*] Cf. Matth. 25, 36. 43; Iac. 1, 27; Sirach 7, 35. — *μὴ μόνοι κτλ.*] Cf. Iob 31, 17. — *καταχύματος*] Recepi versionem L[2]. Harnack proponit *ex abundantia*, et similiter vocem obscuram L[1] intellexisse videtur eam cum sequentibus (*abundantius etiam impertite egentibus*) coniungens. — *μεταδίδοτε*] Cf. Deut. 15, 11; Prov. 31, 20; Matth. 19, 21.

3. Cf. I Cor. 11, 20 sqq.

τῇ σαρκὶ αὐτῶν ἐπισπῶνται καὶ λυμαίνονται τὴν σάρκα αὐτῶν· τῶν δὲ μὴ ἐχόντων ἐδέσματα λυμαίνεται ἡ σὰρξ αὐτῶν διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ ἀρκετὸν τῆς τροφῆς, καὶ διαφθείρεται τὸ σῶμα αὐτῶν. 4. αὕτη οὖν ἡ ἀσυνκρασία βλαβερὰ ὑμῖν τοῖς ἔχουσι καὶ μὴ μεταδιδοῦσιν τοῖς ὑστερουμένοις. 5. βλέπετε τὴν κρίσιν τὴν ἐπερχομένην. οἱ ὑπερέχοντες οὖν ἐκζητεῖτε τοὺς πεινῶντας, ἕως οὔπω ὁ πύργος ἐτελέσθη· μετὰ γὰρ τὸ τελεσθῆναι τὸν πύργον θελήσετε ἀγαθοποιεῖν, καὶ οὐχ ἕξετε τόπον. 6. βλέπετε οὖν ὑμεῖς οἱ γαυρούμενοι ἐν τῷ πλούτῳ ὑμῶν, μήποτε στενάξουσιν οἱ ὑστερούμενοι καὶ ὁ στεναγμὸς αὐτῶν ἀναβήσεται πρὸς τὸν κύριον καὶ ἐκκλεισθήσεσθε μετὰ τῶν ἀγαθῶν ὑμῶν ἔξω τῆς θύρας τοῦ πύργου. 7. νῦν οὖν ὑμῖν λέγω τοῖς προηγουμένοις τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῖς πρωτοκαθεδρίταις· μὴ γίνεσθε ὅμοιοι τοῖς φαρμακοῖς. οἱ φαρμακοὶ μὲν οὖν τὰ φάρμακα ἑαυτῶν εἰς τὰς πυξίδας βαστάζουσιν, ὑμεῖς δὲ τὸ φάρμακον ὑμῶν καὶ τὸν ἰὸν εἰς τὴν καρδίαν. 8. ἐνεσκιρωμένοι ἐστὲ καὶ οὐ θέλετε καθαρίσαι τὰς καρδίας ὑμῶν καὶ συνκεράσαι ὑμῶν τὴν φρόνησιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ, ἵνα σχῆτε ἔλεος παρὰ *τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου*. 9. βλέπετε οὖν, τέκνα, μήποτε αὗται αἱ διχοστασίαι ὑμῶν ἀποστερήσουσιν τὴν ζωὴν ὑμῶν. 10. πῶς ὑμεῖς παιδεύειν θέλετε τοὺς ἐκλεκτοὺς κυρίου, αὐτοὶ μὴ ἔχοντες παιδείαν; παιδεύετε οὖν ἀλλήλους καὶ *εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς*, ἵνα κἀγὼ κατέναντι τοῦ πατρὸς ἱλαρὰ σταθεῖσα λόγον ἀποδῶ ὑπὲρ ὑμῶν πάντων τῷ κυρίῳ ὑμῶν.

10. Ὅτε οὖν ἐπαύσατο μετ' ἐμοῦ λαλοῦσα, ἦλθον οἱ ἓξ νεανίσκοι οἱ οἰκοδομοῦντες καὶ ἀπήνεγκαν αὐτὴν πρὸς τὸν πύργον, καὶ ἄλλοι τέσσαρες ἦραν τὸ συμψέλιον καὶ ἀπήνεγκαν καὶ αὐτὸ

1 *αὐτῶν* pr GLA : > S | *λυμ.* G : *λυμενι* S | 2 *αὐτῶν* > S | 3 *τὸ σ.* SL^1 (L^2) : *τὰ σώματα* GA | 4 *ἀσυγκρισία* G | 5/6 *ἐπερχ.* SL^1 : *ἐρχομένην* G(L^2) | 7 *ἐτελέσθη* G : *τελεσθη* S | 8 *ἀγαθοποιεῖσθαι* G | *ουκ* S | 8/9 *γαυριῶντες* G | 9 *στενάξωσιν* G | 11 *τῶν* SL^1A : + *ἀσχέτων* G, omnibus L^2 | 14 *αὐτῶν* G | 15/16 *ἐσκιρρημένοι* G | 19 *ὑμῶν* LA : *αυται* S, *αυτ. υμων* Sc, > G | *ἀποστήσωσι* G | 22 *ἑαυτοῖς* G | 23 *ὑμῶν* sec GL^2 : *ημων* S, > L^1A | 25 *ἀπ. αὐτὴν* SLA : *ἦραν αὐτοὶ* G | 26 *τέσσαρες* : *δὲ* G | 26 sq. *καὶ αὐτὸ πρὸς* SA (L^1) : *εἰς* G(L^2)

5—6. Hos versus scribens Hermas Barn. 21, 2—3 ante oculos habuisse videtur.

7. *πρωτοκαθεδρίταις*] Veteres interpretes, fortasse memores S. Scripturae: *φιλοῦσιν . . τὰς πρωτοκαθεδρίας* (Matth. 23, 6 cf. Marc. 12, 39; Luc. 11, 43; 20, 46) vel: *φιλοπρωτεύων*

adquirunt ac corrumpunt carnem suam; aliorum autem, qui non habent escas, corrumpitur caro, quia non habent sufficientem cibum, et consumitur corpus eorum. 4. Haec igitur intemperantia nocens est vobis, qui habetis neque communicatis egentibus. 5. Videte iudicium adveniens. Qui ergo plus habetis, quaerite esurientes, dum turris nondum est consummata; cum enim consummata fuerit turris, voletis benefacere, et non habebitis locum. 6. Videte igitur vos, qui luxuriamini in divitiis vestris, ne forte ingemiscant indigentes, et gemitus eorum ascendat ad dominum et excludamini cum bonis vestris extra ianuam turris. 7. Nunc autem vobis dico, qui praeestis ecclesiae et occupatis primas sedes: nolite similes fieri maleficis. Malefici ergo maleficia sua in thecis portant, vos autem maleficium vestrum ac venenum in corde. 8. Indurati estis neque vultis mundare corda vestra et temperare sensum vestrum in unum in puro corde, ut habeatis misericordiam a *rege magno*. 9. Videte igitur, filii, ne forte hae dissensiones vestrae eripiant vitam vestram. 10. Quomodo vos erudire vultis electos domini, cum ipsi non habeatis disciplinam? Corripite ergo alterutrum et *pacem habete inter vos ipsos,* ut et ego coram patre hilaris adstans rationem reddam pro vobis omnibus domino vestro.

10. Cum igitur desiisset mecum loqui, venerunt sex iuvenes, qui aedificabant, et abstulerunt eam ad turrim, et alii quatuor sustulerunt subsellium et abstulerunt et ipsum ad tur-

9 Iac. 5, 4. — 18 Ps. 46, 3; 47, 3; 94, 3 etc. — 21 I Thess. 5, 13.

(III Ioann. 9) verterunt: *qui amatis primos consessus* (L[1]) vel *primas sessiones* (L[2]), et recentiores plerique putaverunt, Hermam h. l. vituperare aemulationem episcopatus, τὸ φιλοκαθεδρεῖν, ut Ps.-Clemens in epist. ad Iac. c. 3 dicit. Sed vox id non dicit. Πρωτοκαθεδρῖται, ut vidit Zahn (cf. Harnack ad h. l.), non minus sunt πρωτοκαθεδρίᾳ τιμώμενοι (Clem. Al. Strom. VI, 13, 106 p. 793) quam πρωτοκαθεδρίᾳ πεφυσιωμένοι, *principalis consessionis tumore elati* (Iren. IV, 26, 3), neque ex eo, quod infra v. 8—10 controversiarum ac dissensionum mentio fit, colligendum esse videtur, presbyteros tum temporis de πρωτοκαθεδρίᾳ concertasse. Controversiarum enim sunt multae causae et verba εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς non solum presbyteris, sed etiam aliis fidelibus (cf. v. 2) dicuntur.

8. ἐπὶ τὸ αὐτό] Respicit H. dissensiones.

9. τέκνα] i. e. presbyteri.

10. λόγον ἀπ.] Cf. Matth. 12, 36 (18, 23. 24); Luc. 16, 2; Act. 19, 40 etc.

πρὸς τὸν πύργον. τούτων τὸ πρόσωπον οὐκ εἶδον, ὅτι ἀπεστραμμένοι ἦσαν. 2. ὑπάγουσαν δὲ αὐτὴν ἠρώτων, ἵνα μοι ἀποκαλύψῃ περὶ τῶν τριῶν μορφῶν, ἐν αἷς μοι ἐνεφανίσθη. ἀποκριθεῖσά μοι λέγει· Περὶ τούτων ἕτερον δεῖ σε ἐπερωτῆσαι, ἵνα σοι ἀποκαλυφθῇ. 3. ὤφθη δέ μοι, ἀδελφοί, τῇ μὲν πρώτῃ ὁράσει τῇ περυσινῇ λίαν πρεσβυτέρα καὶ ἐν καθέδρᾳ καθημένη. 4. τῇ δὲ ἑτέρᾳ ὁράσει τὴν μὲν ὄψιν νεωτέραν εἶχεν, τὴν δὲ σάρκα καὶ τὰς τρίχας πρεσβυτέρας, καὶ ἑστηκυῖά μοι ἐλάλει· ἱλαρωτέρα δὲ ἦν ἢ τὸ πρότερον. 5. τῇ δὲ τρίτῃ ὁράσει ὅλη νεωτέρα καὶ κάλλει ἐκπρεπεστάτη, μόνας δὲ τὰς τρίχας πρεσβυτέρας εἶχεν· ἱλαρὰ δὲ εἰς τέλος ἦν καὶ ἐπὶ συμψελίου καθημένη. 6. περὶ τούτων περίλυπος ἤμην λίαν τοῦ γνῶναί με τὴν ἀποκάλυψιν ταύτην. καὶ βλέπω τὴν πρεσβυτέραν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς λέγουσάν μοι· Πᾶσα ἐρώτησις ταπεινοφροσύνης χρῄζει· νήστευσον οὖν, καὶ λήμψῃ, ὃ αἰτεῖς παρὰ τοῦ κυρίου. 7. ἐνήστευσα οὖν μίαν ἡμέραν, καὶ αὐτῇ τῇ νυκτί μοι ὤφθη νεανίσκος καὶ λέγει μοι· Τί σὺ ὑπὸ χεῖρα αἰτεῖς ἀποκαλύψεις ἐν δεήσει; βλέπε, μήποτε πολλὰ αἰτούμενος βλάψῃς σου τὴν σάρκα. 8. ἀρκοῦσίν σοι αἱ ἀποκαλύψεις αὗται. μήτι δύνῃ ἰσχυροτέρας ἀποκαλύψεις ὧν ἑώρακας ἰδεῖν; 9. ἀποκριθεὶς αὐτῷ λέγω· Κύριε, τοῦτο μόνον αἰτοῦμαι, περὶ τῶν τριῶν μορφῶν τῆς πρεσβυτέρας ἵνα ἀποκάλυψις ὁλοτελὴς γένηται. ἀποκριθείς μοι λέγει· Μέχρι τίνος ἀσύνετοί ἐστε; ἀλλ' αἱ διψυχίαι ὑμῶν ἀσυνέτους ὑμᾶς ποιοῦσιν καὶ τὸ μὴ ἔχειν τὴν καρδίαν ὑμῶν πρὸς τὸν κύριον. 10. ἀποκριθεὶς αὐτῷ πάλιν εἶπον· Ἀλλ' ἀπὸ σοῦ, κύριε, ἀκριβέστερον αὐτὰ γνωσόμεθα.

11. Ἄκουε, φησίν, περὶ τῶν τριῶν μορφῶν ὧν ἐπιζητεῖς.

2 *δὲ* Sc GL^2 : > SL^1 | 4 *ἐρωτῆσαι* G | 5 *περσυνη* S | 6 *ἑτέρᾳ* : *βα* G | 8 *ἦν* > G | *ἢ τὸ πρ.* GLA : *το προσωπον* S | 9 *εὐπρεπεστάτη* G | 11 *συμψ.* + *δὲ* G | 13 *μοι* > G | 14 *λήψῃ* G, similiter semper | 14/15 *παρὰ τ. κ.* : *παρ' ἡμῶν* G | 15 *καὶ* Sc G L^{2}A : > S L^1 | 16 *μοι* pr SL^1 : > GL^2 | *τί* GL^{1}A : *οτι* SL^2 | *αιτισαι* S | 17 *ἐν δ.* : *ἐνδεῶν* G | *βλάψεις* G | 18 *δύνῃ* : *δεύῃ* G | 19 *ἀποκαλύψεως* G | *ὧν ἑ. ἰδεῖν* : *ἰδεῖν ὃν ἑ.* G | 21 *ἵνα* SL : + *μοι ἡ* GA | 24 *ἀπὸ* S : *ὑπὸ* G | 25 *αὐτὰς* G | 26 *τριῶν* Sc G : > SLA

10, 2. *τ. τριῶν μορφῶν*] Cf. v. 9; c. 11, 1. Apparet hic, visiones arte inter se cohaerere. Inde, quod tres figurae priores iam hic explicantur, non est colligendum, sequentem visionem sibi constare. Cf. Zahn l. c. p. 285 sqq.

3. Hunc versum et sequentes respexit Hieronymus In Os. 7, 9 scribens: Unde et in libro Pastoris, si

rim. Horum faciem non vidi, quia aversi erant. 2. Euntem autem illam rogabam, ut mihi revelaret de tribus figuris, in quibus mihi apparuerat. Respondens mihi dicit: De his alias oportet te interrogare, ut tibi reveletur. 3. Visa autem est mihi, fratres, prima visione annotina valde anus et in cathedra sedens. 4. Altera autem visione faciem iuvenilem habebat, carnem et capillos aniles, et stans mihi loquebatur; hilarior autem erat quam ante. 5. Tertia visione tota erat iuvenis et specie excellentissima, capillos solos aniles habebat; hilaris autem perpetuo fuit et super subsellium sedens. 6. De his maestus eram valde, ut cognoscerem revelationem istam. Et video anum in visione noctis dicentem mihi: Omni rogationi humilitate opus est; ieiuna igitur, et accipies, quod quaeris a domino. 7. Ieiunavi ergo unum diem, et ipsa nocte apparuit mihi iuvenis et dicit mihi: Quid tu confestim petis revelationes in oratione? Vide, ne forte multa petens noceas carni tuae. 8. Sufficiunt tibi revelationes istae. Numquid potes fortiores revelationes quam quas vidisti videre? 9. Respondens ei dico: Domine, hoc solum peto, de tribus figuris anus ut revelatio perfecta fiat. Respondens mihi ait: Usquequo insensati estis? Sed dubietates vestrae vos insensatos reddunt et quod non habetis cor vestrum ad dominum. 10. Respondens ei rursum dixi: Sed a te, domine, accuratius ea cognoscemus.

11. Audi, inquit, de tribus figuris, quas inquiris. 2. Prima

cui tamen placet illius recipere lectionem, Hermae primum videtur Ecclesia cano capite, deinde adolescentula et sponsa crinibus adornata.

4. *ὄψιν ν.*] In visione secunda ipsa facies Ecclesiae non est descripta.

5. *ὅλη νεωτέρα κτλ.*] In tertia quoque visione H. hoc demum loco faciem Ecclesiae describit. — *τρίχας πρεσβυτέρας*] In quarta visione etiam hoc senectutis vestigium evanuit. Cf. Vis. IV, 2, 1.

6. *ταπεινοφροσύνης*] Cf. Antioch. Hom. 106: *χωρὶς δὲ ταπεινοφροσύνης οὐκ ἔστιν εὐπρόσδεκτον γενέσθαι προσευχήν.* — *νήστευσον κτλ.*] Cf. Tert. De ieiun. c. 7: Etiam sacramentorum agnitionem ieiunia de Deo merebuntur.

7. *ὑπὸ χεῖρα*] Cf. Vis. V, 5; Mand. IV, 3, 6.

9. *ἔχειν τ. καρδίαν κτλ.*] Memineris Praefationis Missae, ubi sacerdos orat: *Ἄνω τὸν νοῦν* (Constit. apost. VIII, 12) vel: *Ἄνω ἡμῶν τὰς καρδίας* (Lit. Marci) vel: *Ἄνω σχῶμεν τὸν νοῦν καὶ τὰς καρδίας* (Lit. Iacobi), et populus respondet: *Ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον.*

2. τῇ μὲν πρώτῃ ὁράσει διατί πρεσβυτέρα ὤφθη σοι καὶ ἐπὶ καθέδραν καθημένη; ὅτι τὸ πνεῦμα ὑμῶν πρεσβύτερον καὶ ἤδη μεμαραμμένον καὶ μὴ ἔχον δύναμιν ἀπὸ τῶν μαλακιῶν ὑμῶν καὶ διψυχιῶν· 3. ὥσπερ γὰρ οἱ πρεσβύτεροι, μηκέτι ἔχοντες ἐλπίδα τοῦ ἀνανεῶσαι, οὐδὲν ἄλλο προσδοκῶσιν εἰ μὴ τὴν κοίμησιν αὐτῶν, οὕτως καὶ ὑμεῖς μαλακισθέντες ἀπὸ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων παρεδώκατε ἑαυτοὺς εἰς τὰς ἀκηδίας καὶ οὐκ *ἐπερίψατε ἑαυτῶν τὰς μερίμνας ἐπὶ τὸν κύριον*· ἀλλὰ ἐθραύσθη ὑμῶν ἡ διάνοια καὶ ἐπαλαιώθητε ταῖς λύπαις ὑμῶν. 4. Διατί οὖν ἐν καθέδρᾳ ἐκάθητο, ἤθελον γνῶναι, κύριε. Ὅτι πᾶς ἀσθενὴς εἰς καθέδραν καθέζεται διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ, ἵνα συνκρατηθῇ ἡ ἀσθένεια τοῦ σώματος αὐτοῦ. ἔχεις τὸν τύπον τῆς πρώτης ὁράσεως.

12. Τῇ δὲ δευτέρᾳ ὁράσει εἶδες αὐτὴν ἑστηκυῖαν καὶ τὴν ὄψιν νεωτέραν ἔχουσαν καὶ ἱλαρωτέραν παρὰ τὸ πρότερον, τὴν δὲ σάρκα καὶ τὰς τρίχας πρεσβυτέρας. ἄκουε, φησίν, καὶ ταύτην τὴν παραβολήν· 2. ὅταν πρεσβύτερός τις, ἤδη ἀφηλπικὼς ἑαυτὸν διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ καὶ τὴν πτωχότητα, οὐδὲν ἕτερον προσδέχεται εἰ μὴ τὴν ἐσχάτην ἡμέραν τῆς ζωῆς αὐτοῦ· εἶτα ἐξαίφνης κατελείφθη αὐτῷ κληρονομία, ἀκούσας δὲ ἐξηγέρθη καὶ περιχαρὴς γενόμενος ἐνεδύσατο τὴν ἰσχὺν καὶ οὐκέτι ἀνακεῖται, ἀλλὰ ἕστηκεν, καὶ ἀνανεοῦται αὐτοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἤδη ἐφθαρμένον ἀπὸ τῶν προτέρων αὐτοῦ πράξεων, καὶ οὐκέτι κάθηται, ἀλλὰ ἀνδρίζεται· οὕτως καὶ ὑμεῖς, ἀκούσαντες τὴν ἀποκάλυψιν, ἣν ὑμῖν ὁ κύριος ἀπεκάλυψεν. 3. ὅτι ἐσπλαγχνίσθη ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἀνενεώσατο τὰ πνεύματα ὑμῶν καὶ ἀπέθεσθε τὰς μαλακίας ὑμῶν, καὶ προσῆλθεν ὑμῖν ἰσχυρότης καὶ ἐνεδυναμώθητε ἐν τῇ πίστει, καὶ ἰδὼν ὁ κύριος τὴν ἰσχυροποίησιν ὑμῶν ἐχάρη· καὶ διὰ τοῦτο ἐδήλωσεν ὑμῖν τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου καὶ ἕτερα δηλώσει, ἐὰν ἐξ ὅλης καρδίας *εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς*.

1/2 *καθέδρας* G | 2/3 *μεμαρασμένον* G | 3 *μαλ.* : *ἁμαρτιῶν* G | *καὶ* + *τῶν* G | 4 *γὰρ οἱ* > G | 5 *προσδέχονται* G | *κόμην* G | 6 *μαλακ.* > G 7 *παραδεδώκατε* G | 9 *ἐπαλ.* : *ἐπορεύθητε* G | 9/10 *ἐπὶ καθέδρας καθίζει* G 16 *ἤδη ἀφ.* : *ἀπελπι . .* G | 18 *τὴν — ζωῆς* GLA : *την ημεραν τησ εσχατησ ζωησ* S | 19 *κλῆρος* G | 20 *οὐκέτι ἀνακ.* : *οὐκ ἐπανάκειται* G | 21/22 *ἀπὸ τ. πρ. αὐτοῦ πρ.* : . . . . . *ἐκ τοῦ* (?) *πρα⁀* G | 24 *ἀνανεώσατε* G | 24/25 *τὰ πν.* S cf. 13, 2 : *τὸ πνεῦμα* GL(A) | 26 *ἰσχυρότερον* G | *ἐνεδυνα . . .* G, *εδυναμωθητε* S | 27 *ὑμῶν* : *αυτων* S | *ἐδηλοποίησεν* G | *ὑμῖν* : *ϋμων* S | 28 *ἐὰν ἐξ ὅλης* : . . . . G | *καρδίαις* G(L²) | 29 *εἰρηνεύετε* (*-ται*) S : *εἰρηνεύητε* G

visione quare anus tibi apparuit et in cathedra sedens? Quoniam spiritus vester senior erat et iam fatigatus neque virtutem habebat ob luxurias vestras et dubietates. 3. Sicut enim seniores, non habentes spem renovandi, nihil aliud exspectant nisi dormitionem suam, ita et vos infirmati saecularibus negotiis tradidistis vos socordiae neque *proiecistis curas vestras super dominum;* sed obtusus est sensus vester et tristitiis vestris facti estis veteres. 4. Quare igitur in cathedra sedisset, volebam cognoscere, domine. Quoniam omnis infirmus in cathedra sedet propter infirmitatem suam, ut contineatur infirmitas corporis sui. Habes figuram primae visionis.

12. Secunda autem visione vidisti eam stantem et faciem iuvenilem habentem et hilariorem quam ante, carnem vero et capillos aniles. Audi, inquit, et hanc similitudinem. 2. Cum senior aliquis, iam desperans de se propter imbecillitatem suam et paupertatem, nihil aliud exspectat nisi extremum diem vitae suae; deinde subito hereditatem consecutus nuntio accepto exsurgit hilarisque factus induit se fortitudine et iam non iacet, sed stat, eiusque spiritus prioribus laboribus iam consumptus renovatur, et iam non sedet, sed viriliter agit: ita et vos audientes revelationem, quam dominus vobis revelavit. 3. Quoniam misertus est vestri, et renovati sunt spiritus vestri et deposuistis infirmitates vestras, et accessit vobis fortitudo et confirmati estis in fide, et visa fortitudine vestra dominus gavisus est; et propter hoc manifestavit vobis aedificationem turris atque alia revelabit, si ex toto corde *pacem habetis inter vos.*

7 Ps. 54, 23 cf. I Petr. 5, 7.

11, 2. πρεσβυτέρα] Cf. IV Esr. 5, 50 sqq. — ὅτι τ. πνεῦμα κτλ.] Aliam senectutis Ecclesiae causam exhibuit Hermas Vis. II, 4, 1.

3. ἀκηδίας] Cassianus Instit. X, 1: Sextum nobis certamen est, quod Graeci ἀκηδίαν vocant, quam nos taedium sive anxietatem cordis possumus nuncupare.

12, 1. Ecclesia de visione certior facta socordiam priorem deposuit et ad virtutem rediit. Cf. v. 2. Zahn l. c. p. 289.

2. ἐνεδύσατο τ. ἰσχύν] Cf. Ies. 51, 9; 52, 1; Ps. 92, 1.

3. ἐνεδυναμώθητε] Cf. Mand. V, 2, 8; XII, 5, 1; 6, 4 etc. II Tim. 2, 1.

13. Τῇ δὲ τρίτῃ ὁράσει εἶδες αὐτὴν νεωτέραν καὶ καλὴν καὶ ἱλαρὰν καὶ καλὴν τὴν μορφὴν αὐτῆς· 2. ὡς ἐὰν γάρ τινι λυπουμένῳ ἔλθῃ ἀγγελία ἀγαθή τις, εὐθὺς ἐπελάθετο τῶν προτέρων λυπῶν καὶ οὐδὲν ἄλλο προσδέχεται εἰ μὴ τὴν ἀγγελίαν, ἣν ἤκουσεν, καὶ ἰσχυροποιεῖται λοιπὸν εἰς τὸ ἀγαθὸν καὶ ἀνανεοῦται αὐτοῦ τὸ πνεῦμα διὰ τὴν χαράν, ἣν ἔλαβεν· οὕτως καὶ ὑμεῖς ἀνανέωσιν εἰλήφατε τῶν πνευμάτων ὑμῶν ἰδόντες ταῦτα τὰ ἀγαθά. 3. καὶ ὅτι ἐπὶ συμψελίου εἶδες καθημένην, ἰσχυρὰ ἡ θέσις, ὅτι τέσσαρας πόδας ἔχει τὸ συμψέλιον καὶ ἰσχυρῶς ἕστηκεν· καὶ γὰρ ὁ κόσμος διὰ τεσσάρων στοιχείων κρατεῖται. 4. οἱ οὖν μετανοήσαντες ὁλοτελῶς νέοι ἔσονται καὶ τεθεμελιωμένοι, οἱ ἐξ ὅλης καρδίας μετανοήσαντες. ἀπέχεις ὁλοτελῆ τὴν ἀποκάλυψιν, μηκέτι μηδὲν αἰτήσεις περὶ ἀποκαλύψεως· ἐάν τι δὲ δέῃ, ἀποκαλυφθήσεταί σοι.

Ὅρασις δ',

1. ἣν εἶδον, ἀδελφοί, μετὰ ἡμέρας εἴκοσι τῆς προτέρας ὁράσεως τῆς γενομένης, εἰς τύπον τῆς θλίψεως τῆς ἐπερχομένης. 2. ὑπῆγον εἰς ἀγρὸν τῇ ὁδῷ τῇ καμπανῇ. ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς δημοσίας ἐστὶν ὡσεὶ στάδια δέκα· ῥᾳδίως δὲ ὁδεύεται ὁ τόπος. 3. μόνος οὖν περιπατῶν ἀξιῶ τὸν κύριον, ἵνα τὰς ἀποκαλύψεις καὶ τὰ ὁράματα, ἅ μοι ἔδειξεν διὰ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας αὐτοῦ, τελειώσῃ, ἵνα με ἰσχυροποιήσῃ καὶ δῷ τὴν μετάνοιαν τοῖς δούλοις αὐτοῦ τοῖς ἐσκανδαλισμένοις, ἵνα *δοξασθῇ τὸ ὄνομα αὐτοῦ τὸ μέγα* καὶ ἔνδοξον, ὅτι με ἄξιον ἡγήσατο τοῦ δεῖξαί μοι τὰ θαυ-

2 *καλὴν τ. μ. αὐτῆς* > G | 3 *εὐθέως* G | 5 *λ. εἰς τὸ ἀγ.* : *λοιποὺς εἰς τὰ ἀγαθὰ* G | *ἀνανεοποιεῖται* G | 7 *ἐλάβετε* G | 11 *οἱ* GL^1A : > SL^2 | 13 *αἰτήσῃς* G | *περὶ ἀποκ.* GL^1A : > SL^2 | *δέ τι* G | 16 *ἣν* S(L^1) : *ὅρασιν ἣν* GL^2A | 17 *εἰς — ἐπερχ.* > S | *τῆς θλ. τ. ἐπ.* L^1A(L^2) : *τῶν θλίψεων τῶν ἐπερχομένων* G | 18 *καμπύλῃ* G | 18/19 *δημοσίας* SL^2 : + *εἰς τὸν ἀγρὸν* G(L^1) | 19 *ἐστιν* GL : + *δε* SA | *ὡς* G | *ῥᾳδίως* SG : raro (*σπανίως*) L, vasta A | *δ'* G | 20 *οὖν* Sc : *δὲ* GL^2, > SL^1 | *ἀξιῶ* : *και αξιων* S | 22 *με* G : *μοι* S | *δώῃ* G | *μετάνοιαν* : *μετάληψιν* G, + *πᾶσι* GL^1A | 24 *μοι* > G

13, 4. *ἀποκαλυφθήσεται*] Cf. Philipp. 3, 15.

IV, 1, 1. In hac visione Hermas magnam tribulatiorem futuram cernit, quam iam Vis. II, 2, 7; 3, 4 indicavit.

2. *εἰς ἀγρόν*] i. e. in agrum meum (cf. Vis. III, 1, 2), qui a via publica circiter decem stadia aberat. De articulo deficiente cf. Winer § 19, 1.

13. Tertia autem visione vidisti eam iuvenem et pulcram et hilarem et pulcram speciem eius. 2. Sicut enim, si alicui tristi venerit nuntius aliquis bonus, statim oblitus est priorum tristitiarum nihilque aliud exspectat nisi nuntium, quem audivit, et confortatur deinceps in bono et renovatur eius spiritus propter gaudium, quod accepit: ita et vos renovationem accepistis spirituum vestrorum videntes haec bona. 3. Et quoniam super subsellium vidisti sedentem, fortis positio, quia quatuor pedes habet subsellium et fortiter stat; nam et mundus per quatuor elementa continetur. 4. Qui igitur perfecte paenitentiam egerint, novi erunt et fundati, ii, qui ex toto corde paenitentiam egerint. Habes perfectam revelationem, nec quidquam amplius quaeras de revelatione; sin autem quid necesse fuerit, revelabitur tibi.

Visio IV,

1. quam vidi, fratres, diebus viginti post priorem visionem, in figuram tribulationis advenientis. 2. Ibam in agrum in via campana. A via publica abest fere stadia decem; facile autem iter fit per locum istum. 3. Solus ergo ambulans rogo dominum, ut revelationes ac visiones, quas mihi ostendit per sanctam Ecclesiam suam, perficiat, ut me confortet ac det paenitentiam servis suis, qui peccaverunt, ut *glorificetur nomen ipsius magnum* et gloriosum, quod me dignum existimavit, cui

23 Ps. 85, 9. 12; 98, 3.

— τ. καμπανῇ] Priores interpretes hanc vocem de via Appia vel Domitiana intellexerunt, quia illae viae Cumas ducunt, quod in oppidum Hermas Vis. I, 1, 3; II, 1, 1 se profectum esse dixit. Eadem ex ratione Harnack de via Campana cogitavit, quae Capua Puteolos ducit. Cum autem h. l. τῇ ὁδῷ τῇ καμπανῇ ἡ ὁδὸς ἡ δημοσία opponatur, Zahn (l. c. p. 84—86; cf. G. G. A. 1878 p. 42) recte mihi statuisse videtur, τὴν ὁδὸν τὴν καμπανὴν esse viam campanam (germanice *Feldstrasse* vel *Nebenstrasse*), quae in dextera Tiberis ripa (in sinistra erat via Ostiensis) Roma Portum ducebat et posteriori tempore sub nomine viae Portuensis via publica (germanice *Staats-* vel *Hauptstrasse*) facta est. — τ. δημοσίας] i. e. viae Aureliae. Errare videntur, qui τὴν ὁδὸν τὴν δημοσίαν eandem viam esse ac τὴν καμπανὴν contendunt. Si ita esset, auctor τῆς καμπανῆς repetiisset aut simpliciter τῆς ὁδοῦ scripsisset.
3. ἐσκανδαλισμένοις] Cf. Mand. VIII, 10.

φῶνος ἐκπορευομένη, ὅλη ἐν λευκοῖς καὶ ὑποδήμασιν λευκοῖς, κατακεκαλυμμένη ἕως τοῦ μετώπου, ἐν μίτρᾳ δὲ ἦν ἡ κατακάλυψις αὐτῆς· εἶχεν δὲ τὰς τρίχας αὐτῆς λευκάς. 2. ἔγνων ἐγὼ ἐκ τῶν προτέρων ὁραμάτων, ὅτι ἡ Ἐκκλησία ἐστίν, καὶ ἱλαρώτερος ἐγενόμην. ἀσπάζεταί με λέγουσα· Χαῖρε σύ, ἄνθρωπε. καὶ ἐγὼ αὐτὴν ἀντησπασάμην· Κυρία, χαῖρε. 3. ἀποκριθεῖσά μοι λέγει· Οὐδέν σοι ἀπήντησεν; λέγω αὐτῇ· Κυρία, τηλικοῦτο θηρίον, δυνάμενον λαοὺς διαφθεῖραι· ἀλλὰ τῇ δυνάμει τοῦ κυρίου καὶ τῇ πολυσπλαγχνίᾳ αὐτοῦ ἐξέφυγον αὐτό. 4. Καλῶς ἐξέφυγες, φησίν, ὅτι *τὴν μέριμνάν σου ἐπὶ τὸν θεὸν ἐπέριψας* καὶ τὴν καρδίαν σου ἤνοιξας πρὸς τὸν κύριον, πιστεύσας, ὅτι δι' οὐδενὸς δύνῃ σωθῆναι εἰ μὴ διὰ τοῦ μεγάλου καὶ ἐνδόξου ὀνόματος. διὰ τοῦτο ὁ κύριος ἀπέστειλεν τὸν ἄγγελον αὐτοῦ τὸν ἐπὶ τῶν θηρίων ὄντα, οὗ τὸ ὄνομά ἐστιν Θεγρί, *καὶ ἐνέφραξεν τὸ στόμα αὐτοῦ, ἵνα μή σε λυμάνῃ*. μεγάλην θλῖψιν ἐκπέφευγας διὰ τὴν πίστιν σου καὶ ὅτι τηλικοῦτο θηρίον ἰδὼν οὐκ ἐδιψύχησας· 5. ὕπαγε οὖν καὶ ἐξήγησαι τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ κυρίου τὰ μεγαλεῖα αὐτοῦ καὶ εἰπὲ αὐτοῖς, ὅτι τὸ θηρίον τοῦτο τύπος ἐστὶν θλίψεως τῆς μελλούσης τῆς μεγάλης· ἐὰν οὖν προετοιμάσησθε καὶ μετανοήσητε ἐξ ὅλης καρδίας ὑμῶν πρὸς τὸν κύριον, δυνήσεσθε ἐκφυγεῖν αὐτήν, ἐὰν ἡ καρδία ὑμῶν γένηται καθαρὰ καὶ ἄμωμος καὶ τὰς λοιπὰς τῆς ζωῆς ἡμέρας ὑμῶν δουλεύσητε τῷ κυρίῳ ἀμέμπτως. *ἐπιρίψατε τὰς*

1 *καὶ ὑποδ. λευκοῖς* > G | 2 *κεκαλυμμένη* G | *ἦν* > G | 3 *τρίχας αὐτῆς* G(LA) : *χιρασ* S | *ἐκ* : *ἀπὸ* G | 5 *κἀγὼ* G | 7 *ὑπήντησε* G | *τηλικοῦτον* G, sic semper | 9 *πολλῇ εὐσπλ.* G | 11 *τὸν* > G | 12 *μεγάλου* GLA : *αγιου αγγελου* S | 12/13 *ὁ κύριος* > S | 13 *ὄντα* > G | 14 *Θεγρὶ* GL[2] : *θεγει* S, *θεγρει* Sc, Tegeri A, Hegrin L[1], *Σεγρὶ* Harmer | 15 *λυμήνῃ* G | *μ. θλῖψιν ἐκπ.* : *καὶ μ. λύμην ἐξέφυγες* G | 16 *καὶ* pr > GA | 17 *τοῦ* > G | *εἶπον* G | 21 *ὑμῶν* > G | 22 *επιριψαντεσ* SA

4. *τὸν ἐπὶ τ. θηρίων*] In Apocalypsi Ioannis commemorantur 7, 1 *ἄγγελοι ἑστῶτες ἐπὶ τὰς τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς*, 14, 18 *ἄγγελος ἔχων ἐξουσίαν ἐπὶ τοῦ πυρός*, 16, 5 *ἄγγελος τῶν ὑδάτων*, in Apoc. Henoch 20, 5 Michael positus supra optimam partem hominum; 20, 7 Gabriel positus supra serpentes et supra paradisum et supra Cherubim vel (40, 9) supra omnes virtutes etc. — *Θεγρί*] Cf. Apoc. 9, 11: *ἄγγελος Ἀβαδδών*. Hieronymus nomen *Tyri* invenit, in Habac. 1, 14 scribens: Ex quo liber ille apocryphus stultitiae condemnandus est, in quo scriptum est, quemdam angelum nomine Tyri praeesse reptilibus. Considerans Dan. 6, 22 verbo *ἐνέφραξε* respondere verbum סגר, Rendel Harris in *Johns*

lamo procedens, tota in albis et calceamentis albis, velata usque ad frontem et in mitra erat velamentum eius; habebat autem capillos albos. 2. Cognovi ego e prioribus visionibus, eam esse Ecclesiam, et hilarior factus sum. Salutat me dicens: Ave tu, homo; et ego eam resalutavi: Domina, ave. 3. Respondens mihi ait: Nihilne tibi occurrit? Dico ei: Domina, tanta bestia, quae posset populos consumere; sed virtute domini et magna eius misericordia effugi eam. 4. Bene effugisti, inquit, quoniam *sollicitudinem tuam in deum proiecisti* et cor tuum aperuisti ad dominum, credens, per nullum te posse salvari nisi per magnum et gloriosum nomen. Propterea dominus misit angelum suum, qui super bestias est, cuius nomen est Tegri, *et clausit os eius, ne te consumeret.* Magnam tribulationem effugisti propter fidem tuam et quoniam tantam bestiam videns non fuisti dubius. 5. Vade ergo et enarra electis domini magnalia eius et dic iis, bestiam istam figuram esse tribulationis futurae magnae; si ergo praeparaveritis vos et paenitentiam feceritis ex toto corde vestro ad dominum, poteritis effugere eam, si cor vestrum fuerit mundum et immaculatum et reliquos vitae vestrae dies servieritis domino sine vituperatione. *Proicite sollicitu-*

10 Ps. 54, 23. — 10 Ps. 61, 9. — 11 Act. 4, 12. — 14 Dan. 6, 22 cf. Hebr. 11, 33. — 22 Ps. 54, 23.

Hopkins University Circular 1884 April. (cf. *Theol. Litteraturzeitung* 1885 p. 146. Ehrhard, *Die altchristl. Litteratur* 1900 p. 101) censuit, Hermam scripsisse Σεγρί, et Harmer hanc vocem recepit. Non est autem verisimile, neque ex illo verbo nomen proprium exortum esse neque Hermam nomen formasse. Itaque vox tradita quamvis obsura retinenda est. Ceteroquin F. Delitzsch Adolpho Harnack haec communicavit: Si sumi possit, Hermam nomen angeli illius ex angelologia iudaica hausisse, quae angelos maris, pluviae, grandinis etc. finxit iisque nomina commentitia indidit, *Θεγρί* idem est quod תִּגְרִי (תַּגְרִי) *instimulator* h. e. angelus, qui bestias (contra homines) instimulat atque, si velit, etiam domat (Taggar = dissidium, discordia; cum î = tigrî, quod bene transscripsit H.: θεγρί). Kabbala unum de Sephiris mundi inferioris, qui superioris quasi cortex est, תגרינון (θεγρίνων) nuncupat, quia (ut perhibet Lexicon Kabbalae. Lembergae 1870 fol.) parata est ad concitandam rixam inter reges. Eadem Sephira שחל nominatur ex Ps. 91, 13 atque docetur, eam vinci nomine divino undeviginti litterarum ex illo Psalmo petito. Talmudicum מגרים (Cf. Buxtorfii lexicon chald. col. 856) huc non pertinet; est enim leonis elamatici!

μερίμνας ὑμῶν ἐπὶ τὸν κύριον, καὶ αὐτὸς κατορθώσει αὐτάς. 6. πιστεύσατε τῷ κυρίῳ, οἱ δίψυχοι, ὅτι πάντα δύναται καὶ ἀποστρέφει τὴν ὀργὴν αὐτοῦ ἀφ' ὑμῶν καὶ ἐξαποστέλλει μάστιγας ὑμῖν τοῖς διψύχοις. οὐαὶ τοῖς ἀκούσασιν τὰ ῥήματα ταῦτα καὶ παρακούσασιν· αἱρετώτερον ἦν αὐτοῖς τὸ μὴ γεννηθῆναι.

3. Ἠρώτησα αὐτὴν περὶ τῶν τεσσάρων χρωμάτων ὧν εἶχεν τὸ θηρίον εἰς τὴν κεφαλήν. ἡ δὲ ἀποκριθεῖσά μοι λέγει· Πάλιν περίεργος εἶ περὶ τοιούτων πραγμάτων. Ναί, φημί, κυρία· γνώρισόν μοι, τί ἐστιν ταῦτα. 2. Ἄκουε, φησίν· τὸ μὲν μέλαν οὗτος ὁ κόσμος ἐστίν, ἐν ᾧ κατοικεῖτε· 3. τὸ δὲ πυροειδὲς καὶ αἱματῶδες, ὅτι δεῖ τὸν κόσμον τοῦτον δι' αἵματος καὶ πυρὸς ἀπόλλυσθαι· 4. τὸ δὲ χρυσοῦν μέρος ὑμεῖς ἐστὲ οἱ ἐκφυγόντες τὸν κόσμον τοῦτον. ὥσπερ γὰρ *τὸ χρυσίον δοκιμάζεται διὰ τοῦ πυρὸς καὶ* εὔχρηστον γίνεται, οὕτως καὶ ὑμεῖς δοκιμάζεσθε οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτοῖς. οἱ οὖν μείναντες καὶ πυρωθέντες ὑπ' αὐτῶν καθαρισθήσεσθε. ὥσπερ τὸ χρυσίον ἀποβάλλει τὴν σκωρίαν αὐτοῦ, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀποβαλεῖτε πᾶσαν λύπην καὶ στενοχωρίαν, καὶ καθαρισθήσεσθε καὶ χρήσιμοι ἔσεσθε εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου. 5. τὸ δὲ λευκὸν μέρος ὁ αἰὼν ὁ ἐπερχόμενός ἐστιν, ἐν ᾧ κατοικήσουσιν οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ· ὅτι ἄσπιλοι καὶ καθαροὶ ἔσονται οἱ ἐκλελεγμένοι ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς ζωὴν αἰώνιον. 6. σὺ οὖν μὴ διαλίπῃς λαλῶν εἰς τὰ ὦτα τῶν ἁγίων. ἔχετε καὶ τὸν τύπον τῆς θλίψεως τῆς ἐρχομένης μεγάλης. ἐὰν δὲ ὑμεῖς θελήσητε, οὐδὲν ἔσται. μνημονεύετε τὰ προγεγραμμένα. 7. ταῦτα εἴπασα ἀπῆλθεν, καὶ οὐκ εἶδον, ποίῳ τόπῳ ἀπῆλθεν· ψόφος γὰρ ἐγένετο· κἀγὼ ἐπεστράφην εἰς τὰ ὀπίσω φοβηθείς, δοκῶν, ὅτι τὸ θηρίον ἔρχεται.

2 *δυνατι (-τεῖ)* S | 2/3 *ἀποστρεφει* S (*-φι*) L^2 : *-στρέψει* GA, avertere L^1 | 3 *ἐξαποστέλλει (-λι)* S : mittet L^{2}A, *ἀποστεῖλαι* GL^1 | *ὑμῖν* > GA | 5 *γεγενῆσθαι* G | 6 *ἠρώτησα* SL^1 : *καὶ ἠρ.* GL^{2}A | 10/11 *εματωϊδεσ* S | 11 *δεῖ* > S | 11/12 *ἀπολέσθαι* G | 12 *ἐστὲ* > S | *ἐκφεύγοντες* G(L^2) | 14 *γίνεται* : *ἐστιν* G | 15 *αὐτοῖς* SL^1(L^2) : *αὐτῷ* GA | *ἐμμείναντες* G | *αὐτῶν* SL^1 : *αὐτοῦ* GA(L^2) | 16 *τὸ* > S | *σκωρέαν* G | 17 *ἀποβαλεῖσθε* G | 19 *ἐρχόμενος* G | *ἐστιν* > S | 19/20 *κατοικουσιν* S | 20 *θεοῦ* : *κυρίου* G | 20/21 *ὅτι — θεοῦ* > S | 22 *λαλῶν* : *ταῦτα λαλεῖν* G | *καὶ τὸν* G(L) : > S(A) | 23 *ἐρχ.* + *τῆς* G | 24 *ἔστι* G | *τῶν προγεγραμμένων* G | *εἴπασα* S : *ειπουσα* Sc, *εἰκοῦσα* G | 25 *ψόφος* GL^{1}A : *νεφοσ* SL^2 | 26 *εἰς τὰ* G >

dines vestras in dominum, et ipse diriget eas. 6. Credite domino, dubii, omnia eum posse et avertere iram suam a vobis et emittere flagella vobis, qui dubii estis. Vae illis, qui audiunt haec verba et contemnunt; melius erat iis, si non essent nati.

3. Interrogavi eam de quatuor coloribus, quos habuit bestia in capite. Illa autem respondens ait mihi: Iterum curiosus es de huiusmodi rebus. Etiam, inquam, domina; manifesta mihi, quae sint haec. 2. Audi, inquit; nigrum hic mundus est, in quo habitatis; 3. igneum et sanguineum, quod hunc mundum oportet per sanguinem et ignem perire; 4. aurea pars vos estis, qui effugistis hunc mundum. Sicut enim *aurum probatur per ignem,* et utile fit, ita et vos probamini, qui habitatis inter illos. Qui igitur permanseritis et igne probati fueritis ab iis, purificabimini. Sicut aurum dimittit sordem suam, ita et vos dimittetis omnem tristitiam et angustiam, et purificabimini et utiles eritis ad aedificationem turris. 5. Alba vero pars saeculum venturum est, in quo habitabunt electi dei, quoniam immaculati et mundi erunt, qui electi sunt a deo in vitam aeternam. 6. Tu ergo ne desinas loqui in auribus sanctorum. Habetis etiam figuram tribulationis venturae magnae. Si autem vos volueritis, nihil erit. In mente habete, quae ante scripta sunt. 7. Quae cum dixisset, abiit, neque vidi, quo loco abiit; strepitus enim factus est. Et ego me converti retro metuens, putans bestiam venire.

5 Matth. 26, 24; Marc. 14, 21. — 12 II Petr. 2, 20. — 13 I Petr. 1, 7 cf. Sirach 2, 5; Prov. 17, 3; Iob 23, 10.

5. Clem. Al. Strom. IV, 9, 76 p. 596 sq. (*δυν. ἐκφυγεῖν* — *ἄμωμος*). — *κατορθώσει αὐτάς*] S. Scriptura (Ps. 54, 23) pro his vocibus habet: *σε διαθρέψει.*

6. *αἱρετώτερον*] Cf. Dan. 1, 23. — 3. 4. *ἐν αὐτοῖς*] i. e. inter homines huius mundi.

5. *λευκόν*] Clem. Al. Paedag. 1, 6, 40 p. 122: *λευκὴ δὲ ὡς ἡμέρα Χριστοῦ.* — *αἰὼν ὁ ἐπ.*] Cf. Marc. 10, 30; Luc. 18, 30; Matth. 12, 32; Eph. 1, 21; Hebr. 6, 5; II Clem. 6, 3.

6. *οὐδὲν ἔσται*] i. e. non nocebit vobis, sicut Hermae bestia illa non nocuit (Hefele).

7. *ψόφος*] Cf. IV Esr. 10, 26.

Ἀποκάλυψις εʹ.

Προσευξαμένου μου ἐν τῷ οἴκῳ καὶ καθίσαντος εἰς τὴν κλίνην εἰσῆλθεν ἀνήρ τις ἔνδοξος τῇ ὄψει· σχήματι ποιμενικῷ, περικείμενος δέρμα αἴγειον λευκὸν καὶ πήραν ἔχων ἐπὶ τῶν ὤμων καὶ ῥάβδον εἰς τὴν χεῖρα. καὶ ἠσπάσατό με, κἀγὼ ἀντησπασάμην αὐτόν. 2. καὶ εὐθὺς παρεκάθισέν μοι καὶ λέγει μοι· Ἀπεστάλην ὑπὸ τοῦ σεμνοτάτου ἀγγέλου, ἵνα μετὰ σοῦ οἰκήσω τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. 3. ἔδοξα ἐγώ, ὅτι πάρεστιν ἐκπειράζων με, καὶ λέγω αὐτῷ· Σὺ γὰρ τίς εἶ; ἐγὼ γάρ, φημί, γινώσκω, ᾧ παρεδόθην. λέγει μοι· Οὐκ ἐπιγινώσκεις με; Οὔ, φημί. Ἐγώ, φησίν, εἰμὶ ὁ ποιμήν, ᾧ παρεδόθης. 4. ἔτι λαλοῦντος αὐτοῦ ἠλλοιώθη ἡ ἰδέα αὐτοῦ, καὶ ἐπέγνων αὐτόν, ὅτι ἐκεῖνος ἦν, ᾧ παρεδόθην, καὶ εὐθὺς συνεχύθην καὶ φόβος με ἔλαβεν καὶ ὅλος συνεκόπην ἀπὸ τῆς λύπης, ὅτι οὕτως αὐτῷ ἀπεκρίθην πονηρῶς καὶ ἀφρόνως. 5. ὁ δὲ ἀποκριθείς μοι λέγει· Μὴ συγχύννου, ἀλλὰ ἰσχυροποιοῦ ἐν ταῖς ἐντολαῖς μου αἷς σοι μέλλω ἐντέλλεσθαι. ἀπεστάλην γάρ, φησίν, ἵνα ἃ εἶδες πρότερον πάντα σοι πάλιν δείξω, αὐτὰ τὰ κεφάλαια τὰ ὄντα ὑμῖν σύμφορα. πρῶτον πάντων τὰς ἐντολάς μου γράψον καὶ τὰς παραβολάς· τὰ δὲ ἕτερα, καθὼς

1 *ἀποκαλυψις* (*-ψεισ*) S : *ὅρασις* GAL[1] (+ initium pastoris), incipiunt pastoris mandata duodecim L[2] | 2 *οἴκῳ* + *μου* GA | 3 *τις* > GA | 4 *αἴγειον λευκὸν* G cf. Sim. VI, 2, 5: *αἴγειον* A, *λευκον* SL | *τ. ὤμων* SA: *τὸν ὦμον* GL | 7 *ὑπὸ* G : *απο* S | 8 *σου* : *μου* G | 9 *γὰρ* SL[1]A : autem L[2], > Sc G | 12 *ἦν* : *ἐστιν* G | 15 *συγχ.* : *αἰσχύνου* G | 16 *μου* : *κυρίου* G 17 *εἶδες* + *τὸ* G | *πάντα* GLA : *ταυτα* S | 18 *κεφάλαια* : *κατὰ* G | *συμφέροντα* G

V. In editionibus huius scripturae prioribus seu latinis hic liber secundus, qui inscribitur Mandata, initium fecit, et visio quinta tamquam prooemium (cf. v. 5) ei praemissa est.

1. *καθίσαντος εἰς τ. κλ.*] Similiter incipit visio IV Esr. 3, 1. — Tertullianus De orat. c. 12 (al. 16) hunc locum notat, quia nonnulli, qui oratione assignata (i. e. absoluta) sedere solebant, ad eum provocasse videntur, et dicit, verba *cum adorassem et assedissem super lectum* posita esse ad ordinem narrationis, non ad instar disciplinae. — *ἀνήρ τις*] sc. *ἄγγελος τῆς μετανοίας* cf. v. 7. Pastor autem idem erat cum iuvene illo specioso, quem Hermas iam prius (Vis. II, 4, 1; III, 10, 7) viderat et cui traditus erat (cf. v. 3). Cum vero nunc angelus hic habitu pastorali esset indutus, Hermas eum non statim recognovit (Hefele). — *σχήματι ποιμενικῷ*] Animadvertas ve-

Visio V.

Cum orassem domi et consedissem super lectum, intravit vir quidam facie dignitosa, habitu pastorali, amictus pelle caprina alba et peram gestans in humeris et virgam in manu. Et salutavit me, et ego resalutavi eum. 2. Protinusque consedit iuxta me et ait mihi: Missus sum ab angelo venerabilissimo, ut tecum habitem reliquos dies vitae tuae. 3. Putavi ego, ad tentandum me eum venisse, et dico ei: Quisnam es tu? Ego enim, inquam, novi eum, cui traditus sum. Ait mihi: Nonne cognoscis me? Non, inquam. Ego, inquit, sum pastor, cui traditus es. 4. Adhuc eo loquente mutata est figura eius, et cognovi eum illum esse, cui traditus eram, et confestim confusus sum metusque me apprehendit ac totus maerore confectus sum, quod sic ei respondi nequiter et insipienter. 5. Ille autem respondens mihi ait: Noli confundi, sed virtutem concipe animo in mandatis meis, quae tibi daturus sum. Missus sum enim, inquit, ut quae vidisti antea omnia tibi iterum ostendam, ea capitula, quae vobis utilia sunt. Primum omnium mandata mea scribe et similitudines; reliqua autem, sicut ostendero tibi,

lim, veteres Christum velut pastorem bonum habitu pastorali indutum depinxisse (cf. Kraus, *Roma Sotterranea* ed. II 1879 p. 273—276), s. Perpetuam in visione Christum in habitu pastoris conspexisse (Act. Perpet. c.4).

2. *σεμν. ἀγγέλου*] Locutio repetitur Mand. I, 1, 7, cum alias *ὁ ἄγγελος ὁ ἅγιος* vel *ὁ ἔνδοξος* commemoretur (cf. index vocabulorum). Zahn l. c. p. 263—282 in angelo venerabili agnoscit angelum Michaelem (cf. Sim. VIII, 3, 3). Mihi Hermas illa voce potius Christum significare videtur. Cf. Prolegom. c. 5.

3. *παρεδόθης*] Hucusque Hermas de hac re nihil dixit.

5. Clem. Al. Strom. I, 1, 1 p. 316 (*ἵνα ὑπὸ χεῖρα κτλ.*). — *ἕτερα*] Quo *reliqua* referenda sint, quae se Hermae ostensurum promittit, commode colligitur ex codice Palatino. Ibi enim post ultimum Similitudinis IX vocabulum puncto distincto apponitur *ἀμήν*. Quod cum in fine quoque Simil. X ibidem factum sit, non dubito, quin amanuensis libros Mandatorum et Similitudinum illic expletos esse novamque sectionem cum Sim. X incipere ex antiquo apographo absque arbitrio signaverit. Codex quoque Vaticanus id sibi vult. Nam spatium vacuum, quod antecedit Similitudinem X, titulo soli praescribendo amplius est. *Reliqua* ergo habes in Sim. X. Haud male divisio incipere potuisset iam inde a Sim. IX, 1. Sic Dressel. Harnack addit: Verisimile est, Romanos his verbis: *τὰ δὲ ἕτερα, καθὼς σοι δείξω, οὕτως*

σοι δείξω, οὕτως γράψεις· διὰ τοῦτο, φησίν, ἐντέλλομαί σοι πρῶτον γράψαι τὰς ἐντολὰς καὶ παραβολάς, ἵνα ὑπὸ χεῖρα ἀναγινώσκῃς αὐτὰς καὶ δυνηθῇς φυλάξαι αὐτάς. 6. ἔγραψα οὖν τὰς ἐντολὰς καὶ παραβολάς, καθὼς ἐνετείλατό μοι. 7. ἐὰν οὖν ἀκούσαντες αὐτὰς φυλάξητε καὶ ἐν αὐταῖς πορευθῆτε καὶ ἐργάσησθε αὐτὰς ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ, ἀπολήμψεσθε ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὅσα ἐπηγγείλατο ὑμῖν· ἐὰν δὲ ἀκούσαντες μὴ μετανοήσητε, ἀλλ' ἔτι προσθῆτε ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν, ἀπολήμψεσθε παρὰ τοῦ κυρίου τὰ ἐναντία. ταῦτά μοι πάντα οὕτως γράψαι ὁ ποιμὴν ἐνετείλατο, ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας.

Ἐντολὴ α'.

Πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ θεός, ***ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ*** εἶναι *τὰ πάντα* καὶ πάντα χωρῶν, μόνος δὲ ἀχώρητος ὤν. 2. πίστευσον οὖν αὐτῷ καὶ φοβήθητι αὐτόν, φοβηθεὶς δὲ ἐγκράτευσαι. ταῦτα φύλασσε, καὶ ἀποβαλεῖς πᾶσαν πονηρίαν ἀπὸ σεαυτοῦ καὶ

2 *γράψον* G | *καὶ* + *τὰς* G | 3 *αὐτὰς* pr : *αυτα* S | 4 *καὶ* + *τὰς* G 5 *αὐτάς* : *μου* G | 7 *ἀλλ' ἔτι* : *ἀλλὰ* G | 9 *πάντα* > S | *γράψας* G | 12 *ὁ* > G | 14 *ἀχ. ὤν* SG (*ὢν*) A : + qui nec verbo (verbis L[2]) definiri nec mente concipi potest (= *ἀκατονόμαστος καὶ ἀκατάληπτος*) L | 14/15 *π. οὖν αὐτῷ* > G | 15/16 *φοβηθεὶς* — *φύλασσε* > G

γράψεις, nisos saeculo tertio vel quarto nova mandata Hermae callide supposuisse vel provocasse ad talia, ac si re vera exstarent. Huc enim referendum videtur, quod legimus in epistula Ps.-Pii et in Libro pontificali (Vit. Pii), angelum nempe Domini praecepisse Hermae, ut sanctum Pascha die dominica celebraretur.

7. *ὁ ἄγγελος τ. μεταν.*] etiam apud Clementem Al. (Quis dives c. 42 p. 961) nobis occurrit. Cf. Henoch 40, 9: *Et quartus* (sc. angelus), *qui positus est super paenitentiam et spem eorum, qui vitam aeternam hereditant, est Fanuel.* Ibidem habes angelum Rufael, qui positus est supra omnes morbos et supra omnia vulnera filiorum hominum, atque 52, 5; 53, 4; 54, 4; 56, 2; 60, 24 angelum pacis.

I. Summam huius Mandati transscripsit Ps.-Athanasius in Praeceptis ad Antioch. c. 1, quae scriptura (= Ath) in editione Dindorfiana 1857 p. 1—12 brevior (= Ath[1]) et p. 13—39 longior (= Ath[2]) exstat.

1. Iren. Adv. haer. IV, 20, 2 cf. Eus. H. E. V, 8. 7. Orig. De princip. I, 3, 3; II, 1, 5; In Ioann. t. I, 8; XXXII, 9 (ed. Bened. I, 61. 79; IV, 19. 429). Athan. De incarn. verbi c. 3; De decret. Nic. Syn. c. 18; Ep. ad Afros episc. c. 5; Ep. festal. 11 (*Die Festbriefe des h. Athan.* ed. Larsow 1852 p. 217). Nicetas ad Gre-

sic scribes; propterea, inquit, praecipio tibi, ut primum scribas mandata et similitudines, ut subinde legas ea et possis custodire ea. 6. Scripsi igitur mandata et similitudines, sicut praecepit mihi. 7. Quae si audieritis et custodieritis in iisque ambulaveritis atque exercueritis ea mente pura, recipietis a domino, quaecumque pollicitus est vobis; sin vero iis auditis non egeritis paenitentiam, sed adhuc ad delicta vestra adieceritis, recipietis a domino contraria. Haec mihi omnia sic scribere praecepit pastor, nuntius paenitentiae.

Mandatum I.

Primum omnium crede, unum esse deum, qui *omnia creavit et consummavit*, et *ex nihilo fecit omnia*, ut sint, et omnia capit, solus autem incapabilis est. 2. Crede ergo in eum eumque time, timens autem continens esto. Haec custodi, et

12 Eph. 3, 9; Ps. 67, 29. — 13 II Macc. 7, 28 cf. Sap. 1, 14.

gor. Naz. orat. XL (PG 127, 1289). Novatianus De trinit. c. 2 (cf. Prolegom. c. 1). Similia exhibet Praedicatio Petri apud Clem. Al. Strom. VI, 5, 39 p. 759; et haud dubie Theophilus, qui etiam alias notitiam Pastoris prodit (cf. Vis. I, 3, 4; III, 6, 7), hoc Mandatum in mente habuit, scribens Ad Autol. I, 7: *πρὸ παντὸς δὲ προηγείσθω σου ἐν τῇ καρδίᾳ πίστις καὶ φόβος ὁ τοῦ θεοῦ, καὶ τότε συνήσεις ταῦτα*, I, 4: *καὶ τὰ πάντα ὁ θεὸς ἐποίησεν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι*, II, 22: *ὁ μὲν θεὸς καὶ πατὴρ τῶν ὅλων ἀχώρητός ἐστιν καὶ ἐν τόπῳ οὐχ εὑρίσκεται* (cf. I, 5; II, 3). Teste Athanasio etiam Ariani ad hoc Mandatum provocaverunt, ut demonstrarent, filium a patre ex nihilo creatum esse. — *πρῶτον κτλ.*] Cf. Marc. 12, 28. 29; Iac. 2, 18—20. Nonnulli, e. g. Hilgenfeld (*Apost. Väter* p. 165 sq.), ex hoc loco collegerunt, Hermam doctrinam de Deo iudaicam vel iudaeo-christianam professum esse. Sed minus demonstrare vult, unum esse Deum, quam, ut e v. 2 apparet, fidem de uno Deo urget eo consilio, ut ostendat, Deum eiusque mandata et praecepta nobis omnibus rebus anteponenda esse. Cf. Zahn, *Der Hirt* p. 149 sq. — *ὁ κτίσας κτλ.*] Similiter Sim. V 5, 2; VII, 4. Auctor duos locos biblicos coniunxit. — *χωρῶν κτλ.*] Ps.-Augustinus (Vigilius Tapsensis, ut videtur) in Altercatione cum Pascentio c. 15 dicit, verba *qui capit omnia, quem capit nemo*, sollemnem liturgiae africanae formulam fuisse et Arianos vocem *incapabilem* (*ἀχώρητον*) in symbolo inseruisse. Quae vox etiam a Pascentio Ariano cum Augustino disputante adhibitum, in symbolo scripto autem deinde omissum est. Cf. Aug. Ep. 238 ad Pascent. c. 3.

2. *πίστευσον κτλ.*] Cf. Mand. VI—

ἐνδύσῃ πᾶσαν ἀρετὴν δικαιοσύνης καὶ ζήσῃ τῷ θεῷ, ἐὰν φυλάξῃς τὴν ἐντολὴν ταύτην.

Ἐντολὴ β'.

Λέγει μοι· Ἁπλότητα ἔχε καὶ ἄκακος γίνου, καὶ ἔσῃ ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα τὴν πονηρίαν τὴν ἀπολλύουσαν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων. 2. πρῶτον μὲν μηδενὸς καταλάλει μηδὲ ἡδέως ἄκουε καταλαλοῦντος· εἰ δὲ μή, καὶ σὺ ὁ ἀκούων ἔνοχος ἔσῃ τῆς ἁμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος, ἐὰν πιστεύσῃς τῇ καταλαλιᾷ ᾗ ἂν ἀκούσῃς· πιστεύσας γὰρ καὶ σὺ αὐτὸς ἕξεις κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου. οὕτως οὖν ἔνοχος ἔσῃ τῆς ἁμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος. 3. πονηρὰ ἡ καταλαλιά, ἀκατάστατον δαιμόνιόν ἐστιν, μηδέποτε εἰρηνεῦον, ἀλλὰ πάντοτε ἐν διχοστασίαις κατοικοῦν. ἀπέχου οὖν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ εὐθηνίαν πάντοτε ἕξεις μετὰ πάντων. 4. ἔνδυσαι δὲ τὴν σεμνότητα, ἐν ᾗ οὐδὲν πρόσκομμά ἐστιν πονηρόν, ἀλλὰ πάντα ὁμαλὰ καὶ ἱλαρά. ἐργάζου τὸ ἀγαθὸν καὶ ἐκ τῶν κόπων σου ὧν ὁ θεὸς δίδωσίν σοι πᾶσιν ὑστερουμένοις δίδου ἁπλῶς, μὴ διστάζων, τίνι δῷς ἢ τίνι μὴ δῷς. πᾶσιν δίδου· πᾶσιν γὰρ ὁ θεὸς δίδοσθαι θέλει ἐκ τῶν ἰδίων δωρημάτων. 5. οἱ οὖν λαμβάνοντες ἀποδώσουσιν λόγον τῷ θεῷ, διατί ἔλαβον καὶ εἰς τί· οἱ μὲν γὰρ λαμβάνοντες θλιβόμενοι οὐ δικασθήσονται, οἱ δὲ ἐν ὑποκρίσει λαμβάνοντες τίσουσιν δίκην. 6. ὁ οὖν διδοὺς ἀθῷός ἐστιν· ὡς γὰρ ἔλαβεν παρὰ τοῦ κυρίου τὴν διακονίαν τελέσαι, ἁπλῶς αὐτὴν ἐτέ-

1 *δικ.* SL : *καὶ δικαιοσύνην* GA | *ζησησ* S | *φυλάξῃ* G | 4 *ἄκ. γίνου*: *ἄκακον τὸν νοῦν* G | *ἔσο* G | 5 *τὴν πον.* > G Ath | *ἀπόλλουσαν* G Ath | 6 *ἡδέως* : *μηδὲ* G | 7 *ὁ* > G Ath | *ἔσῃ* : *ει* S | 8 *ἐάν* : + *γὰρ* SL² | *πιστεύεις* G | *τῇ κ. ᾗ* : *τησ καταλαλιασ ησ* S | 9 *γὰρ* > SL² | 10 *τῇ ἁμαρτίᾳ* G | 11 *ἡ* > S | *ἀκ. δ. ἐστιν* SL¹ (Ant) : *καὶ ἀκ. δ.* GL²A Ath | 14 *σεμνότητα* : *ὀσφύν σου* G | 15 *ὁμαλὰ . . ἱλαρά* : ∾ S, + *τὰ ἔργα* G | 16 *σου* > S | 18 *ἐκ* G Ant : *απο* S

VIII, ubi *αἱ ἐνέργειαι τῆς πίστεως, τοῦ φόβου καὶ τῆς ἐγκρατείας* describuntur. — *ἐνδύσῃ — δικαιοσύνης*] Cf. Iob 29, 14; Ps. 131, 9; Sap. 5, 9; Eph. 6, 14. — *ζήσῃ τ. θεῷ*] i. e. in regnum Dei intrabis vel ad vitam ingredieris. Cf. Matth. 10, 17; Prov. 14, 27. Phrasis in Mandatis saepissime usurpatur.

II, 1—4. Ps.-Athan. l. c. c. 2 (— *ἱλαρά*). — *ἔσῃ ὡς τ. ν.*] Cf. Sim. IX, 29, 1. 3; 31, 3; Matth. 18, 3; I Cor. 14, 20; I Petr. 2, 2.

2—3. Antioch. Mon. Hom. 29, PG 89, 1530 sq. (— *κατοικοῦν*). — *μηδ. καταλάλει*] Cf. Iac. 4, 11.

3. *δαιμόνιον*] Cf. Sim. IX, 22, 3: 23, 5. Orig. In Ioann. 8, 49 ed. Bened. IV, 355 sq.: *οὐκ ὤκνησαν οὖν καὶ τὰ νομισθέντα ἂν ἐλάχιστα εἶναι*

abicies a te omnem nequitiam et indues omnem iustitiae virtutem et vives deo, si custodieris hoc mandatum.

Mandatum II.

Ait mihi: Simplicitatem tene et innocens esto et eris sicut infantes, qui ignorant nequitiam vitam hominum perdentem. 2. Primum de nemine detrahas neque libenter audias detrahentem; sin autem, et tu, qui audis, particeps eris peccati detrahentis, si fidem habueris detrectationi, quam audis; credens enim et tu ipse habebis contra fratrem tuum. Ita igitur particeps eris peccati detrahentis. 3. Mala detrectatio, instabile daemonium est, numquam in pace consistens, sed in discordiis semper habitans. Abstine igitur ab ea, et pacem habebis cum omnibus. 4. Indue autem gravitatem, in qua nulla offensa est iniqua, sed omnia plana atque laeta. Exerce bonum et de fructibus laborum tuorum, quos deus tibi tribuit, omnibus indigentibus da simpliciter, non dubitans, cui des aut cui non des. Omnibus da; omnibus enim deus dari vult de suis donis. 5. Qui ergo accipiunt, reddent rationem deo, quare acceperint et ad quid; qui enim accipiunt coacti aliqua necessitate, non iudicabuntur; qui vero fallaciter accipiunt, dabunt poenam. 6. Qui igitur dat, innoxius est; sicut enim accepit a domino ministerium implendum, simpliciter id implevit, nihil discernens,

τῶν ἁμαρτημάτων δαιμονίοις προσάψαι οἱ φήσαντες τὴν ὀξυχολίαν δαιμόνιον εἶναι, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν καταλαλιάν. — *εὐθηνίαν*] H. hanc vocem usurpat etiam Mand. V, 1, 2, verbum *εὐθηνεῖν* Mand. V, 2, 3; Sim. IX, 1, 8. Respiciens contextum hoc loco verti *pacem*. Cf. Gen. 41, 29. 31. 34. 47. 48; Dan. 11, 21. 24. Particula versus in memoriam revocat Doctr. apost. 1, 3: *καὶ οὐχ ἕξετε ἐχθρόν*, cumque versus 4—6 haud dubie ex hac scriptura desumpti sint, Hermam eam etiam hoc loco in mente habuisse conicere licet.

4. Antioch. Hom. 98, PG 89, 1731 (*ἐκ τῶν κόπων κτλ.*).

4—6. *πᾶσιν δίδου — ἀθῷός ἐστιν*] Haec Hermas e Doctrina apost. 1, 5 desumpsit. Cf. Funk, *Kirchengeschichtl. Abhandlungen* II (1899), 124—127.

5. Hunc versum auctor Didascaliae apostolorum exscripsit (cf. Didasc. apost. ed. Hauler 1900 p. 53, 25—29) et auctor Constitutionum apost. IV, 3 eum tanquam dictum S. Scripturae repetiit.

6. *διακονίαν*] Habes vocem hoc sensu etiam Sim. I, 9; II, 7; IX, 27, 2. Cf. Act. 6, 1.

λεσεν, μηθὲν διακρίνων, τίνι δῷ ἢ μὴ δῷ. ἐγένετο οὖν ἡ διακονία αὕτη ἁπλῶς τελεσθεῖσα ἔνδοξος παρὰ τῷ θεῷ. ὁ οὖν οὕτως ἁπλῶς διακονῶν τῷ θεῷ ζήσεται. 7. φύλασσε οὖν τὴν ἐντολὴν ταύτην, ὡς σοι λελάληκα, ἵνα ἡ μετάνοιά σου καὶ τοῦ οἴκου σου ἐν ἁπλότητι εὑρεθῇ καὶ ἡ καρδία σου **καθαρὰ καὶ ἀμίαντος**.

Ἐντολὴ γʹ.

Πάλιν μοι λέγει· Ἀλήθειαν ἀγάπα καὶ πᾶσα ἀλήθεια ἐκ τοῦ στόματός σου ἐκπορευέσθω, ἵνα τὸ πνεῦμα, ὃ ὁ θεὸς κατῴκισεν ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ, ἀληθὲς εὑρεθῇ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ οὕτως δοξασθήσεται ὁ κύριος ὁ ἐν σοὶ κατοικῶν· ὅτι ὁ κύριος ἀληθινὸς ἐν παντὶ ῥήματι καὶ οὐδὲν παρ' αὐτῷ ψεῦδος· 2. οἱ οὖν ψευδόμενοι ἀθετοῦσι τὸν κύριον καὶ γίνονται ἀποστερηταὶ τοῦ κυρίου, μὴ παραδιδόντες αὐτῷ τὴν παρακαταθήκην, ἣν ἔλαβον. ἔλαβον γὰρ παρ' αὐτοῦ πνεῦμα ἄψευστον. τοῦτο ἐὰν ψευδὲς ἀποδώσωσιν, ἐμίαναν τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου καὶ ἐγένοντο ἀποστερηταί. 3. ταῦτα οὖν ἀκούσας ἐγὼ ἔκλαυσα λίαν. ἰδὼν δέ με κλαίοντα λέγει· Τί κλαίεις; Ὅτι, φημί, κύριε, οὐκ οἶδα, εἰ δύναμαι σωθῆναι. Διατί; φησίν. Οὐδέπω γάρ, φημί, κύριε, ἐν τῇ ἐμῇ ζωῇ ἀληθὲς ἐλάλησα ῥῆμα, ἀλλὰ πάντοτε πανούργως ἔζησα μετὰ πάντων καὶ τὸ ψεῦδός μου ἀληθὲς ἐπέδειξα παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις· καὶ οὐδέποτέ μοι οὐδεὶς ἀντεῖπεν, ἀλλ' ἐπιστεύθη τῷ λόγῳ μου. πῶς οὖν, φημί, κύριε, δύναμαι ζῆσαι ταῦτα πράξας; 4. Σὺ μέν, φησί, καλῶς καὶ ἀληθῶς φρονεῖς· ἔδει γάρ σε ὡς θεοῦ δοῦλον ἐν ἀληθείᾳ πορεύεσθαι, καὶ πονηρὰν συνείδησιν μετὰ τοῦ πνεύματος τῆς ἀληθείας μὴ κατοικεῖν μηδὲ λύπην ἐπάγειν τῷ πνεύματι τῷ σεμνῷ καὶ ἀληθεῖ. Οὐδέποτε, φημί, κύριε, τοιαῦτα ῥήματα ἀκριβῶς ἤκουσα. 5. Νῦν οὖν, φησίν, ἀκούεις· φύλασσε αὐτά, ἵνα καὶ τὰ πρότερον ἃ ἐλάλησας ψευδῆ ἐν ταῖς πραγματείαις

1 *μηθέν* : *μὴ* G | *τίνι δῷ ἢ μὴ δῷ* : *τί δῷ* G | 2 *ἁπλῆ* G | 3/6 ***φύλασσε* — *ἀμίαντος*** : . . . . *αντοσ* S | 5 *ἡ καρδία σου* L²L¹ (> *σου*) : ***ἀκακία*** G(A) 5/6 *κ. ἀμίαντος* G(A) : et indeficiens apud deum L², > L¹ | 7 sqq. : S in hoc Mandato pauca tantum exhibet fragmenta | 8 *μοι λέγει* S : ∾ G | 9 ***κατῴκισεν*** em : *-ησεν* SG | 11 *ὁ* tert > G | 12 *ἀληθινὸς* + *ἐστιν* G | 13 et 16/17 *ἀποστερηταί* : *ἀπαρνηταὶ* G | 14 *μὴ* LA Ant : *καὶ μὴ* G | 18/19 ***εἰ δύναμαι*** : *οὐδὲν ἀγαθὸν* G | 20 *πανούργως* em cf. LA : *πανοῦργος* G | ***ἔζησα*** LA : *ἐλάλησα* G | 29 *ψευδῆ* GL¹ : *ψεύδη* L²A

cui det aut non det. Et factum est hoc ministerium simpliciter impletum gloriosum apud deum. Qui igitur sic simpliciter ministrat, deo vivet. 7. Custodi ergo mandatum hoc, sicut tibi dixi, ut paenitentia tua et domus tuae in simplicitate inveniatur et cor tuum *mundum et immaculatum.*

Mandatum III.

Iterum mihi dicit: Veritatem dilige et omnis veritas de ore tuo procedat, ut spiritus, quem dominus constituit in hac carne, verax inveniatur apud omnes homines, atque ita glorificabitur dominus in te habitans; dominus enim verax est in omni verbo nullumque apud eum est mendacium. 2. Qui ergo mentiuntur, abnegant dominum fraudatoresque domini fiunt, non reddentes ei depositum, quod acceperunt. Acceperunt enim ab eo spiritum non mendacem. Hunc si mendacem reddunt, maculant mandatum domini et fiunt fraudatores. 3. His ergo auditis ego vehementer flevi. Qui cum me flentem videret, ait: Quid ploras? Quoniam, inquam, domine, ignoro, an possim salvus esse. Quare? inquit. Numquam enim, inquam, domine, in vita mea verum verbum locutus sum, sed semper callide vixi cum omnibus et mendacium meum pro vero affirmavi omnibus hominibus; neque unquam mihi contradixit quisquam, sed fides habita est sermoni meo. Quomodo ergo, inquam, domine, possum vivere, cum haec gesserim? 4. Tu quidem, inquit, bene et vere sentis; oportebat enim te sicut dei servum in veritate ambulare, neque malam conscientiam cum spiritu veritatis habitare neque tristitiam afferre spiritui sancto ac vero. Numquam, inquam, domine, talia verba accurate audivi. 5. Nunc igitur, inquit, audis; custodi ea, ut et ea, quae prius falsa locutus es in nego-

5 Iac. 1, 27. — 12 I Ioann. 2, 27.

III. Plura e vv. 1. 2. 5 exscripsit Ps.-Athanasius l. c. c. 3.
1—2. Antioch. Hom. 66, PG 89, 1630. — *τ. πνεῦμα κτλ.*] Cf. v. 2; Mand. V, 1, 2—4; 2, 5—7; X, 1, 2; 2, 1. 2. 4—6; 3, 2. 3 etc. — *δοξ. ὁ κύριος*] Cf. Sirach 43, 32; Agg. 1, 8; Ezech. 28, 22.
2. *παρακαταθήκην*] Cf. I Tim. 6, 20; II Tim. 1, 14; Clem. Al. Quis dives c. 42 p. 959 (ap. Eus. H. E. III, 23, 14).
4. *μηδὲ λύπην κτλ.*] Cf. Eph. 4, 30.
5. Antioch. l. c. p. 1630 (*ἐὰν — περιποιήσασθαι*).

σου, τούτων εὑρεθέντων ἀληθινῶν, κἀκεῖνα πιστὰ γένηται· δύναται γὰρ κἀκεῖνα πιστὰ γενέσθαι. ἐὰν ταῦτα φυλάξῃς καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν πᾶσαν ἀλήθειαν λαλήσῃς, δυνήσῃ σεαυτῷ ζωὴν περιποιήσασθαι· καὶ ὃς ἂν ἀκούσῃ τὴν ἐντολὴν ταύτην καὶ ἀπέχηται τοῦ πονηροτάτου ψεύσματος, ζήσεται τῷ θεῷ.

Ἐντολὴ δ'.

1. Ἐντέλλομαί σοι, φησίν, φυλάσσειν τὴν ἁγνείαν, καὶ μὴ ἀναβαινέτω σου ἐπὶ τὴν καρδίαν περὶ γυναικὸς ἀλλοτρίας ἢ περὶ πορνείας τινὸς ἢ περὶ τοιούτων τινῶν ὁμοιωμάτων πονηρῶν. τοῦτο γὰρ ποιῶν μεγάλην ἁμαρτίαν ἐργάζῃ. τῆς δὲ σῆς μνημονεύων πάντοτε γυναικὸς οὐδέποτε διαμαρτήσεις. 2. ἐὰν γὰρ αὕτη ἡ ἐνθύμησις ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, διαμαρτήσεις, καὶ ἐὰν ἕτερα οὕτως πονηρά, ἁμαρτίαν ἐργάζῃ· ἡ γὰρ ἐνθύμησις αὕτη θεοῦ δούλῳ ἁμαρτία μεγάλη ἐστίν· ἐὰν δέ τις ἐργάσηται τὸ ἔργον τὸ πονηρὸν τοῦτο, θάνατον ἑαυτῷ κατεργάζεται. 3. βλέπε οὖν σύ· ἀπέχου ἀπὸ τῆς ἐνθυμήσεως ταύτης· ὅπου γὰρ σεμνότης κατοικεῖ, ἐκεῖ ἀνομία οὐκ ὀφείλει ἀναβαίνειν ἐπὶ καρδίαν ἀνδρὸς δικαίου. 4. λέγω αὐτῷ· Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι ὀλίγα ἐπερωτῆσαί σε. Λέγε, φησίν. Κύριε, φημί, εἰ γυναῖκα ἔχῃ τις πιστὴν ἐν κυρίῳ καὶ ταύτην εὕρῃ ἐν μοιχείᾳ τινί, ἆρα ἁμαρτάνει ὁ ἀνὴρ συνζῶν μετ' αὐτῆς; 5. Ἄχρι τῆς ἀγνοίας, φησίν, οὐχ ἁμαρτάνει· ἐὰν δὲ γνῷ ὁ ἀνὴρ τὴν ἁμαρτίαν αὐτῆς καὶ μὴ μετανοήσῃ ἡ γυνή, ἀλλ' ἐπιμένῃ τῇ πορνείᾳ αὐτῆς καὶ συνζῇ ὁ ἀνὴρ μετ' αὐτῆς, ἔνοχος γίνεται τῆς ἁμαρτίας αὐτῆς καὶ κοινωνὸς τῆς μοιχείας αὐτῆς. 6. Τί οὖν, φημί, κύριε, ποιήσῃ ὁ ἀνήρ, ἐὰν ἐπιμείνῃ τῷ πάθει τούτῳ ἡ γυνή; Ἀπολυσάτω, φησίν, αὐτὴν καὶ ὁ ἀνὴρ ἐφ' ἑαυτῷ μενέτω· *ἐὰν δὲ ἀπολύσας τὴν γυναῖκα ἑτέραν γαμήσῃ,*

2 *γὰρ* LA : + *φημὶ* G | 4 *ἀπέχηται* S (. . *χη* . .) : *ἀφέξηται* G | 5 *ψευσμ.* : *πνεύματος* G | 7 *καὶ* > S | 9 *πορνείας* Sc LA Ath : *πονηριας* SG | *τινῶν* > G | 10 *μεγ. ἁμ.* S : ∾ G Ath[2] | 11/12 *ἐνθύμησις* + *ἡ πονηρὰ* G | 12 *τὴν* > S | 12/13 *ἕτ.* — *ἁμαρτίαν* : *ἑτέραν ὡσαύτως πονηρὰν ἐνθυμήσῃ, πονηρὰ* G | 13 *εργαση* Sc | *θῶ* S | 14 *ἐργάζηται* G | 16 sqq. *ὅπου* — *ἔθνεσιν* (476, 10) > A | 18 *με* G | 19 *κ. φ. ει* (*η* S) *γυν. ἔχῃ* (*εχων* S) *τις* SL : *εἰ γυναῖκα φημὶ κύριε* G | 20 *ἆρα* : *μήτι* G | 21 *συνζῶν* S : *ὁ συζῶν* G | *ἀγν.* : *εὐνοίας* G | *ουκ* S | 22 *γνοι* S | 23 *ἐπιμείνῃ* G | *πορνείᾳ* SL[1] : *ἁμαρτίᾳ* G, nequitia L[2] | 24 *γίνεται* : *ἔσται* G | *αὐτῆς* > G | *κοινωνεῖ τῇ μοιχείᾳ* G | 24/25 *αὐτῆς* > S | 25 *ποιήσει* G | 27 *μεινάτω* G

tiationibus tuis, si haec inveniantur vera, etiam illa fida fiant; namque etiam illa fida fieri possunt. Si haec custodieris et ex hoc tempore omnem veritatem dixeris, poteris tibi vitam adquirere. Et quicumque audierit hoc praeceptum et abstinuerit a maximo mendacii malo, deo vivet.

Mandatum IV.

1. Praecipio tibi, inquit, ut custodias castitatem, neque ascendat in corde tuo cogitatio mulieris alienae aut fornicationis cuiuspiam aut eiusmodi vitiorum similium. Hoc enim faciens magnum peccatum operaberis. Tuae autem coniugis semper memor nunquam peccabis. 2. Si enim hoc desiderium in cor tuum penetraverit, peccabis, et si aliud tam malum, peccatum operaris; desiderium enim istud dei servo peccatum est magnum; si autem quis operatur hoc opus malum, mortem sibi adquirit. 3. Vide ergo tu: abstine ab hoc desiderio; ubi enim castitas habitat, ibi iniquitas in cor viri iusti non debet ascendere. 4. Dico ei: Domine, permitte mihi, ut te pauca interrogem. Dic, inquit. Domine, inquam, si quis uxorem habet fidelem in domino eamque deprehendit in adulterio aliquo, numquid peccat vir, si convivit cum ea? 5. Quamdiu nescit, inquit, non peccat; si autem vir peccatum eius cognoverit neque paenitentiam egerit mulier, sed permanet in fornicatione sua ac convivit vir cum ea, particeps fit peccati eius et socius adulterii eius. 6. Quid igitur, inquam, domine, faciat maritus, si uxor in hac libidine permanserit? Dimittat eam, inquit, et vir maneat secum; ***sin vero uxore dimissa aliam duxerit,*** et ipse ***adulterium***

27 Marc. 10, 11; Matth. 5, 32; 19, 9 cf. I Cor. 7, 11.

2/3 *καὶ* sec — *ταύτην* > L[1] | 3/6 *ἐὰν* — *αὐτοῦ* G(L[2]A) : si enim custodieris haec omnia mandata L[1] | 6 *ἀπ' αὐτοῦ* em : *αὐτὸ* G | 10 *μηδ'* G (*μηδόλως*) Ant L[2]A : *μηδὲν* L[1] Ath Cat | 11 *τι* Ant L[1]A : > G Ath Cat | *π. τοῦ θεοῦ* : *σεαυτῷ τὸν θεὸν* G | 12 *αἰτήσασθαι* G Ath Ant : + *τι* Cat L | 13 *ὅλης* + *σου* G | *τῆς* G Ant : > Ath Cat | 15 *πολυσπλ.* Cat cf. Vis. I, 3, 2; II, 2, 8: *πολυευσπλ.* Ath[2], *πολλὴν εὐσπλαγχνίαν* G Ath[1] Ant | 17 *ὁ θεὸς* > G | *ἄνθρωποι* G Ath Ant : + *οἱ* Cat | 22 *ἐὰν* L[1]A Ath[2] : *ὅσα ἂν* G(L[2]?) | 23 *δὲ* > G | 27 *κύριον* GL[1] Ant (A) : *θεὸν* L[2] Ath[2]

enim, inquam, domine, his melius? Ambula igitur, inquit, in iis neque abstine ab iis, et vives deo. 12. Custodi ergo hoc mandatum: si bonum egeris neque abstinueris ab eo, vives deo, et omnes vivent deo, qui ita faciunt. Et iterum si malum non feceris et abstinueris ab eo, vives deo, et omnes vivent deo, quotquot haec mandata custodierint et ambulaverint in iis.

Mandatum IX.

Dicit mihi: Aufer a te dubitationem neque omnino dubites petere aliquid a deo, dicens intra te: Quomodo possum petere aliquid a domino et accipere, cum tanta in eum peccaverim? 2. Noli haec cogitare, sed *ex toto corde tuo convertere ad dominum* et roga eum sine haesitatione, et cognosces magnam eius misericordiam, quod te non derelinquet, sed desiderium animae tuae implebit. 3. Non est enim deus sicut homines, qui iniuriarum memores sunt, sed ipse iniuriae immemor est et miseretur creaturae suae. 4. Tu ergo munda cor tuum ab omnibus vanitatibus huius saeculi et ab iis, quae modo dicta sunt, et roga dominum, et accipies omnia et ex omnibus petitionibus tuis nihil tibi deerit, quidquid sine haesitatione petieris a domino. 5. Si autem dubitaveris in corde tuo, nullum accipies desideriorum tuorum. Qui enim dubitant in deum, hi duplices animo sunt et nihil omnino eorum impetrant, quae petunt. 6. Qui autem perfecti sunt in fide, omnia petunt *confidentes in dominum* et accipiunt, quia sine haesitatione petunt, nihil dubitantes. Omnis enim vir dubitans, nisi paenitentiam egerit, difficile salvabitur. 7. Munda igitur cor tuum a dubitatione,

13 Ier. 24, 7; Ioel 2, 12. — 26 Ps. 2, 13; 10, 1, 117, 8, 124, 1 etc. — 28 Iac. 1, 6. 7.

IX. Excepto v. 11 Ps.-Athanasius l. c. c. 9 fere omnia exhibet. Antiochus Mon. Hom. 85 PG 89, 1691 sq. versus 1—8 exscripsit. Versus 1—3 edidit Grabe (Spicilegium SS. Patrum ed. sec. I, 303 sq.) ex antiqua ms. catena Graec. Patrum Oxoniensi.

1. Cf. Iac. 1, 5—8.

2. *ἐξ ὅλης κτλ.*] Cf. Mand. VI, 1, 5. — *ἀδιστάκτως*] Cf. v. 4. 6; Sim. II, 5. 7. — *τὸ αἴτημα κτλ.*] Cf. Ps. 19, 7 (*πληρώσαι κύριος πάντα τὰ αἰτήματά σου*); 20, 3; 36, 4.

4. *ἀπολήψῃ π.*] Cf. Matth. 7, 7. 11; 21, 22.

διψυχίας, ἔνδυσαι δὲ τὴν πίστιν, ὅτι ἰσχυρά ἐστι, καὶ πίστευε τῷ θεῷ, ὅτι πάντα τὰ αἰτήματά σου ἃ αἰτεῖς λήψῃ. καὶ ἐὰν αἰτησάμενός ποτε παρὰ τοῦ κυρίου αἴτημά τι βραδύτερον λαμβάνῃς, μὴ διψυχήσῃς, ὅτι ταχὺ οὐκ ἔλαβες τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου· πάντως γὰρ διὰ πειρασμόν τινα ἢ παράπτωμά τι, ὃ σὺ ἀγνοεῖς, βραδύτερον λαμβάνεις τὸ αἴτημά σου. 8. σὺ οὖν μὴ διαλίπῃς αἰτούμενος τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου, καὶ λήψῃ αὐτό· ἐὰν δὲ ἐκκακήσῃς καὶ διψυχήσῃς αἰτούμενος, σεαυτὸν αἰτιῶ καὶ μὴ τὸν διδόντα σοι. 9. βλέπε τὴν διψυχίαν ταύτην· πονηρὰ γάρ ἐστι καὶ ἀσύνετος καὶ πολλοὺς ἐκριζοῖ ἀπὸ τῆς πίστεως καί γε λίαν πιστοὺς καὶ ἰσχυρούς. καὶ γὰρ αὕτη ἡ διψυχία θυγάτηρ ἐστὶ τοῦ διαβόλου καὶ λίαν πονηρεύεται εἰς τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ. 10. καταφρόνησον οὖν τῆς διψυχίας καὶ κατακυρίευσον αὐτῆς ἐν παντὶ πράγματι, ἐνδυσάμενος τὴν πίστιν τὴν ἰσχυρὰν καὶ δυνατήν· ἡ γὰρ πίστις πάντα ἐπαγγέλλεται, πάντα τελειοῖ, ἡ δὲ διψυχία μὴ καταπιστεύουσα ἑαυτῇ πάντων ἀποτυγχάνει τῶν ἔργων αὐτῆς ὧν πράσσει. 11. βλέπεις οὖν, φησίν, ὅτι ἡ πίστις ἄνωθέν ἐστι παρὰ τοῦ κυρίου καὶ ἔχει δύναμιν μεγάλην· ἡ δὲ διψυχία ἐπίγειον πνεῦμά ἐστι παρὰ τοῦ διαβόλου, δύναμιν μὴ ἔχουσα. 12. σὺ οὖν δούλευε τῇ ἐχούσῃ δύναμιν τῇ πίστει καὶ ἀπὸ τῆς διψυχίας ἀπόσχου τῆς μὴ ἐχούσης δύναμιν, καὶ ζήσῃ τῷ θεῷ, καὶ πάντες ζήσονται τῷ θεῷ οἱ ταῦτα φρονοῦντες.

Ἐντολὴ ι'.

1. Ἆρον ἀπὸ σεαυτοῦ, φησί, τὴν λύπην· καὶ γὰρ αὕτη ἀδελφή ἐστι τῆς διψυχίας καὶ τῆς ὀξυχολίας. 2. Πῶς, φημί, κύριε, ἀδελφή ἐστι τούτων; ἄλλο γάρ μοι δοκεῖ εἶναι ὀξυχολία καὶ ἄλλο διψυχία καὶ ἄλλο λύπη. Ἀσύνετος εἶ [ἄνθρωπος, φησί] καὶ οὐ νοεῖς, ὅτι ἡ λύπη πάντων τῶν πνευμάτων πονηροτέρα ἐστὶ καὶ δεινοτάτη τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ καὶ παρὰ πάντα τὰ πνεύματα καταφθείρει τὸν ἄνθρωπον καὶ ἐκτρίβει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ

8 *ἐκκακίσῃς* G | *τὸν* + *μὴ* L^{1} Ath^{2} | 10/11 *γε .. πιστοὺς καὶ* > G 11 *θυγάτηρ* : *ἀδελφὴ* G | 22 *φρονοῦντες* (cf. Mand. II, 6; VIII, 12) Ath^{1} L^{2}(A Ath^{2}) : *φρονήσαντες* G, egerint L^{1} | 24 *αὕτη* L Ath^{2} : *αὐτὴ* G A Ath^{1} 27 *ἄνθρωπος* L^{2} : . . . G, > L^{1}A | *φησὶ* LA : . . G | *καὶ* G : > LA

8. *ἐκκακήσῃς*] Cf. II Clem. 2, 2 not. 9. *θυγάτηρ ἐ. τ. διαβόλου*] Laudat h. l. Athanasius De decret. Nic. syn. c. 4.

indue fidem, quia fortis est, et crede deo, omnia desideria tua, quae petis, te impetraturum esse. Et si quando petenti tibi a domino petitio aliqua tardius praestatur, noli dubitare, quia non cito accepisti desiderium animae tuae; certe enim ob tentationem aliquam aut aliquod peccatum, quod tu ignoras, tardius consequeris desiderium tuum. 8. Tu ergo noli intermittere petens desiderium animae tuae, et accipies illud; si autem defeceris et dubitaveris petens, temet ipsum accusa et non eum, qui dat tibi. 9. Vide hanc dubitationem; perniciosa est enim et stulta et multos a fide radicitus evellit, etiamsi valde fideles sunt et fortes. Etenim haec dubitatio filia est diaboli et valde nequiter agit in servos dei. 10. Contemne ergo dubitationem eiusque dominare in omni negotio, induens fidem fortem ac potentem. Fides enim omnia promittit, omnia perficit, dubitatio autem, quae sibi ipsi non confidit, excidit omnibus operibus suis, quae facit. 11. Vides igitur, inquit, quod fides de sursum est a domino et habet virtutem magnam; dubitatio vero terrenus spiritus est a diabolo, non habens virtutem. 12. Tu ergo servi fidei, quae virtutem habet, et abstine a dubitatione, quae virtutem non habet, et vives deo, et omnes vivent deo, qui haec sentiunt.

Mandatum X.

1. Aufer a te, inquit, tristitiam; etenim haec soror est dubitationis et iracundiae. 2. Quomodo, inquam, domine, harum est soror? Aliud enim iracundia esse mihi videtur et aliud dubitatio et aliud tristitia. Imprudens, inquit, homo es et non intellegis, tristitiam omnibus spiritibus nequiorem esse et durissimam servis dei et magis quam omnes spiritus deperdere hominem et exterminare spiritum sanctum et iterum servare.

30 I Cor. 7, 10.

11. ἄνωθεν] Cf. Mand. XI, 5. 8. 20; Iac. 1, 17; 3, 15. 17. — ἐπίγειος] Cf. Iac. 3, 15.

X. Pseudo-Athanasius l. c. c. 11 paene omnia exhibet, exceptis praesertim versibus 3—5 c. 1. Antiochus Mon. Hom. 25 PG 89, 1511 praeter pauca alia versus 1—3 c. 3 transscripsit.

1, 1. Cf. Ps.-Cypr. De aleat. c. 3; Cassian. De coenob. instit. lib. IX: De spiritu tristitiae.

2. παρά] Cf. Winer § 35, 2b.

πάλιν σώζει; 3. Ἐγώ, φημί, κύριε, ἀσύνετός εἰμι καὶ οὐ συνίω τὰς παραβολὰς ταύτας. πῶς γὰρ δύναται ἐκτρίβειν καὶ πάλιν σώζειν, οὐ νοῶ. 4. Ἄκουε, φησίν· οἱ μηδέποτε ἐρευνήσαντες περὶ τῆς ἀληθείας μηδὲ ἐπιζητήσαντες περὶ τῆς θεότητος, πιστεύσαντες δὲ μόνον, ἐμπεφυρμένοι δὲ πραγματείαις καὶ πλούτῳ καὶ φιλίαις ἐθνικαῖς καὶ ἄλλαις πολλαῖς πραγματείαις τοῦ αἰῶνος τούτου· ὅσοι οὖν τούτοις πρόσκεινται, οὐ νοοῦσι τὰς παραβολὰς τῆς θεότητος· ἐπισκοτοῦνται γὰρ ὑπὸ τούτων τῶν πράξεων καὶ καταφθείρονται καὶ γίνονται κεχερσωμένοι. 5. καθὼς οἱ ἀμπελῶνες οἱ καλοί, ὅταν ἀμελείας τύχωσι, χερσοῦνται ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν καὶ βοτανῶν ποικίλων, οὕτως οἱ ἄνθρωποι οἱ πιστεύσαντες καὶ εἰς ταύτας τὰς πράξεις τὰς πολλὰς ἐμπίπτοντες τὰς προειρημένας, ἀποπλανῶνται ἀπὸ τῆς διανοίας αὐτῶν, καὶ οὐδὲν ὅλως νοοῦσι περὶ δικαιοσύνης, ἀλλὰ καὶ ὅταν ἀκούσωσι περὶ θεότητος καὶ ἀληθείας, ὁ νοῦς αὐτῶν περὶ τὴν πρᾶξιν αὐτῶν καταγίνεται, καὶ οὐδὲν ὅλως νοοῦσιν. 6. οἱ δὲ φόβον ἔχοντες θεοῦ καὶ ἐρευνῶντες περὶ θεότητος καὶ ἀληθείας καὶ τὴν καρδίαν ἔχοντες πρὸς τὸν κύριον, πάντα τὰ λεγόμενα αὐτοῖς τάχιον νοοῦσι καὶ συνίουσιν, ὅτι ἔχουσι τὸν φόβον τοῦ κυρίου ἐν ἑαυτοῖς· ὅπου γὰρ ὁ κύριος κατοικεῖ, ἐκεῖ καὶ σύνεσις πολλή. κολλήθητι οὖν τῷ κυρίῳ, καὶ πάντα συνήσεις καὶ νοήσεις.

2. Ἄκουε οὖν, φησίν, ἀνόητε, πῶς ἡ λύπη ἐκτρίβει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ πάλιν σώζει. 2. ὅταν ὁ δίψυχος ἐπιβάληται πρᾶξίν τινα καὶ ταύτης ἀποτύχῃ διὰ τὴν διψυχίαν αὐτοῦ, ἡ λύπη αὕτη εἰσπορεύεται εἰς τὸν ἄνθρωπον καὶ λυπεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκτρίβει αὐτό. 3. εἶτα πάλιν ἡ ὀξυχολία ὅταν κολληθῇ τῷ ἀνθρώπῳ περὶ πράγματός τινος, καὶ λίαν πικρανθῇ, πάλιν ἡ λύπη εἰσπορεύεται εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ὀξυχολήσαντος,

1 *συνιῶ* G | 5/6 *φιλίαις ἐθνικαῖς* : L^1 hic exhibet, quae infra Mand. XI, 1—6 leguntur, scilicet: et alius mendax propheta (*ψευδοπροφήτης* v. 1) — loquitur secundum desiderium (*κατὰ τὰς ἐπιθυμίας* v. 6); Hilgenfeld ordinem sententiarum rectum secundum textum graecum restituit 6/7 *ὅσοι — πρόσκεινται* GA : > L^1 (L^2) | 9 *καθὼς* L^1A : *καὶ ὡς* G | 13 *δικαιοσύνης* GL^2(A) : divitiis (l. divinitate) L^1 | 14 *ἀλλὰ καὶ* GL^1(A) : quia L^2 | *θεότητος καὶ ἀληθείας* G : domino L^1(A), iustitia L^2 | 16 *θεότητος* GL^2A : deo L^1, *θεοῦ ἔργων* Ath^1, *δικαιοσύνης ἔργον* (sc. *ἐπιτελοῦσιν*) Ath^2 18 *τάχιον ν. κ. συνίουσιν* Ath^2(LA) : *ταχύνουσι καὶ νοοῦσι* G | 25 *αὕτη* GL^1 : > L^2A Ath | *ἅγιον* : + *καὶ σώζει πάλιν* G | 27 *λίαν* > G

3. Ego, inquam, domine, insipiens sum et non intellego similitudines istas. Quomodo enim possit exterminare atque iterum servare, non intellego. 4. Audi, inquit: qui numquam veritatem scrutati sunt neque divinitatem exquisierunt, sed tantummodo crediderunt, in negotiis vero sunt involuti et divitiis et amicitiis gentilibus aliisque multis rebus huius saeculi, quotquot igitur in his impliciti sunt, non intellegunt similitudines divinitatis; obscurantur enim his negotiis et corrumpuntur et fiunt inutiles. 5. Sicut vites bonae, si negleguntur, spinis et herbis variis devastantur, ita homines, qui crediderunt et in haec negotia multa incidunt, de quibus modo dictum est, aberrant a sensu suo et nihil omnino intellegunt de iustitia, sed si audierint de divinitate ac veritate, sensus eorum circa negotium ipsorum est, et nihil omnino intellegunt. 6. Qui autem timorem habent dei et inquirunt de divinitate et veritate et cor habent ad dominum, omnia, quae ipsis dicuntur, citius percipiunt et intellegunt, quia timorem domini in sese habent; ubi enim dominus habitat, ibi et intellegentia multa est. Adhaere igitur domino, et omnia intelleges ac percipies.

2. Audi ergo, inquit, insipiens, quomodo tristitia spiritum sanctum exterminet et iterum servet. 2. Cum dubius negotium aliquod aggressus et propter dubietatem suam adversa fortuna usus fuerit, tristitia ista in hominem intrat et contristat spiritum sanctum et exterminat eum. 3. Deinde iterum iracundia cum adhaeserit homini propter negotium aliquod eiusque animus valde exacerbatus fuerit, iterum tristitia intrat in cor ho-

16 II Esr. 5, 9. 15; Ps. 13, 4. — 18 Ps. 110, 10; Prov. 1, 7; 9, 10; 15, 33. — 20 Sirach 2, 3. — 22 I Cor. 7, 10.

4. *πιστ. δὲ μόνον*] Cf. Iac. 2, 14—26. — *φιλ. ἐθνικαῖς*] Cf. Sim. VIII, 9, 1; Iac. 4, 4. Interpres latinus alter (L[2]) vertit: *amicitiis diversorum hominum*, unde Harnack conclusit, eum post Constantini tempus vixisse. — *κεχερσωμένοι*] Cf. v. 5; Sim. IX, 26, 3.

5. Cf. Matth. 13, 22. — *οἱ ἀμπελῶνες . . χερσοῦνται*] Cf. Prov. 24, 30. 31.

6. *τ. καρδίαν κτλ.*] Cf. Vis. III, 10, 9 not.

καὶ λυπεῖται ἐπὶ τῇ πράξει αὐτοῦ ᾗ ἔπραξε καὶ μετανοεῖ, ὅτι πονηρὸν εἰργάσατο. 4. αὕτη οὖν ἡ λύπη δοκεῖ σωτηρίαν ἔχειν, ὅτι τὸ πονηρὸν πράξας μετενόησεν. ἀμφότεραι οὖν αἱ πράξεις λυποῦσι τὸ πνεῦμα· ἡ μὲν διψυχία, ὅτι οὐκ ἐπέτυχε τῆς πράξεως αὐτῆς, ἡ δὲ ὀξυχολία λυπεῖ τὸ πνεῦμα, ὅτι ἔπραξε τὸ πονηρόν. ἀμφότερα οὖν λυπηρά ἐστι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ἡ διψυχία καὶ ἡ ὀξυχολία. 5. ἆρον οὖν ἀπὸ σεαυτοῦ τὴν λύπην καὶ μὴ θλῖβε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐν σοὶ κατοικοῦν, μήποτε ἐντεύξηται κατὰ σοῦ τῷ θεῷ καὶ ἀποστῇ ἀπὸ σοῦ. 6. τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ θεοῦ τὸ δοθὲν εἰς τὴν σάρκα ταύτην λύπην οὐχ ὑποφέρει οὐδὲ στενοχωρίαν.

3. Ἔνδυσαι οὖν τὴν ἱλαρότητα τὴν πάντοτε ἔχουσαν χάριν παρὰ τῷ θεῷ καὶ εὐπρόσδεκτον οὖσαν αὐτῷ καὶ ἐντρύφα ἐν αὐτῇ. πᾶς γὰρ ἱλαρὸς ἀνὴρ ἀγαθὰ ἐργάζεται καὶ ἀγαθὰ φρονεῖ καὶ καταφρονεῖ τῆς λύπης· 2. ὁ δὲ λυπηρὸς ἀνὴρ πάντοτε πονηρεύεται· πρῶτον μὲν πονηρεύεται, ὅτι λυπεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ δοθὲν τῷ ἀνθρώπῳ ἱλαρόν· δεύτερον δὲ λυπῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνομίαν ἐργάζεται, μὴ ἐντυγχάνων μηδὲ ἐξομολογούμενος τῷ κυρίῳ. πάντοτε γὰρ λυπηροῦ ἀνδρὸς ἡ ἔντευξις οὐκ ἔχει δύναμιν τοῦ ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ θεοῦ. 3. Διατί, φημί, οὐκ ἀναβαίνει ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἡ ἔντευξις τοῦ λυπουμένου; Ὅτι, φησίν, ἡ λύπη ἐγκάθηται εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ· μεμιγμένη οὖν ἡ λύπη μετὰ τῆς ἐντεύξεως οὐκ ἀφίησι τὴν ἔντευξιν ἀναβῆναι καθαρὰν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. ὥσπερ γὰρ ὄξος καὶ οἶνος μεμιγμένα ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὴν αὐτὴν ἡδονὴν οὐκ ἔχουσιν, οὕτω καὶ ἡ λύπη μεμιγμένη μετὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν αὐτὴν ἔντευξιν οὐκ ἔχει. 4. καθάρισον οὖν σεαυτὸν ἀπὸ τῆς λύπης τῆς πονηρᾶς ταύτης, καὶ ζήσῃ τῷ θεῷ· καὶ πάντες ζήσονται τῷ θεῷ, ὅσοι ἂν ἀποβάλωσιν ἀφ' ἑαυτῶν τὴν λύπην καὶ ἐνδύσωνται πᾶσαν ἱλαρότητα.

Ἐντολὴ ια'.

Ἔδειξέ μοι ἐπὶ συμψελλίου καθημένους ἀνθρώπους καὶ ἕτερον ἄνθρωπον καθήμενον ἐπὶ καθέδραν· καὶ λέγει μοι· Βλέπεις

2/3 *αὕτη — μετενόησεν* > L[1] | 5 *λυπεῖ τὸ πνεῦμα* GA : > Ath (L) 8/9 *κατὰ σοῦ* G Ath[1] : > Ath[2] Ant LA | 9 *τῷ θεῷ* > G | 16 *λυπῶν τὸ πν. τὸ ἅγιον* GL[2]A (Ath[1]) : *λοιπὸν* Ant (L[1]) | 17 *ἐντυγχάνων* Ath L[1] : *ἐπιτ.* GA | 17/18 *κυρίῳ* GA Ant : *θεῷ* Ath L[2] (L[1]?) | 21 *εἰς* Ath (*ἐν* Ath[1]) Ant : *ἐπὶ* G 23 *θυσιαστήριον* : + *τοῦ θεοῦ* A L Ath[1] | 26 *οὖν* > G | 28 *πᾶσαν* > L[1]A 30 *ἔδοξε* G

minis irascentis, et tristitia afficitur ob negotium suum, quod egit, et paenitet eum, quod malum fecit. 4. Haec igitur tristitia videtur salutem habere, quia paenitentiam agit, qui malum fecit. Ambo ergo actus contristant spiritum: dubietas, quia non successit actus eius; iracundia contristat spiritum, quia fecit malum. Ambo igitur tristitia afficiunt spiritum sanctum, dubitatio et iracundia. 5. Aufer itaque a te tristitiam et noli laedere spiritum sanctum, qui in te habitat, ne forte roget adversus te dominum et recedat a te. 6. Spiritus enim dei, qui huic carni datus est, tristitiam non sustinet neque angustiam.

3. Indue igitur hilaritatem, quae deo semper grata est et accepta, et laetare in ea. Omnis enim vir hilaris bona operatur et bona sentit et contemnit tristitiam. 2. Vir autem tristis semper male agit; primo male agit, quia contristat spiritum sanctum, qui datus est homini hilaris; secundo autem contristans spiritum sanctum iniquitatem committit, quia non orat neque confitetur domino. Nunquam enim oratio viri tristis habet vim, ut ascendat ad altare dei. 3. Quare, inquam, non ascendit ad altare oratio hominis tristis? Quia, inquit, tristitia insidet in corde eius; tristitia ergo mixta cum oratione non sinit orationem ascendere mundam ad altare. Sicut enim acetum et vinum invicem mixtum eandem suavitatem non habet, ita et tristitia mixta cum spiritu sancto eandem orationem non habet. 4. Munda te ergo a tristitia hac mala, et vives deo, et omnes vivent deo, quotquot proiecerint a se tristitiam et induerint omnem hilaritatem.

Mandatum XI.

Ostendit mihi homines super subsellium sedentes et alium hominem sedentem in cathedra. Et ait mihi: Vides hos, qui

3 II Cor. 7, 10. — 7 Eph. 4, 30. — 11 Sirach 26, 4; Rom. 12, 8; Philipp. 3, 1; 4, 4; I Thess. 5, 16.

3, 2. ἐξομολογ. τ. κυρίῳ] Locutio in Psalmis creberrima, cf. Ps. 7, 18; 9, 2; 85, 12; 106, 1 etc.

XI, 1. ψευδοπροφήτης] De pseudopropheta variae sententiae propositae sunt. Ritsch (*Altkathol. Kirche* ed. II p. 537) eum inter clericos quaerendum esse putavit. Lipsius (*Zeitschrift für wiss. Theologie* 1866 p. 65—79; 1869 p. 292—294), cui

τοὺς ἐπὶ τοῦ συμψελλίου καθημένους; Βλέπω, φημί, κύριε. Οὗτοι, φησί, πιστοί εἰσι, καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τὴν καθέδραν ψευδοπροφήτης ἐστίν, [ὃς] ἀπόλλυσι τὴν διάνοιαν τῶν δούλων τοῦ θεοῦ· τῶν διψύχων δὲ ἀπόλλυσιν, οὐ τῶν πιστῶν. 2. οὗτοι οὖν οἱ δίψυχοι ὡς ἐπὶ μάγον ἔρχονται καὶ ἐπερωτῶσιν αὐτόν, τί ἄρα ἔσται αὐτοῖς· κἀκεῖνος ὁ ψευδοπροφήτης, μηδεμίαν ἔχων ἐν ἑαυτῷ δύναμιν πνεύματος θείου, λαλεῖ μετ' αὐτῶν κατὰ τὰ ἐπερωτήματα αὐτῶν [καὶ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς πονηρίας αὐτῶν καὶ πληροῖ τὰς ψυχὰς αὐτῶν], καθὼς αὐτοὶ βούλονται. 3. αὐτὸς γὰρ κενὸς ὢν κενὰ καὶ ἀποκρίνεται κενοῖς· ὃ γὰρ ἐὰν ἐπερωτηθῇ, πρὸς τὸ κένωμα τοῦ ἀνθρώπου ἀποκρίνεται. τινὰ δὲ καὶ ῥήματα ἀληθῆ λαλεῖ· ὁ γὰρ διάβολος πληροῖ αὐτὸν τῷ αὐτοῦ πνεύματι, εἴ τινα δυνήσεται ῥῆξαι τῶν δικαίων. 4. ὅσοι οὖν ἰσχυροί εἰσιν ἐν τῇ πίστει τοῦ κυρίου, ἐνδεδυμένοι τὴν ἀλήθειαν, τοῖς τοιούτοις πνεύμασιν οὐ κολλῶνται, ἀλλ' ἀπέχονται ἀπ' αὐτῶν· ὅσοι δὲ δίψυχοί εἰσι καὶ πυκνῶς μετανοοῦσι, μαντεύονται ὡς καὶ τὰ ἔθνη καὶ ἑαυτοῖς μείζονα ἁμαρτίαν ἐπιφέρουσιν εἰδωλολατροῦντες· ὁ γὰρ ἐπερωτῶν ψευδοπροφήτην περὶ πράξεώς τινος εἰδωλολάτρης ἐστὶ

2/3 *ψευδοπροφήτης* : spiritus terrestris L[1], qui hic exhibet, quae infra v. 12 fin. —15 leguntur; quae autem hic et v. 2—6 exstant, Mandato X, 1, 4 (cf. not.) inserebantur | 3 *ὃς* L : et A, > G | 5 *μάγον* G : divinum L[2](A), divinum spiritum L[1] | *ἄρα* G | 7 *θείου* GL[1] : sancti L[2]A | *λαλεῖν* G *μετ' αὐτῶν* GL[2] : illis L[1], > A | 8 *καὶ κατὰ — αὐτῶν* > L[1] | 8/9 *καὶ κατὰ — αὐτῶν* AL[2] (L[1]) : > G propter homoeot. | 13 *ῥῆξαι* Clem : *ῥᾶξαι* G 18 *ψευδοπρ.* GA : prophetam L[2], > L[1]

assensus est Behm (*Ueber den Verfasser des Hirten* p. 52—56), eum doctorem gnosticum habet, Zahn (l. c. p. 103 sqq.; *Jahrb. f. deutsche Theol.* 1870 p. 204 sq.) vatem christianum, et hic et ille rationes protulerunt haud infirmas. Harnack, Zahnianam sententiam laudans, ad h. l. conicit, eam ita cum Lipsii conciliari posse coniectura, ut pseudopropheta e numero magorum christianorum fuisse censeatur, quorum mores, disciplina, artes procul dubio cum moribus atque doctrinae propagandae methodo quorundam, quos nunc Gnosticos male nominamus, cognatae fuerint, et contulit de talibus prophetis christianis (Act. 19, 13) Hadriani epistulam ad Servianum (Vopisci Vita Saturn. c. 8: nemo Christianorum presbyter non mathematicus, non haruspex, non aliptes); Lucian. Peregr. c. 11; Cels. ap. Orig. VI, 24—41; VII, 11 etc. Mihi quoque Zahn verum invenisse videtur.

2. *ὡς ἐπὶ μάγον κτλ.*] Ut ex v. 4 apparet, pseudopropheta interroga-

super subsellium sedent? Video, inquam, domine. Hi, inquit, fideles sunt, et qui in cathedra sedet, pseudopropheta est, qui disperdit sensum servorum dei; sensum autem dubiorum disperdit, non fidelium. 2. Hi ergo dubii quasi ad magum veniunt et interrogant eum, quid ipsis futurum sit; et ille pseudopropheta, nullam in se habens virtutem spiritus divini, loquitur cum iis secundum interrogationes eorum et secundum desideria malitiae eorum et implet animas eorum, sicut ipsi volunt. 3. Ipse enim cum inanis sit, inania etiam respondet inanibus; quidquid enim interrogatus fuerit, secundum hominis inanitatem respondet. Quaedam tamen et vera verba loquitur; diabolus enim suo spiritu implet eum, num forte aliquem ex iustis confringere possit. 4. Quotquot igitur fortes sunt in fide domini, induti veritatem, eiusmodi spiritibus non adhaerent, sed abstinent ab iis; quotquot autem dubii sunt et frequenter paenitentiam agunt, vatem consulunt sicut et gentiles et maius sibi adquirunt peccatum idolis servientes; qui enim pseudoprophetam interrogat de negotio quolibet, idololatres est et expers

batur non de rebus divinis vel de sorte hominibus post mortem contingente, sed de rebus saecularibus (*περὶ πράξεώς τινος*) vel quid singulis in hoc vel illo casu eveniret. Dubii hoc loco non interrogant, ut supra Vis. III, 4, 3: *εἰ ἄρα ἔστιν ταῦτα ἢ οὐκ ἔστιν*, sed *τί ἄρα ἔσται αὐτοῖς*; cf. *Jahrb. f. d. Theol.* l. c. — *κατὰ τ. ἐπιθ.*] Cf. Iren. I, 13, 4: *πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἑαυτοῖς μαντεύεσθαι.* Hieron. C. Iovin. II, 37 (ed. Migne II, 335): semper pseudoprophetae dulcia pollicentur

3. Clem. Al. Strom. I, 17, 85 p. 369 (*τινὰ κτλ.*). — *κενοῖς*] Cf. Polyc. Phil. 6, 3; Iren. fragm. 26 ed. Stieren p. 840 sq. — *τινὰ δὲ κ. ῥ. ἀληθῆ*] Cf. Clem. Recognit. IV, 20. 21; VIII, 40; Ps.-Ambros. ad I Thess. 5, 21. — *διάβολος κτλ.*] Cf. Eus. H. E. V, 16, 9; Constit. apost. VIII, 2.

4. *πυκνῶς μεταν.*] i. e. frequenter et ob eam causam non vere paenitentiam agunt; tempore tentationis enim iterum peccant, cum ii, qui pleni sunt fide, omni tentationi fortiter resistant (cf. v. 1. Mand. V, 2, 1). Sine dubio hunc locum respexit Clemens Al. Strom. II, 13, 57—59 p. 459 sq. de paenitentia crebra agens. Scribit: *αἱ δὲ συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι μετάνοιαι οὐδὲν τῶν καθάπαξ μὴ πεπιστευκότων διαφέρουσιν ἢ μόνῳ συναισθέσθαι, ὅτι ἁμαρτάνουσι .. .. μελέτη γὰρ ἔμπαλιν ἁμαρτιῶν τὸ πολλάκις μετανοεῖν καὶ ἐπιτηδειότης εἰς εὐτρεψίαν ἐξ ἀνασκησίας. δόκησις τοίνυν μετανοίας, οὐ μετάνοια, τὸ πολλάκις αἰτεῖσθαι συγγνώμην, ἐφ' οἷς πλημμελοῦμεν πολλάκις.*

5. Cf. Iren. I, 13, 4: *ἀκριβῶς εἰ-*

καὶ κενὸς ἀπὸ τῆς ἀληθείας καὶ ἄφρων. 5. πᾶν γὰρ πνεῦμα ἀπὸ θεοῦ δοθὲν οὐκ ἐπερωτᾶται, ἀλλὰ ἔχον τὴν δύναμιν τῆς θεότητος ἀφ' ἑαυτοῦ λαλεῖ πάντα, ὅτι ἄνωθέν ἐστιν ἀπὸ τῆς δυνάμεως τοῦ θείου πνεύματος. 6. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἐπερωτώμενον καὶ λαλοῦν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῶν ἀνθρώπων ἐπίγειόν ἐστι καὶ ἐλαφρόν, δύναμιν μὴ ἔχον· καὶ ὅλως οὐ λαλεῖ, ἐὰν μὴ ἐπερωτηθῇ. 7. Πῶς οὖν, φημί, κύριε, ἄνθρωπος γνώσεται, τίς αὐτῶν προφήτης καὶ τίς ψευδοπροφήτης ἐστίν; Ἄκουε, φησί, περὶ ἀμφοτέρων τῶν προφητῶν· καὶ ὥς σοι μέλλω λέγειν, οὕτω δοκιμάσεις τὸν προφήτην καὶ τὸν ψευδοπροφήτην. ἀπὸ τῆς ζωῆς δοκίμαζε τὸν ἄνθρωπον τὸν ἔχοντα τὸ πνεῦμα τὸ θεῖον. 8. πρῶτον μὲν ὁ ἔχων τὸ πνεῦμα [τὸ θεῖον] τὸ ἄνωθεν πραΰς ἐστι καὶ ἡσύχιος καὶ ταπεινόφρων καὶ ἀπεχόμενος ἀπὸ πάσης πονηρίας καὶ ἐπιθυμίας ματαίας τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ ἑαυτὸν ἐνδεέστερον ποιεῖ πάντων τῶν ἀνθρώπων καὶ οὐδενὶ οὐδὲν ἀποκρίνεται ἐπερωτώμενος, οὐδὲ κατὰ μόνας λαλεῖ οὐδὲ ὅταν θέλῃ ἄνθρωπος λαλεῖν, λαλεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ τότε λαλεῖ, ὅταν θελήσῃ αὐτὸν ὁ θεὸς λαλῆσαι. 9. ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ ἄνθρωπος ὁ ἔχων τὸ πνεῦμα τὸ θεῖον εἰς συναγωγὴν ἀνδρῶν δικαίων τῶν ἐχόντων πίστιν θείου πνεύματος καὶ ἔντευξις γένηται πρὸς τὸν θεὸν τῆς συναγωγῆς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, τότε ὁ ἄγγελος τοῦ προφητικοῦ πνεύματος ὁ κείμενος πρὸς αὐτὸν πληροῖ τὸν ἄνθρωπον, καὶ πληρωθεὶς ὁ ἄνθρωπος τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ λαλεῖ εἰς τὸ πλῆθος, καθὼς ὁ κύριος βούλεται. 10. οὕτως οὖν φανερὸν ἔσται τὸ πνεῦμα τῆς θεότητος. ὅση οὖν περὶ τοῦ πνεύματος τῆς θεότητος τοῦ κυρίου ἡ δύναμις, αὕτη.

4 *θείου* GL[1] : sancti L[2], > A | 5/8 p. 508 *τῶν ἀνθρώπων* — *θεοῦ προφήτην* v. 12: codices versionis latinae prioris fere omnes haec Mand. XII, 2, 1 post *πάντων προέχουσα* exhibent, codex Lambethanus (ut videtur solus) Mand. XI, 15 fin. post *εὑρίσκονται*, et Wake cum ex codice illo tum e graeco Ps.-Athanasii, in quibus illa omnia in Mand. XII desiderantur, ea ibi inserenda esse collegit, cf. Gallandi, Bibl. vet. patr. I, 80 not. 3 | 12 *τὸ θεῖον* LA : > G | 17 *αὐτὸν* G(A) : *αὐτὸ* L? | 21 *προφ. πνεύματος* L[2]A : *προφήτου* G, divinitatis L[1] | 22 *ἄνθρωπον* GL[2] : + illum L[1]A

δυῖαι, ὅτι προφητεύειν οὐχ ὑπὸ Μάρκου τοῦ μάγου ἐγγίνεται τοῖς ἀνθρώποις· ἀλλ' οἷς ἂν ὁ θεὸς ἄνωθεν ἐπιπέμψῃ τὴν χάριν αὐτοῦ, οὗτοι θεόσδοτον ἔχουσι τὴν προφητείαν, καὶ τότε λαλοῦσιν ἔνθα καὶ ὁπότε θεὸς βούλεται. Cf. v. 8. 6. *ὅλως οὐ λαλεῖ κτλ.*] Cf. v. 12.

veritatis ac demens. 5. Omnis enim spiritus a deo datus non interrogatur, sed habens virtutem divinitatis a semet ipso omnia loquitur, quia de sursum est a virtute spiritus divini. 6. Spiritus autem, qui interrogatur et loquitur secundum desideria hominum, terrenus est ac levis, virtutem non habens; et omnino non loquitur, nisi interrogatur. 7. Quomodo igitur, inquam, domine, cognoscet homo, quis eorum propheta sit et quis pseudopropheta? Audi, inquit, de utroque propheta; et sicut tibi dicturus sum, ita probabis prophetam et pseudoprophetam. E vita proba hominem spiritum divinum habentem. 8. Primum qui habet spiritum divinum oriundum de sursum, mansuetus est et tranquillus et humilis et abstinet ab omni nequitia et concupiscentia huius saeculi vana et omnibus hominibus humiliorem se praestat et nemini respondet interrogatus, nec secrete loquitur nec cum voluerit homo eum loqui, loquitur spiritus sanctus, sed tunc loquitur, cum voluerit deus eum loqui. 9. Cum igitur homo spiritum divinum habens venerit in ecclesiam virorum iustorum fidem spiritus divini habentium et oratio fit ad dominum ecclesiae virorum illorum, tum angelus spiritus prophetici, qui adstat illi, implet hominem, et impletus spiritu sancto homo loquitur ad multitudinem, sicut dominus vult. 10. Sic ergo manifestus fiet spiritus divinitatis. Tanta est igitur virtus do-

3 Iac. 3, 15.

7. Cf. de duplici prophetia Clem. Hom. II, 15; III, 22 sqq.

8. ὁ ἔχων κτλ.] Cf. Iac. 3, 17. — τότε λαλεῖ κτλ.] Cf. v. 5 not. et v. 9.

9. εἰς συναγωγήν] Bene de huius vocis usu apud patres veteres Harnack in *Zeitschr. f. wiss. Theol.* 1876 p. 102 sq. et ad h. l. disputavit. Vox erat sollemnis ad significandum coetum Iudaeorum et quidem denotabat 1) ecclesiam, 2) congregationem sacram, 3) locum, ubi congregatio instituebatur. Porro crebro de haereticis et ethnicis usurpabatur. Nonnumquam autem etiam ad Christianos (catholicos) transferebatur et adhibebatur ad significandam et synaxin, ut in hoc Mandato quater; Iac. 2, 2; Ign. Polyc. 4, 2; Iren. III, 4, 1 (*congregatio*), et ecclesiam vel coetum Christianorum, ut Iust. Dial. c. 63; Iren. IV, 32, 1; cf. Theoph. Ad Aut. II, 14; Clem. Al. Strom. VI, 3, 34 p. 756. Hermas hic Iac. 2, 2: ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν ἀνὴρ κτλ. ante oculos habuisse videtur. — θείου πν.] Genetivus obiectivus. — ἄγγελος τ. προφ. πνεύματος] Cf. Apoc. Baruch 55, 3: Ramiel, qui praeest visionibus veritatis.

11. ἄκουε νῦν, φησί, περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐπιγείου καὶ κενοῦ καὶ δύναμιν μὴ ἔχοντος, ἀλλὰ ὄντος μωροῦ. 12. πρῶτον μὲν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὁ δοκῶν πνεῦμα ἔχειν ὑψοῖ ἑαυτὸν καὶ θέλει πρωτοκαθεδρίαν ἔχειν καὶ εὐθὺς ἰταμός ἐστι καὶ ἀναιδὴς καὶ πολύλαλος καὶ ἐν τρυφαῖς πολλαῖς ἀναστρεφόμενος καὶ ἐν ἑτέραις πολλαῖς ἀπάταις καὶ μισθὸν λαμβάνει τῆς προφητείας αὐτοῦ· ἐὰν δὲ μὴ λάβῃ, οὐ προφητεύει. δύναται οὖν πνεῦμα θεῖον μισθὸν λαμβάνειν καὶ προφητεύειν; οὐκ ἐνδέχεται τοῦτο ποιεῖν θεοῦ προφήτην, ἀλλὰ τῶν τοιούτων προφητῶν ἐπίγειόν ἐστι τὸ πνεῦμα. 13. εἶτα ὅλως εἰς συναγωγὴν ἀνδρῶν δικαίων οὐκ ἐγγίζει, ἀλλ' ἀποφεύγει αὐτούς· κολλᾶται δὲ τοῖς διψύχοις καὶ κενοῖς καὶ κατὰ γωνίαν αὐτοῖς προφητεύει καὶ ἀπατᾷ αὐτοὺς λαλῶν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν πάντα κενῶς· κενοῖς γὰρ καὶ ἀποκρίνεται· τὸ γὰρ κενὸν σκεῦος μετὰ τῶν κενῶν συντιθέμενον οὐ θραύεται, ἀλλὰ συμφωνοῦσιν ἀλλήλοις. 14. ὅταν δὲ ἔλθῃ εἰς συναγωγὴν πλήρη ἀνδρῶν δικαίων ἐχόντων πνεῦμα θεότητος καὶ ἔντευξις ἀπ' αὐτῶν γένηται, κενοῦται ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἐπίγειον ἀπὸ τοῦ φόβου φεύγει ἀπ' αὐτοῦ, καὶ κωφοῦται ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος καὶ ὅλως συνθραύεται, μηδὲν δυνάμενος λαλῆσαι. 15. ἐὰν γὰρ εἰς ἀποθήκην στιβάσῃς οἶνον ἢ ἔλαιον καὶ ἐν αὐτοῖς θῇς κεράμιον κενὸν καὶ πάλιν ἀποστιβάσαι θελήσῃς τὴν ἀποθήκην, τὸ κεράμιον ἐκεῖνο, ὃ ἔθηκας κενόν, κενὸν καὶ εὑρήσεις· οὕτω καὶ οἱ προφῆται οἱ κενοὶ ὅταν ἔλθωσιν εἰς πνεύματα δικαίων, ὁποῖοι ἦλθον, τοιοῦτοι καὶ εὑρίσκονται. 16. ἔχεις ἀμφοτέρων τῶν προφητῶν τὴν ζωήν· δοκίμαζε οὖν ἀπὸ τῶν ἔργων καὶ τῆς ζωῆς τὸν ἄνθρωπον τὸν λέγοντα ἑαυτὸν πνευματοφόρον εἶναι. 17. σὺ δὲ πίστευε τῷ πνεύματι τῷ ἐρχομένῳ ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ ἔχοντι δύναμιν· τῷ δὲ πνεύματι τῷ ἐπιγείῳ καὶ κενῷ μηδὲν πίστευε, ὅτι ἐν αὐτῷ δύναμις οὐκ ἔστιν· ἀπὸ τοῦ διαβόλου γὰρ ἔρχεται. 18. ἄκουσον [οὖν] τὴν παραβολήν, ἣν μέλλω σοι λέγειν· λάβε λίθον καὶ βάλε εἰς τὸν οὐρανόν, ἴδε, εἰ δύνασαι ἅψασθαι αὐτοῦ· ἢ πάλιν λάβε σίφωνα ὕδατος καὶ σιφώνισον εἰς τὸν οὐρανόν, ἴδε, εἰ δύνασαι

1 *νῦν* L : *οὖν* G, > A | 6 *μισθὸν* GL[1]A : *μισθοὺς* L[2] | 7 *μισθόν* : *μισθοὺς* L[1] | 11/12 *καταγωνίαν* G | 12 *λαλοῦν* G | 16 *θεότητος* L(A) : *θειότατον* G | *ἀπ'* L[2] : *ἀντ'* G, > L[1]A | *αὐτῆς* G | 17 *ἐπίγειον* LA : *ἅγιον* G | 19 *μηδὲν* L(A) : *μὴ* G | 30 *οὖν* L(A) : > G | 31 *ἴδε — αὐτοῦ* > L[1] | 32 *συφώνισον* G

mini ad spiritum divinitatis spectans. 11. Audi nunc, inquit, de spiritu terreno et inani et qui virtutem non habet, sed stultus est. 12. Primum ille homo, qui videtur spiritum habere, exaltat se et vult primam cathedram habere et statim protervus est et impudens et verbosus et in multis deliciis versatur et in aliis multis voluptatibus et mercedem accipit prophetiae suae; si autem non accipit, non prophetat. Potestne ergo spiritus divinus mercedem accipere et prophetare? Hoc facere non licet dei prophetae, sed eiusmodi prophetarum spiritus est terrenus. 13. Deinde concilio virorum iustorum prorsus non appropinquat, sed fugit eos. Adhaeret autem dubiis et inanibus iisque in angulis prophetat et deludit eos omnia inaniter secundum desideria eorum loquens; inanibus enim et respondet. Nam vas inane cum inanibus compositum non frangitur, sed consonant aliud cum alio. 14. Cum autem venerit in concilium plenum viris iustis spiritum divinitatis habentibus et oratio ab iis fit, vacuus invenitur homo ille, et spiritus terrenus timore perterritus fugit ab eo, et obmutescit homo ille et prorsus confringitur nec quidquam potest loqui. 15. Si enim in apotheca stipaveris vinum aut oleum et inter illa vasa posueris amphoram vacuam et iterum apothecam exinanire volueris, amphoram illam, quam posueras vacuam, adhuc vacuam invenies: sic etiam prophetae inanes cum venerint ad spiritus iustorum, quales venerunt, tales et inveniuntur. 16. Habes utriusque prophetae vitam. Proba ergo ex operibus et vita hominem, qui spiritum se habere dicit. 17. Tu autem crede spiritui venienti a deo et habenti virtutem; spiritui autem terreno et inani nihil crede, quia virtus in eo non est; a diabolo enim venit. 18. Audi ergo similitudinem, quam tibi dicturus sum. Sume lapidem et mitte in caelum, vide, si possis illud attingere; aut iterum sume siphonem aquae et torque in caelum, vide, si possis caelum per-

12. *ὑψοῖ . . πρωτοκαθεδρίαν*] Pastori verba, quae Dominus Matth. 23, 6. 12; Luc. 14, 7—11 de scribis et Pharisaeis locutus est, ante oculos obversata esse videntur, et altera vox idem fere significat ac prior. — *ἰταμὸς κτλ.*] Cf. Iren. I, 13, 3. 4. — *μισθὸν λ.*] Cf. Act. 16, 16; Eus. H. E. V, 18, 2; Lucian. Alex. c. 19.

τρυπῆσαι τὸν οὐρανόν. 19. Πῶς, φημί, κύριε, δύναται ταῦτα γενέσθαι; ἀδύνατα γὰρ ἀμφότερα ταῦτα εἴρηκας. Ὡς ταῦτα οὖν, φησίν, ἀδύνατά ἐστιν, οὕτω καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἐπίγεια ἀδύνατά ἐστι καὶ ἀδρανῆ. 20. λάβε νῦν τὴν δύναμιν τὴν ἄνωθεν ἐρχομένην· ἡ χάλαζα ἐλάχιστόν ἐστι κοκκάριον, καὶ ὅταν ἐπιπέσῃ ἐπὶ κεφαλὴν ἀνθρώπου, πῶς πόνον παρέχει· ἢ πάλιν λάβε σταγόνα, ἣ ἀπὸ τοῦ κεράμου πίπτει χαμαὶ καὶ τρυπᾷ τὸν λίθον. 21. βλέπεις οὖν, ὅτι τὰ ἄνωθεν ἐλάχιστα πίπτοντα ἐπὶ τὴν γῆν μεγάλην δύναμιν ἔχει· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ θεῖον ἄνωθεν ἐρχόμενον δυνατόν ἐστι. τούτῳ οὖν τῷ πνεύματι πίστευε, ἀπὸ δὲ τοῦ ἑτέρου ἀπέχου.

Ἐντολὴ ιβ'.

1. Λέγει μοι· Ἆρον ἀπὸ σεαυτοῦ πᾶσαν ἐπιθυμίαν πονηράν, ἔνδυσαι δὲ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἀγαθὴν καὶ σεμνήν· ἐνδεδυμένος γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην μισήσεις τὴν πονηρὰν ἐπιθυμίαν καὶ χαλιναγωγήσεις αὐτήν, καθὼς βούλει. 2. ἀγρία γάρ ἐστιν ἡ ἐπιθυμία ἡ πονηρὰ καὶ δυσκόλως ἡμεροῦται· φοβερὰ γάρ ἐστι καὶ λίαν τῇ ἀγριότητι αὐτῆς δαπανᾷ τοὺς ἀνθρώπους· μάλιστα δὲ ἐὰν ἐμπέσῃ εἰς αὐτὴν δοῦλος θεοῦ καὶ μὴ ᾖ συνετός, δαπανᾶται ὑπ' αὐτῆς δεινῶς· δαπανᾷ δὲ τοὺς τοιούτους τοὺς μὴ ἔχοντας ἔνδυμα τῆς ἐπιθυμίας τῆς ἀγαθῆς, ἀλλὰ ἐμπεφυρμένους τῷ αἰῶνι τούτῳ· τούτους οὖν παραδίδωσιν εἰς θάνατον. 3. Ποῖα, φημί, κύριε, ἔργα ἐστὶν τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς τὰ παραδιδόντα τοὺς ἀνθρώπους εἰς θάνατον; γνώρισόν μοι, ἵνα ἀφέξωμαι ἀπ' αὐτῶν. Ἄκουσον, [φησίν], ἐν ποίοις ἔργοις θανατοῖ ἡ ἐπιθυμία ἡ πονηρὰ τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ.

2. Πάντων προέχουσα ἐπιθυμία γυναικὸς ἀλλοτρίας ἢ ἀνδρὸς καὶ πολυτελείας πλούτου καὶ ἐδεσμάτων πολλῶν ματαίων καὶ μεθυσμάτων καὶ ἑτέρων τρυφῶν πολλῶν καὶ μωρῶν· πᾶσα γὰρ τρυφὴ μωρά ἐστι καὶ κενὴ τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ. 2. αὗται οὖν

2 *ἀδύνατα — εἴρηκας* > A | *ταῦτα* GL²: + *ἃ* L¹ | 3 ***τὰ πνεύματα τὰ ἐπ. κτλ.*** GL²: spiritus terrestris etc. L¹A | 4 *εἰσι* G | ***νῦν*** L: ***οὖν*** G | 9/10 *οὕτω — ἐστι* > L¹ | 10 *τῷ πνεύματι* GA: > L | 21 ***ἐμπεφυρμένους*** Ath: *ἐκπεφ.* G | 25 *φησὶν* LA: > G | 28 *πολυτελείας* GL¹ (L²?): *-τέλεια* A Ath cf. Mand. VI, 2, 5

tundere. 19. Quomodo, inquam, domine, haec fieri possunt? Impossibilia enim utraque ista esse dixisti. Sicut haec igitur, inquit, impossibilia sunt, ita et spiritus terreni invalidi sunt et inertes. 20. Sume nunc virtutem de sursum venientem. Grando minimum est granum, et cum ceciderit super caput hominis, quantum dolorem affert! Aut iterum sume stillicidium, quod a tegula cadit in terram et pertundit lapidem. 21. Vides igitur, quod ea, quae de sursum cadunt in terram, etiamsi minima sunt, magnam virtutem habent: sic et spiritus divinus de sursum veniens potens est. Huic ergo spiritui crede, ab altero te abstine.

Mandatum XII.

1. Dicit mihi: Tolle a te omne desiderium malum, indue te desiderium bonum et sanctum; indutus enim hoc desiderio odio habebis malum desiderium et refrenabis, sicut vis. 2. Agrestis enim est concupiscentia mala et difficile mansuetatur; namque atrox est ac vehementer feritate sua homines consumit; praecipue si servus dei in eam inciderit neque sapiens fuerit, consumitur ab ea horribiliter. Disperdit autem eos, qui non habent indumentum desiderii boni, sed impliciti sunt huic saeculo. Hos igitur morti tradit. 3. Quae, inquam, domine, opera sunt concupiscentiae malae, quae homines morti tradunt? Demonstra mihi, ut abstineam ab iis. Audi, inquit, in quibus operibus cupiditas mala servos dei morte afficiat.

2. Omnibus praestat cupiditas mulieris alienae aut viri et magnificentiae divitiarum et ciborum copiosorum supervacuorum et potuum aliarumque deliciarum multarum et stultarum; omnes enim deliciae stultae sunt et inanes servis dei. 2. Hae igitur

XII. Exstat dimidia fere Mandati pars apud Ps.-Athanasium l. c., scilicet 1—3, 1 (exceptis versibus 3 et 4 c. 2) in c. 10; 3, 2 in c. 13; 3, 4. 5 et 4, 2—5 in c. 21: 4, 6. 7; 5, 2 et 6, 2. 3 in c. 12. Antiochus Mon. Hom. 74 PG 89, 1650 transscripsit c. 1 et Hom. 77 p. 1663 6, 2. 3.

1, 1. *ἐπιθ. πονηράν*] Cf. Mand. VIII, 5; XI, 2; Col. 3, 5: *ἐπιθυμίαν κακήν*. — *χαλιναγωγήσεις*] Cf. Iac. 1, 26; 3, 2. 3.

2. *ἔνθυμα*] Cf. Sim. IX, 13, 2. 7. 8; Matth. 22, 11; Rom. 13, 14; Gal. 3, 27; Col. 3, 10. — *θάνατον*] Cf. Iac. 1, 15.

αἱ ἐπιθυμίαι πονηραί εἰσι, θανατοῦσαι τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ· αὕτη γὰρ ἡ ἐπιθυμία ἡ πονηρὰ τοῦ διαβόλου θυγάτηρ ἐστίν. ἀπέχεσθαι οὖν δεῖ ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν πονηρῶν, ἵνα ἀποσχόμενοι ζήσητε τῷ θεῷ. 3. ὅσοι δὲ ἂν κατακυριευθῶσιν ὑπ' αὐτῶν καὶ μὴ ἀντισταθῶσιν αὐταῖς, ἀποθανοῦνται εἰς τέλος· θανατώδεις γάρ εἰσιν αἱ ἐπιθυμίαι αὗται. 4. σὺ δὲ ἔνδυσαι τὴν ἐπιθυμίαν τῆς δικαιοσύνης, καὶ καθοπλισάμενος τὸν φόβον τοῦ κυρίου ἀντίστηθι αὐταῖς· ὁ γὰρ φόβος τοῦ θεοῦ κατοικεῖ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ. ἡ ἐπιθυμία ἡ πονηρὰ ἐὰν ἴδῃ σε καθωπλισμένον τῷ φόβῳ τοῦ θεοῦ καὶ ἀνθεστηκότα αὐτῇ, φεύξεται ἀπὸ σοῦ μακρὰν καὶ οὐκέτι σοι ὀφθήσεται φοβουμένη τὰ ὅπλα σου. 5. σὺ οὖν [νῖκος λαβὼν καὶ] στεφανωθεὶς κατ' αὐτῆς ἐλθὲ πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν τῆς δικαιοσύνης, καὶ παραδοὺς αὐτῇ τὸ νῖκος, ὃ ἔλαβες, δούλευσον αὐτῇ, καθὼς αὐτὴ βούλεται. ἐὰν δουλεύσῃς τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ καὶ ὑποταγῇς αὐτῇ, δυνήσῃ τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς κατακυριεῦσαι καὶ ὑποτάξαι αὐτήν, καθὼς βούλει.

3. Ἤθελον, φημί, κύριε, γνῶναι, ποίοις τρόποις με δεῖ δουλεῦσαι τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ. Ἄκουε, φησίν· *ἔργασαι δικαιοσύνην* καὶ [ἀρε]τήν, ἀλήθειαν καὶ φόβον κυρίου, πίστιν καὶ πραότητα καὶ ὅσα τούτοις ὅμοιά ἐστιν ἀγαθά. ταῦτα ἐργαζόμενος εὐάρεστος ἔσῃ δοῦλος τοῦ θεοῦ καὶ ζήσῃ αὐτῷ· καὶ πᾶς, ὃς ἂν δουλεύσῃ τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ, ζήσεται τῷ θεῷ. 2. συνετέλεσεν οὖν τὰς ἐντολὰς τὰς δώδεκα καὶ λέγει μοι· Ἔχεις τὰς ἐντολὰς ταύτας· πορεύου ἐν αὐταῖς καὶ τοὺς ἀκούοντας παρακάλει, ἵνα ἡ μετάνοια αὐτῶν καθαρὰ γένηται τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν. 3. τὴν διακονίαν ταύτην, ἥν σοι δίδωμι, ἐκτέλει ἐπιμελῶς, καὶ πολὺ ἐργάσῃ· εὑρήσεις γὰρ χάριν ἐν τοῖς μέλλουσι μετανοεῖν, καὶ πεισθήσονταί σου τοῖς ῥήμασιν· ἐγὼ γὰρ μετὰ σοῦ ἔσομαι καὶ ἀναγκάσω αὐτοὺς πεισθῆναί σοι.

4. Λέγω αὐτῷ· Κύριε, αἱ ἐντολαὶ αὗται μεγάλαι καὶ καλαὶ καὶ ἔνδοξοί εἰσι καὶ δυνάμεναι *εὐφρᾶναι καρδίαν ἀνθρώπου* τοῦ δυναμένου τηρῆσαι αὐτάς. οὐκ οἶδα δέ, εἰ δύνανται αἱ ἐντολαὶ

6 δὲ GA : ergo L | 11/12 νῖκος λ. καὶ L(A) : > G | 14 αὐτῇ GA : + operando L^1, actibus L^2 | 17/18 p. 516 ἤθελον — οἴνου καλοῦ deest in L^2 | 19 ἀρετήν : . . . τὴν G | 23 δώδεκα : ιβ' G | 24 παρεκάλει GA : + πορεύεσθαι ἐν αὐταῖς Ath^2, ut paenitentiam agant L^1 | 29 σοι : + ἀρχὴ G, finita sunt mandata duodecim. Initium similitudinum. Similitudo prima A | 32 τηρῆσαι αὐτὰς Ath^2 L^{1}A cf. c. 6, 3; Sim. V, 3, 3; VI, 1, 4: ποιῆσαι ταύτας G

cupiditates malae sunt, morte afficientes servos dei. Haec enim cupiditas mala est filia diaboli. Abstineatis ergo oportet a cupiditatibus malis, ut abstinentes vivatis deo. 3. Quicumque autem ab iis superati fuerint neque restiterint iis, morientur in perpetuum; mortiferae enim sunt cupiditates istae. 4. Tu autem indue desiderium iustitiae et armatus timore dei resiste illis. Timor enim dei habitat in desiderio bono. Desiderium malum cum viderit te armatum timore dei ac resistentem sibi, longe fugiet a te et iam non apparebit tibi timens arma tua. 5. Tu ergo cum victoriam de ea adeptus et coronatus fueris, veni ad desiderium iustitiae et victoria, quam accepisti, ei tradita servi ei, sicut ipsum vult. Si servieris desiderio bono eique subiectus fueris, poteris desiderii mali dominari idque subiugare, sicut vis.

3. Volebam, inquam, domine, scire, quomodo desiderio bono servire debeam. Audi, inquit: *operaberis iustitiam* et virtutem, veritatem et timorem domini, fidem et mansuetudinem et quaecumque his similia sunt bona. Haec operans eris beneplacens servus dei eique vives, et quicumque servierit desiderio bono, vivet deo. 2. Consummavit itaque mandata duodecim et dicit mihi: Habes haec mandata; ambula in iis et audientes hortare, ut paenitentia eorum munda fiat reliquis diebus vitae eorum. 3. Ministerium hoc, quod tibi do, perfice diligenter, et multum consequeris; invenies enim gratiam apud eos, qui paenitentiam acturi sunt, et credent verbis tuis; ego enim tecum ero et cogam eos, ut credant tibi.

4. Dico ei: Domine, mandata haec magna et bona et praeclara sunt et possunt *laetificare cor hominis*, qui ea servare potest. Nescio vero, an mandata haec ab homine custodiri

6 Eph. 6, 13. — 10 Iac. 4, 7. — 18 Ps. 14, 2; Act. 10, 35; Hebr. 11, 3. — 31 Ps. 18, 9; 103, 15.

2, 2. *ἐπιθυμίαι*] sc. rerum in v. 1 enumeratarum.

4. *τ. φόβον κυρίου*] Cf. Mand. VII, 4; X, 1, 6. — *ἀνθεστηκότα .. φεύξεται*] Cf. c. 5, 2.

3, 4. *εὐφρᾶναι κ. ἀνθρ.*] Ps. 103, 15 his verbis vis vini describitur. Cf. Sim. VI, 1. 1. — *εἰ δύνανται κτλ.*] Cf. Iust. Dialog. c. 10, ubi Trypho: *ὑμῶν δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ λεγομένῳ εὐαγγελίῳ παραγγέλματα θαυμαστὰ οὕτως καὶ μεγάλα ἐπίσταμαι εἶναι, ὡς ὑπολαμβάνειν μηδένα δύνασθαι φυλάξαι αὐτά.*

αὗται ὑπὸ ἀνθρώπου φυλαχθῆναι, διότι σκληραί εἰσι λίαν. 5. ἀποκριθεὶς λέγει μοι· Ἐὰν σὺ σεαυτῷ προθῇς, ὅτι δύνανται φυλαχθῆναι, εὐκόλως αὐτὰς φυλάξεις καὶ οὐκ ἔσονται σκληραί· ἐὰν δὲ ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἤδη ἀναβῇ μὴ δύνασθαι αὐτὰς ὑπὸ ἀνθρώπου φυλαχθῆναι, οὐ φυλάξεις αὐτάς. 6. νῦν δέ σοι λέγω· ἐὰν ταύτας μὴ φυλάξῃς, ἀλλὰ παρενθυμηθῇς, οὐχ ἕξεις σωτηρίαν οὔτε τὰ τέκνα σου οὔτε ὁ οἶκός σου, ἐπεὶ ἤδη σεαυτῷ κέκρικας τοῦ μὴ δύνασθαι τὰς ἐντολὰς ταύτας ὑπὸ ἀνθρώπου φυλαχθῆναι.

4. Καὶ ταῦτά μοι λίαν ὀργίλως ἐλάλησεν, ὥστε με συγχυθῆναι καὶ λίαν αὐτὸν φοβηθῆναι· ἡ μορφὴ γὰρ αὐτοῦ ἠλλοιώθη, ὥστε μὴ δύνασθαι ἄνθρωπον ὑπενεγκεῖν τὴν ὀργὴν αὐτοῦ. 2. ἰδὼν δέ με τεταραγμένον ὅλον καὶ συγκεχυμένον ἤρξατό μοι ἐπιεικέστερον [καὶ ἱλαρώτερον] λαλεῖν καὶ λέγει· Ἄφρον, ἀσύνετε καὶ δίψυχε, οὐ νοεῖς τὴν *δόξαν τοῦ θεοῦ*, πῶς *μεγάλη* ἐστὶ καὶ ἰσχυρὰ καὶ θαυμαστή, ὅτι *ἔκτισε τὸν κόσμον* ἕνεκα τοῦ ἀνθρώπου καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν αὐτοῦ ὑπέταξε τῷ ἀνθρώπῳ καὶ τὴν ἐξουσίαν πᾶσαν ἔδωκεν αὐτῷ τοῦ κατακυριεύειν τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πάντων; 3. εἰ οὖν, φησίν, πάντων ὁ ἄνθρωπος κύριός ἐστι τῶν κτισμάτων τοῦ θεοῦ καὶ πάντων κατακυριεύει, οὐ δύναται καὶ τούτων τῶν ἐντολῶν κατακυριεῦσαι; δύναται, φησί, πάντων καὶ πασῶν τῶν ἐντολῶν τούτων κατακυριεῦσαι ὁ ἄνθρωπος ὁ ἔχων τὸν κύριον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. 4. οἱ δὲ ἐπὶ τοῖς χείλεσιν ἔχοντες τὸν κύριον, τὴν δὲ καρδίαν αὐτῶν πεπωρωμένην καὶ μακρὰν ὄντες ἀπὸ τοῦ κυρίου, ἐκείνοις αἱ ἐντολαὶ αὗται σκληραί εἰσι καὶ δύσβατοι. 5. θέσθε οὖν ὑμεῖς, οἱ κενοὶ καὶ ἐλαφροὶ ὄντες ἐν τῇ πίστει, τὸν κύριον ὑμῶν εἰς τὴν καρδίαν, καὶ γνώσεσθε, ὅτι οὐδέν ἐστιν εὐκοπώτερον τῶν ἐντολῶν τούτων οὔτε γλυκύτερον οὔτε ἡμερώτερον. 6. ἐπιστράφητε ὑμεῖς οἱ ταῖς ἐντολαῖς πορευόμενοι

2 *προθῇς* Ath^{2} (*προθῇ*) cf. A : *προσθῇς* G, > L^{1} | 4 *ἀναβῇ* Ath^{2}: *ἀνέβη* G | 11 *αὐτοῦ* L^{1}A : + *σὺ συνέκλεισας φῶς καὶ ἐχώρισας τὸ σκότος ἀπ' ἀλλήλων, ἐθεμελίωσας τὴν γῆν καὶ ἔκτισας καρποὺς παντοδαπούς, ἥλιον, σελήνην, ἄστρων ἐναρμόνιον κίνησιν, ζῶα πτερωτά, τετράποδα, ἑρπετά, ἔνυδρα, ἄγριά τε καὶ τὰ τούτοις παραπλησιάζοντα, καὶ τούτων ἁπάντων ἔκτισας δεσπότην τὸν ἄνθρωπον* G | 13 *καὶ ἱλαρώτερον* L^{1}(A) : > G | 16 *αὐτοῦ* A : *αὐτῷ* G, > L^{1} | 17 *τὸν οὐρανὸν* A : *τῶν οὐρανῶν* G, mandatorum L^{1} | 18/20 *εἰ — κατακυριεῦσαι* > L^{1} | 20 *πάντων καὶ* > L^{1} Ath^{2} | 21 *ὁ* sec Ath^{2} (L^{1}A) : > G | 23 *πεπωρωμένην* Ath^{2} L^{1} : *πεπυρ.* G, obcaecatum A | 24 *κυρίου* L^{1} Ath^{2} : *θεοῦ* G

possint, quoniam difficilia sunt valde. 5. Respondens dicit mihi: Si tibi persuaseris, ea posse custodiri, facile ea custodies neque erunt dura; si autem cogitatio in cor tuum ascenderit, ea ab homine non posse custodiri, non custodies ea. 6. Nunc vero dico tibi: si ea non custodieris, sed neglexeris, non habebis salutem neque filii tui neque domus tua, quia tibi iam iudicasti, haec mandata ab homine non posse iudicari.

4. Et haec mihi valde iracunde locutus est, ita ut confunderer et vehementer eum timerem; vultus enim eius mutatus est, ita ut homo iram eius non posset sustinere. 2. Cum autem totum conturbatum ac confusum me videret, moderatius et hilarius mihi loqui coepit et dicit: Stulte, insipiens et dubie, nonne intellegis *gloriam dei*, quam *magna* sit et potens et admirabilis, quia *mundum creavit* hominis causa et omnem creaturam suam homini subiecit et omnem potestatem ei dedit, ut dominetur omnium, quae sub caelo sunt? 3. Si igitur, inquit, homo dominus est omnium creaturarum dei et omnium dominatur, nonne potest et horum mandatorum dominari? Potest, inquit, omnium dominari et omnium horum mandatorum homo, qui habet dominum in corde suo. 4. Qui autem in labiis habent dominum et cor suum obduratum et longe sunt a domino, illis haec mandata dura sunt et inaccessa. 5. Ponite ergo vos, qui inanes estis et leves in fide, dominum in corde vestro, et cognoscetis, nihil esse facilius his mandatis neque dulcius neque mansuetius. 6. Convertimini vos, qui in mandatis ambu-

14 Ps. 137, 5 (20, 6; 56, 12; 107, 6; 112, 4). — 15 Act. 17, 24; II Macc. 7, 23.

5. *εὐκόλως φυλ.*] Cf. c. 4, 5; Matth. 11, 30. — *οὐκ ἔσ. σκληραί*] Cf. I Ioann. 5, 3.

4, 1. *ἡ μορφὴ — ἠλλοιώθη*] Cf. Dan. 5, 6. 9. 10; 7, 28.

2. *ἕνεκα τ. ἀνθρώπου*] Cf. Apoc. Baruch 14, 18. 19. — *ὑπέταξε*] Cf. Ps. 8, 7. — *κατακυριεύειν κτλ.*] Cf. Gen. 1, 28.

4. *ἐπὶ τ. χείλεσιν κτλ.*] Cf. Ies. 29, 13; Matth. 15, 8. — *πεπωρωμένην*] Cf. Mand. IV, 2, 1; Ioann. 12, 40; II Cor. 3, 14.

5. *γλυκύτερον*] Cf. Mand. V, 1, 6; Sirach 23, 27; Ps. 18, 11.

6. *τ. ἐντολαῖς πορ.*] Inde ab hoc loco *πορεύεσθαι* saepius (Sim. I, 5; VI, 1, 1. 4 etc.), sed non semper, cum dativo sine *ἐν* construitur. Supra (Vis. II, 3, 2; III, 5, 3; V, 7 etc.) auctor ubique praepositionem adhibuit.

τοῦ διαβόλου, ταῖς δυσκόλοις καὶ πικραῖς καὶ ἀγρίαις καὶ ἀσελγέσι, καὶ μὴ φοβήθητε τὸν διάβολον, ὅτι ἐν αὐτῷ δύναμις οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν· 7. ἐγὼ γὰρ ἔσομαι μεθ' ὑμῶν, ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας [ὁ κ]ατακυριεύων αὐτοῦ. ὁ διάβολος μόνον φόβον ἔχει, ὁ δὲ φόβος αὐτοῦ τόνον οὐκ ἔχει· μὴ φοβήθητε οὖν αὐτόν, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν.

5. Λέγω αὐτῷ· Κύριε, [ἄκ]ουσόν μου ὀλίγων ῥημάτων. Λέγε, φησίν, ὃ βούλει. Ὁ μὲν ἄνθρωπος, φημί, κύριε, πρόθυμός ἐστι τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ φυλάσσειν, καὶ οὐδείς ἐστιν ὁ μὴ αἰτούμενος παρὰ τοῦ κ[υρίου, ἵν]α ἐνδυναμωθῇ ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ καὶ ὑποταγῇ αὐταῖς· ἀλλ' ὁ διάβολος σκληρός ἐστι καὶ καταδυναστεύει αὐτῶν. 2. Οὐ δύναται, φησί, καταδυναστεύειν τῶν δούλων τοῦ θεοῦ τῶν ἐξ ὅλης καρδίας ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν. δύναται ὁ διάβολος ἀντιπαλαῖσαι, καταπαλαῖσαι δὲ οὐ δύναται. ἐὰν οὖν ἀντισταθῆτε αὐτῷ, νικηθεὶς φεύξεται ἀφ' ὑμῶν κατῃσχυμμένος. ὅσοι δέ, φησίν, ἀπόκενοί εἰσι, φοβοῦνται τὸν διάβολον ὡς δύναμιν ἔχοντα. 3. ὅταν ὁ ἄνθρωπος κεράμια ἱκανώτατα γεμίσῃ οἴνου καλοῦ καὶ ἐν τοῖς κεραμίοις ἐκείνοις ὀλίγα ἀπόκενα ᾖ, ἔρχεται ἐπὶ τὰ κεράμια καὶ οὐ κατανοεῖ τὰ πλήρη· οἶδε γάρ, ὅτι πλήρη εἰσί· κατανοεῖ δὲ τὰ ἀπόκενα, φοβούμενος, μήποτε ὤξισαν· ταχὺ γὰρ τὰ ἀπόκενα κεράμια ὀξίζουσι καὶ ἀπόλλυται ἡ ἡδονὴ τοῦ οἴνου. 4. οὕτω καὶ ὁ διάβολος ἔρχεται ἐπὶ πάντας τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ ἐκπειράζων αὐτούς. ὅσοι οὖν πλήρεις εἰσὶν ἐν τῇ πίστει, ἀνθεστήκασιν αὐτῷ ἰσχυρῶς, κἀκεῖνος ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτῶν μὴ ἔχων τόπον, ποῦ εἰσέλθῃ. ἔρχεται οὖν τότε πρὸς τοὺς ἀποκένους καὶ ἔχων τόπον εἰσπορεύεται εἰς αὐτούς, καὶ ὃ δὲ βούλεται ἐν αὐτοῖς ἐργάζεται, καὶ γίνονται αὐτῷ ὑπόδουλοι.

6. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν λέγω, ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας· μὴ φοβήθητε τὸν διάβολον. ἀπεστάλην γάρ, φησί, μεθ' ὑμῶν εἶναι τῶν μετανοούντων ἐξ ὅλης καρδίας αὐτῶν καὶ ἰσχυροποιῆσαι αὐτοὺς ἐν τῇ πίστει. 2. πιστεύσατε οὖν τῷ θεῷ ὑμεῖς οἱ διὰ τὰς ἁμαρ-

2 φοβηθῆτε G | 3 ἔσομαι: incipiunt folia codicis G vel Athensis Lipsiae asservata; cf. quae Mand. IV. 3. 5. p. 480 lin. 4 adnotata sunt 10 κυρίου. ἵνα: κ . . . α G | ἐνδυναμωθῇ A(L¹): μὴ δυν. G | 17 ἔχοντα GA: + diabolus temptat servos dei, et si invenerit vacuum, exterminat L¹ 19 πλήρεις G | 27 ἐν G: > LA

latis diaboli, quae sunt difficilia et amara et fera et immunda, et nolite timere diabolum, quia non habet potestatem in vos. 7. Ego enim vobiscum ero, angelus paenitentiae, qui eius dominor. Diabolus timorem tantum facit, sed timor eius vanus est; nolite ergo eum timere, et fugiet a vobis.

5. Dico ei: Domine, audi me pauca verba dicentem. Dic, inquit, quod vis. Homo quidem, inquam, domine, promptus est mandata dei custodire, et nemo est, qui non petat a domino, ut confortetur in mandatis eius iisque subiciatur; sed diabolus durus est ac dominatur eorum. 2. Non potest, inquit, dominari servorum dei, qui ex toto corde sperant in eum. Potest diabolus luctari, vincere autem non potest. Si ergo ei resistitis, victus a vobis fugiet confusus. Quicumque autem, inquit, inanes sunt, timent diabolum quasi potestatem habentem. 3. Cum homo amphoras aptissimas vino bono impleverit et inter amphoras illas paucae semiplenae fuerint, veniens ad amphoras non recognoscit plenas (scit enim eas plenas esse), sed recognoscit semiplenas, timens, ne acescant; cito enim amphorae semiplenae acescunt et dulcedo vini perit. 4. Ita et diabolus venit ad omnes servos dei tentans eos. Quicumque ergo pleni sunt fide, resistunt ei fortiter, et ille recedit ab iis non habens locum, quo intret. Vadit ergo tunc ad inanes et habens locum intrat in eos, et quod vult in iis operatur, et fiunt eius servi.

6. Ego autem, angelus paenitentiae, dico vobis: ne timeatis diabolum. Missus enim sum, ut vobiscum sim, qui ex toto corde vestro paenitentiam agitis, et confortem vos in fide. 2. Credite ergo vos deo, qui propter peccata vestra de vita

15 Iac. 4, 7. — 22 I Petr. 5, 9.

5, 1. πρόθυμος] Cf. Matth. 26, 14.
2. ἀντισταθῆτε κτλ.] Cf. c. 2, 4.
3. Laudat hunc locum Origenes In Matth. 24, 42 (ed. Bened. III, 877).

6, 2. ἐπιστραφῆτε κτλ.] Cf. Mand. VI, 1, 5. Vis. II, 2, 7; 3, 3.
3. σῶσαι κ. ἀπ.] Cf. Sim. IX, 28, 4.

τίας ὑμῶν ἀπεγνωκότες τὴν ζωὴν ὑμῶν καὶ προστιθέντες ἁμαρτίαις καὶ καταβαρύνοντες τὴν ζωὴν ὑμῶν, ὅτι, ἐὰν *ἐπιστραφῆτε πρὸς τὸν κύριον ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ὑμῶν καὶ ἐργάσησθε τὴν δικαιοσύνην* τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ὑμῶν καὶ δουλεύσητε αὐτῷ ὀρθῶς κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, ποιήσει ἴασιν τοῖς προτέροις ὑμῶν ἁμαρτήμασι καὶ ἕξετε δύναμιν τοῦ κατακυριεῦσαι τῶν ἔργων τοῦ διαβόλου. τὴν δὲ ἀπειλὴν τοῦ διαβόλου ὅλως μὴ φοβήθητε· ἄτονος γάρ ἐστιν ὥσπερ νεκροῦ νεῦρα. 3. ἀκούσατε οὖν μου καὶ φοβήθητε τὸν πάντα δυνάμενον, *σῶσαι καὶ ἀπολέσαι*, καὶ τηρεῖτε τὰς ἐντολὰς ταύτας, καὶ ζήσεσθε τῷ θεῷ. 4. λέγω αὐτῷ· Κύριε, νῦν ἐνεδυναμώθην ἐν πᾶσι τοῖς δικαιώμασι τοῦ κυρίου, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ· καὶ οἶδα, ὅτι συγκόψεις τὴν δύναμιν τοῦ διαβόλου πᾶσαν καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ κατακυριεύσομεν καὶ κατισχύσομεν πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. καὶ ἐλπίζω, κύριε, δύνασθαί με τὰς ἐντολὰς ταύτας, ἃς ἐντέταλσαι, τοῦ κυρίου ἐνδυναμοῦντος φυλάξαι. 5. Φυλάξεις, φησίν, ἐὰν ἡ καρδία σου καθαρὰ γένηται πρὸς κύριον· καὶ πάντες δὲ φυλάξουσιν, ὅσοι ἂν καθαρίσωσιν ἑαυτῶν τὰς καρδίας ἀπὸ τῶν ματαίων ἐπιθυμιῶν τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ζήσονται τῷ θεῷ.

ΠΑΡΑΒΟΛΑΙ ΑΣ ΕΛΑΛΗΣΕ ΜΕΤ' ΕΜΟΥ.

Λέγει μοι· Οἴδατε, φησίν, ὅτι ἐπὶ ξένης κατοικεῖτε ὑμεῖς οἱ δοῦλοι τοῦ θεοῦ· ἡ γὰρ πόλις ὑμῶν μακράν ἐστιν ἀπὸ τῆς πόλεως ταύτης· εἰ οὖν οἴδατε, φησί, τὴν πόλιν ὑμῶν, ἐν ᾗ μέλλετε

1/2 *ἁμαρτίαις* LA : *-τίας* G | 5 *ὀρθῶς* L² Ant : > GL¹ | 10/19 *λέγω — θεῷ* > A | 15 *με* : *μὲν* G | 19 *θεῷ* : + expliciunt mandata L¹ | 20 *ἐμοῦ*: + similitudo prima L², cuius inscriptionem in versione latina recipio, similiter in Similitudinibus sequentibus | 22 *θεοῦ* GL² : *κυρίου* L¹A | *ἡ* : *οἱ* G

I. Antiochus Mon. Hom. 15 PG 89, 1474 versus 1—3 et 6—9 suo more transscripsit. — Cf. Clem. Recogn. II, 21—24.

1. *ξένης*] Cf. Hebr. 13, 14. I Clem. inscr. — *ἀπὸ τ. πόλεως τ.*] Zahn l. c. p. 121—124 haec verba de urbe Roma (cf. Vis. II, 4, 3) et v. 3 (*ἐπ' ἐξουσίαν ἑτέρου*) et 4 (*ὁ κύριος τ. πόλεως τ.*) de imperatore Romano-

[redacted]

vestra desperastis et peccatis adicitis et aggravatis vitam vestram, quod, si *conversi fueritis ad dominum ex toto corde vestro* et *iustitiam feceritis* dies vitae vestrae reliquos et recte ei servieritis secundum voluntatem eius, dabit remedium peccatis vestris prioribus et habebitis potestatem dominandi operum diaboli. Minas autem diaboli omnino nolite timere; invalidus enim est sicut nervi hominis mortui. 3. Audite ergo me et timete eum, qui omnia potest, *salvare et perdere,* et servate haec mandata, et vivetis deo. 4. Dico ei: Domine, nunc confortatus sum in omnibus iustificationibus domini, quoniam tu mecum es; et scio, te omnem diaboli potestatem confracturum et nos eius dominaturos omniaque opera eius superaturos esse. Et spero, domine, haec mandata, quae dedisti, domino confirmante me posse custodire. 5. Custodies, inquit, si cor tuum mundum fuerit apud dominum, et omnes custodient, quicumque corda sua purificaverint ab inanibus huius saeculi desideriis, et vivent deo.

INCIPIUNT SIMILITUDINES QUAS LOCUTUS EST MECUM.

Similitudo I.

Dicit mihi: Scitis, inquit, vos, servos dei, peregre habitare: civitas enim vestra longe abest ab hac civitate. Si ergo nostis, inquit, civitatem vestram, in qua habitaturi estis, quid hic emi-

2 Ier. 24, 7; Ioel 2, 12. — 3 Ps. 14, 2; Act. 10, 35; Hebr. 11, 3. — 9 Iac. 4, 12 cf. Matth. 10, 28; Luc. 6, 9; 9, 24. 56; 12, 5; 17, 33.

rum interpretatus est. Interpretes ceteri fere omnes verba de hoc mundo et de diabolo intellexerunt, et recte quidem, ut mihi videtur. Caelo opponit Hermas mundum, Deo diabolum. Attamen illa interpretatio non prorsus falsa est. Imperatores enim Romani quamdiu Christianos persecuti sunt, Hermae instrumenta esse videbantur, quibus diabolus ad imperium suum exercendum utebatur. — *εἰ οὖν οἴδατε κτλ.*] Cf. I Petr.

κατοικεῖν, τί ὧδε ὑμεῖς ἑτοιμάζετε ἀγροὺς καὶ παρατάξεις πολυτελεῖς καὶ οἰκοδομὰς καὶ οἰκήματα μάταια; 2. ταῦτα οὖν ὁ ἑτοιμάζων εἰς ταύτην τὴν πόλιν οὐ προσδοκᾷ ἐπανακάμψαι εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. 3. ἄφρον καὶ δίψυχε καὶ ταλαίπωρε ἄνθρωπε, σὺ νοεῖς, ὅτι ταῦτα πάντα ἀλλότριά εἰσι καὶ ὑπ' ἐξουσίαν ἑτέρου εἰσίν; ἐρεῖ γὰρ ὁ κύριος τῆς πόλεως ταύτης· Οὐ θέλω σε κατοικεῖν εἰς τὴν πόλιν μου, ἀλλ' ἔξελθε ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, ὅτι τοῖς νόμοις μου οὐ χρᾶσαι. 4. σὺ οὖν ἔχων ἀγροὺς καὶ οἰκήσεις καὶ ἑτέρας ὑπάρξεις πολλάς, ἐκβαλλόμενος ὑπ' αὐτοῦ τί ποιήσεις σου τὸν ἀγρὸν καὶ τὴν οἰκίαν καὶ τὰ λοιπά, ὅσα ἡτοίμασας σεαυτῷ; λέγει γάρ σοι δικαίως ὁ κύριος τῆς χώρας ταύτης· Ἢ τοῖς νόμοις μου χρῶ ἢ ἐκχώρει ἐκ τῆς χώρας μου. 5. σὺ οὖν τί μέλλεις ποιεῖν, ἔχων νόμον ἐν τῇ σῇ πόλει; ἕνεκεν τῶν ἀγρῶν σου καὶ τῆς λοιπῆς ὑπάρξεως τὸν νόμον σου πάντως ἀπαρνήσῃ καὶ πορεύσῃ τῷ νόμῳ τῆς πόλεως ταύτης; βλέπε, μὴ ἀσύμφορόν ἐστιν ἀπαρνῆσαι τὸν νόμον σου· ἐὰν γὰρ ἐπανακάμψαι θελήσῃς εἰς τὴν πόλιν σου, οὐ μὴ παραδεχθήσῃ, ὅτι ἀπηρνήσω τὸν νόμον τῆς πόλεώς σου, καὶ ἐκκλεισθήσῃ ἀπ' αὐτῆς. 6. βλέπε οὖν σύ· ὡς ἐπὶ ξένης κατοικῶν μηδὲν πλέον ἑτοίμαζε σεαυτῷ εἰ μὴ τὴν αὐτάρκειαν τὴν ἀρκετήν σοι, καὶ ἕτοιμος γίνου, ἵνα, ὅταν θέλῃ ὁ δεσπότης τῆς πόλεως ταύτης ἐκβαλεῖν σε ἀντιταξάμενον τῷ νόμῳ αὐτοῦ, ἐξέλθῃς ἐκ τῆς πόλεως αὐτοῦ καὶ ἀπέλθῃς ἐν τῇ πόλει σου καὶ τῷ σῷ νόμῳ χρήσῃ ἀνυβρίστως ἀγαλλιώμενος. 7. βλέπετε οὖν ὑμεῖς οἱ δουλεύοντες τῷ κυρίῳ καὶ ἔχοντες αὐτὸν εἰς τὴν καρδίαν· ἐργάζεσθε τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ *μνημονεύοντες τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ* καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν ὧν ἐπηγγείλατο, καὶ πιστεύσατε αὐτῷ, ὅτι ποιήσει αὐτάς, ἐὰν αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ φυλαχθῶσιν. 8. ἀντὶ ἀγρῶν οὖν ἀγοράζετε ψυχὰς θλιβομένας, καθά τις δυνατός ἐστι, καὶ *χήρας καὶ ὀρφανοὺς ἐπισκέπτεσθε* καὶ μὴ παραβλέπετε αὐτούς, καὶ τὸν πλοῦτον ὑμῶν καὶ τὰς παρατάξεις πάσας

2 *οὖν* G : enim L | 3 *προσδοκᾷ* Ant L (cogitat) A (vult) : *δύναται* G | 5 *εἰσι* Ant : *ἐστι* G | 6/11 *οὐ — ταύτης* > L[1] ob homoeot. | 9 *ὑπάρξεις* L[2]A cf. v. 5 : *πράξεις* G | *ἐκβαλόμενος* G | 15/16 *καὶ — σου* > L[1] | 20 *θέλῃ* L : *ἔλθῃ* G | 21 *ἀντιταξάμενον* G : *-μενος* LA | 23 *ἀνυβρίστως* LA : + *καὶ* G

2, 11: *παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους, ἀπέχεσθε τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν.*

2. *τ. ἰδ. πόλιν*] Antiochus addit:

[redacted]

tis agros et apparatus magnificos et aedificia et habitationes supervacuas? 2. Haec igitur qui comparat in hac civitate, non cogitat in suam civitatem redire. 3. Stulte et dubie et miser homo, nonne intellegis, haec omnia aliena esse et sub alterius potestate? Dicet enim dominus civitatis huius: Nolo te habitare in civitate mea; sed exi ex hac civitate, quia legibus meis non uteris. 4. Tu ergo, qui habes agros et aedificia et alios apparatus multos, cum expelleris ab eo, quid facies agro tuo et domui et reliquis omnibus, quae tibi comparasti? Iuste enim dicit tibi dominus huius terrae: Aut legibus meis utere aut recede de terra mea. 5. Tu igitur quid facturus es, habens legem in urbe tua? Numquid propter agros tuos et reliquam substantiam a lege tua omnino descisces et ambulabis in lege huius civitatis? Vide, ne tibi perniciosum sit desciscere a lege tua; si enim in civitatem tuam redire volueris, non recipieris, quia a lege civitatis tuae discessisti, atque excluderis ab ea. 6. Vide itaque tu: quasi peregre habitans nihil amplius tibi compara quam quod sit necessarium ac sufficiens, et paratus esto, ut, cum dominus civitatis huius te expellere voluerit contradicentem ipsius legi, exeas ex eius civitate et recedas in civitatem tuam et tua lege utaris, gaudens iniuria non affectus. 7. Videte igitur vos, qui servitis domino eumque habetis in corde: operamini opera dei *memores mandatorum eius* et promissionum, quas promisit, et credite ei, quod efficiet eas, si mandata eius custodiuntur. 8. Pro agris ergo redimite animas angustatas, prout quis potest, et *viduas et orphanos visitate* neque vos avertatis ab illis, et divitias vestras et apparatus omnes, quos

25 Ps. 102, 18. — 29 Iac. 1, 27.

τουτέστιν εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ.

3. *ἀλλότρια*] Cf. II Clem. 5, 6. — *ὑπ' ἐξουσίαν ἑτ.*] Cf. Barn. 2, 1.

4. *δικαίως*] Bona enim terrestria sub potestate diaboli sunt, cf. v. 3. — *ἢ τοῖς νόμοις κτλ.*] Commodianus Instruct. II, 25 dicens auctores schismatum populo praecipere: Aut facite legem civitatis aut exite de illa, tam prope ad illum versiculum accedit, ut eum reddidisse putandus sit. Cf. Sim. II not.

6. *αὐτάρκειαν*] Cf. Prov. 30, 8; Clem. Al. Paed. II, 12, 120. 127 p. 242 sq. 247.

8. *ψυχὰς θλ.*] Cf. Mand. VIII, 10: *ἐξ ἀναγκῶν λυτροῦσθαι.* — *χήρας κτλ.*] Cf. Mand. VIII, 10; Clem. ad virg. I, 12. — *τ. πλοῦτον κτλ.*] Cf. Luc. 16, 9; Sim. V, 3, 7. — *εἰς τοιούτους*

εἰς τοιούτους ἀγροὺς καὶ οἰκίας δαπανᾶτε, ἃς ἐλάβετε παρὰ τοῦ θεοῦ. 9. εἰς τοῦτο γὰρ ἐπλούτισεν ὑμᾶς ὁ δεσπότης, ἵνα ταύτας τὰς διακονίας τελέσητε αὐτῷ· πολὺ βέλτιόν ἐστι τοιούτους ἀγροὺς ἀγοράζειν καὶ κτήματα καὶ οἴκους, οὓς εὑρήσεις ἐν τῇ πόλει σου, ὅταν ἐπιδημήσῃς εἰς αὐτήν. 10. αὕτη ἡ πολυτέλεια καλὴ καὶ ἱερά, λύπην μὴ ἔχουσα μηδὲ φόβον, ἔχουσα δὲ χαράν. τὴν οὖν πολυτέλειαν τῶν ἐθνῶν μὴ πράσσετε· ἀσύμφορον γάρ ἐστιν ὑμῖν τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ· 11. τὴν δὲ ἰδίαν πολυτέλειαν πράσσετε, ἐν ᾗ δύνασθε χαρῆναι· καὶ μὴ παραχαράσσετε μηδὲ τοῦ ἀλλοτρίου ἅψησθε μηδὲ ἐπιθυμεῖτε αὐτοῦ· πονηρὸν γάρ ἐστιν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν. τὸ δὲ σὸν ἔργον ἐργάζου, καὶ σωθήσῃ.

Ἄλλη παραβολή.

Περιπατοῦντός μου εἰς τὸν ἀγρὸν καὶ κατανοοῦντος πτελέαν καὶ ἄμπελον καὶ διακρίνοντος περὶ αὐτῶν καὶ τῶν καρπῶν αὐτῶν, φανεροῦταί μοι ὁ ποιμὴν καὶ λέγει· Τί σὺ ἐν ἑαυτῷ ζητεῖς περὶ τῆς πτελέας καὶ τῆς ἀμπέλου; Συζητῶ, φημί, [κύριε], ὅτι εὐπρεπέσταταί εἰσιν ἀλλήλαις. 2. Ταῦτα τὰ δύο δένδρα, φησίν, εἰς τύπον κεῖνται τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ. Ἤθελον, φημί, γνῶναι τὸν τύπον τῶν δένδρων τούτων ὧν λέγεις. Βλέπεις, φησί, τὴν πτελέαν καὶ τὴν ἄμπελον; Βλέπω, φημί, κύριε. 3. Ἡ ἄμπελος, φησίν, αὕτη καρπὸν φέρει, ἡ δὲ πτελέα ξύλον ἄκαρπόν ἐστιν· ἀλλ' ἡ ἄμπελος αὕτη ἐὰν μὴ ἀναβῇ ἐπὶ τὴν πτελέαν, οὐ δύναται καρποφορῆσαι πολὺ ἐρριμμένη χαμαί, καὶ ὃν φέρει καρπόν, σεσηπότα φέρει μὴ κρεμαμένη ἐπὶ τῆς πτελέας. ὅταν οὖν ἐπιρριφῇ ἡ ἄμπελος ἐπὶ τὴν πτελέαν, καὶ παρ' ἑαυτῆς φέρει καρπὸν καὶ παρὰ τῆς πτελέας. 4. βλέπεις οὖν, ὅτι καὶ ἡ πτελέα πολὺν καρπὸν δίδωσιν, οὐκ ἐλάσσονα τῆς ἀμπέλου, μᾶλλον δὲ καὶ πλείονα. [Πῶς,

1 ἅς : ἃ (?) G | 3 αὐτῷ G(A) : > L | 7 μὴ πράσσετε G(A) : nolite cupere L¹(L²) | 10/11 πονηρὸν — ἐπιθυμεῖν > L¹ | 12 ἄλλη π. G (ἀρχὴ ἄλλης παραβολῆς, item Sim. III—IV) L¹ (alia similitudo) : similitudo secunda L², initium A | 15 λέγει G : + mihi LA | 16 κύριε LA : > G | 22 πτελέαν GL² : + ut super illam refrigeret L¹ | 26 πολὺν > L | 27/1 p. 524 πῶς — πλείονα L¹A : > GL² ob homoeot.

ἀγρούς] Simili paronomasia utitur Clemens Al. Paed. II, 12, 118 sq. p. 241 sq.

9. εἰς τοῦτο κτλ.] Similem sententiam enuntiat Clemens Alex. Paed. II, 12, 120. 129 p. 242. 247; Quis

accepistis a deo, in eiusmodi agros domusque impendite. 9. Ob hoc enim dominus vobis divitias dedit, ut haec ei ministeria impleatis; multo melius est eiusmodi agros emere et possessiones et domos, quas invenies in civitate tua, cum consederis in ea. 10. Hic sumptus bonus est et sanctus, tristitiam non afferens neque metum, praebens autem gaudium. Sumptum ergo gentilium nolite facere; perniciosum est enim vobis servis dei; 11. sed sumptum vobis convenientem facite, in quo gaudium possitis consequi; et nolite fraudare neque alienum attingere nec concupiscere illud; malum est enim aliena concupiscere. Tuum vero fac opus, et salvus fies.

Similitudo II.

Cum ambularem in agrum et considerarem ulmum et vitem ac cogitarem de iis et fructibus earum, apparuit mihi pastor et dicit mihi: Quid tu intra te scrutaris de ulmo et vite? Scrutor, inquam, domine, quod sunt altera alteri decori. 2. Hae duae arbores, inquit, exemplum positae sunt servis dei. Volebam, inquam, cognoscere exemplum harum arborum, quas dicis. Vides, inquit, ulmum et vitem? Video, inquam, domine. 3. Vitis haec, inquit, fructum fert, ulmus autem lignum est sterile; sed haec vitis nisi applicata fuerit ulmo, non potest multum fructum ferre iacens in terra, et si quem fructum fert, putrescentem fert non suspensa super ulmum. Cum igitur vitis adiecta fuerit ulmo, fructum fert et ex se et ex ulmo. 4. Vides ergo, etiam ulmum multum dare fructum, non minorem

div. c. 31 p. 953.

11. μηδὲ τ. ἀλλοτρ. κτλ.] Cf. Exod. 22, 17; II Clem. 5, 6. 7.

II. Versus 7—10, praeter initium versus 7, et plura verba Similitudinis IV traduntur folio papyraceo nuper a Museo Berolinensi comparato (cf. Prolegomena). Versus 3 et 4 transscripsit Origenes In Ios. hom. 10 c. 1 (ed. Bened. II, 423). Imaginem vitis et ulmi auctor Operis imperfecti in Matthaeum 5, 41 hom. 12 s. f. (Chrysost. opp. ed. Bened. VI, PG 56, 701) adhibet atque tam prope ad Hermae verba accedit, ut eius scripturam in mente habuisse putandus sit. Cf. eiusdem homiliam 46 de divite et paupere agentem. Commodianus Instruct. I, 30, 16 divites adhortatur, ut pusillos vel pauperes ament sicut ulmus vitem. Caesarius Arelatensis Hom. 24 (PL 50, 858; 67, 1090) similiter ac Hermas v. 5—7 de divite ac paupere agit.

φημί, κύριε, πλείονα]; Ὅτι, φησίν, ἡ ἄμπελος κρεμαμένη ἐπὶ τὴν πτελέαν τὸν καρπὸν πολὺν καὶ καλὸν δίδωσιν, ἐρριμμένη δὲ χαμαὶ σαπρὸν καὶ ὀλίγον φέρει. αὕτη οὖν ἡ παραβολὴ εἰς τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ κεῖται, εἰς πτωχὸν καὶ πλούσιον. 5. Πῶς, φημί, κύριε, γνώρισόν μοι. Ἄκουε, φησίν· ὁ μὲν πλούσιος ἔχει χρήματα πολλά, τὰ δὲ πρὸς τὸν κύριον πτωχεύει, περισπώμενος περὶ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, καὶ λίαν μικρὰν ἔχει τὴν ἐξομολόγησιν καὶ τὴν ἔντευξιν πρὸς τὸν κύριον, καὶ ἣν ἔχει, μικρὰν καὶ βληχρὰν καὶ ἄνω μὴ ἔχουσαν δύναμιν. ὅταν οὖν ἀναβῇ ὁ πλούσιος ἐπὶ τὸν πένητα καὶ χορηγήσῃ αὐτῷ τὰ δέοντα, πιστεύων, ὅτι ὃ ἐργάσεται εἰς τὸν πένητα δυνήσεται τὸν μισθὸν εὑρεῖν παρὰ τῷ θεῷ· ὅτι ὁ πένης πλούσιός ἐστιν ἐν τῇ ἐντεύξει καὶ τῇ ἐξομολογήσει καὶ δύναμιν μεγάλην ἔχει ἡ ἔντευξις αὐτοῦ παρὰ τῷ θεῷ· ἐπιχορηγεῖ οὖν ὁ πλούσιος τῷ πένητι πάντα ἀδιστάκτως· 6. ὁ πένης δὲ ἐπιχορηγούμενος ὑπὸ τοῦ πλουσίου ἐντυγχάνει αὐτῷ, τῷ θεῷ εὐχαριστῶν περὶ τοῦ διδόντος αὐτῷ. κἀκεῖνος ἔτι ἐπισπουδάζει περὶ τοῦ πένητος, ἵνα ἀδιάλειπτος γένηται ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ· οἶδε γάρ, ὅτι ἡ ἔντευξις τοῦ πένητος προσδεκτή ἐστι καὶ πλουσία πρὸς τὸν θεόν. 7. ἀμφότεροι οὖν τὸ ἔργον τελοῦσιν· ὁ μὲν πένης ἐργάζεται τὴν ἔντευξιν, ἐν ᾗ πλουτεῖ, ἣν ἔλαβεν παρὰ τοῦ κυρίου· ταύτην ἀποδίδωσι τῷ κυρίῳ τῷ ἐπιχορηγοῦντι αὐτῷ. καὶ ὁ πλούσιος ὡσαύτως τὸν πλοῦτον, ὃν ἔλαβεν παρὰ τοῦ κυρίου, ἀδιστάκτως παρέχει τῷ πένητι. καὶ τοῦτο ἔγρον μέγα ἐστὶ καὶ δεκτὸν παρὰ τῷ θεῷ, ὅτι συνῆκεν ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτοῦ καὶ εἰργάσατο εἰς τὸν πένητα ἐκ τῶν δωρημάτων τοῦ κυρίου καὶ ἐτέλεσε τὴν διακονίαν ὀρθῶς. 8. παρὰ τοῖς ἀνθρώποις οὖν ἡ πτελέα δοκεῖ καρπὸν μὴ φέρειν, καὶ οὐκ οἴδασιν οὐδὲ νοοῦσιν, ὅτι, ὅταν ἀβροχία γένηται, ἡ πτελέα ὕδωρ ἔχουσα τρέφει τὴν ἄμπελον καὶ ἡ ἄμπελος ἀδιάλειπτον ἔχουσα τὸ ὕδωρ διπλοῦν τὸν καρπὸν ἀποδίδωσι, καὶ ὑπὲρ ἑαυτῆς καὶ

5 *πολλὰ* > LA | 7 *τ. ἐξομ. καὶ* > L | 8 *ἄνω* em : *ἀνοῦ* (= *ἀνθρώπου*) G, apud dominum L², > L¹A | 9 *ἀναβῇ* em cf. v. 3 : *ἀναπλῇ* G, innixus fuerit A, reficitur L², > L¹, *ἀναφθῇ* Hilgenf. | 10 *πιστεύων κτλ.* : L¹ haec et versus duos sequentes vario modo confudit | 12 *καὶ τῇ ἐξομολ.* > L | 20/23 *παρὰ* P : *ἀπὸ* G | 24 *εἰργάσατο* G cf. Vis. III, 7, 2. 6 : *ἠργ.* P | 25 *καὶ — ὀρθῶς* > A | *διακονίαν* PL² : + *τοῦ κυρίου* G | 26 *ἀνθρ. οὖν* G : *οὖν ἀνθρ.* P | 26/27 *ὕ[δ]ασιν* P | 27 *ὅταν* P : *ἐὰν* G | 29 *τὸ* P : > G | *ἀποδίδωσι* P : *δίδωσι* G | *αὐτῆς* P

vite, sed potius maiorem. Quomodo, inquam, domine, maiorem? Quoniam, inquit, vitis suspensa ad ulmum copiosum fructum et bonum dat, iacens autem in terra putridum et exiguum fert. Haec igitur similitudo ad servos dei pertinet, ad pauperem et divitem. 5. Quomodo, inquam, domine, ostende mihi. Audi, inquit: dives multas quidem opes habet, apud deum vero pauper est, animo divitiis suis occupato, et valde exiguam habet confessionem et orationem ad dominum, et si quam habet, exiguam et infirmam et sursum virtutem non habentem. Cum igitur dives accedat ad pauperem porrigatque ei necessaria, credens, quod pauperi praestet, id mercedem apud deum invenire posse, quia pauper dives est in oratione ac confessione eiusque oratio magnam habet virtutem apud deum: porrigit ergo dives pauperi omnia sine dubitatione; 6. pauper autem a divite sublevatus interpellat pro eo, deo gratias agens de illo, qui tribuit ipsi. Et ille adhuc de paupere curat, ne quid ei desit in vita sua; scit enim, orationem pauperis acceptam esse et divitem apud deum. 7. Uterque ergo opus perficit: pauper operatur orationem, in qua dives est, quam accepit a domino; hanc retribuit domino, qui tribuit ipsi. Et dives similiter divitias, quas accepit a domino, sine haesitatione praestat pauperi. Et hoc opus magnum est et acceptum apud deum, quia intellexit de divitiis suis et ex domini donis opus fecit in pauperem et recte implevit ministerium. 8. Apud homines igitur ulmus non videtur fructum ferre, et nesciunt neque intellegunt, quod, cum siccitas fuerit, ulmus aquam habens nutrit vitem et vitis perennem habens aquam duplum dat fructum, et pro se et pro ulmo. Sic

4. *αὕτη οὖν ἡ παραβολὴ κτλ.*] Similiter Mand. IV, 1, 8.

5. Cf. Clem. Al. Quis div. c. 31. 41 p. 953. 958. — *περισπώμενος π. τ. πλοῦτον*] Cf. Sim. IV, 5. — *δύναμιν μεγ. κτλ.*] Cf. Iac. 5, 16. — *ἀδιστάκτως*] Cf. v. 7; Doctr. apost. 4, 7. Mand. IX, 2 Hermas vocem de orante usurpat.

6. *ἐντυγχάνει*] Cf. Act. 25, 24; Rom. 8, 27. 34; 11, 2; Hebr. 7, 25. — *ἀδιάλειπτος*] Vox rarior; cf. v. 8. Particula accurate verti potest: ut (pauper) continuus fiat in vita sua. Recepi versionem interpretum veterum, qui sensum recte atque clarius reddere videntur.

7. *δεκτὸν π. τῷ θεῷ*] Cf. Prov. 16, 5. — *δωρημάτων τοῦ κυρίου*] Cf. Mand. II, 4.

9. *γεγραμμένος κτλ.*] Cf. Ps. 68, 29.

ὑπὲρ τῆς πτελέας. οὕτως καὶ οἱ πένητες ὑπὲρ τῶν πλουσίων ἐντυγχάνοντες πρὸς τὸν κύριον πληροφοροῦσι τὸν πλοῦτον αὐτῶν, καὶ πάλιν οἱ πλούσιοι χορηγοῦντες τοῖς πένησι τὰ δέοντα πληροφοροῦσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν. 9. γίνονται οὖν ἀμφότεροι κοινωνοὶ τοῦ ἔργου τοῦ δικαίου. ταῦτα οὖν ὁ ποιῶν οὐκ ἐγκαταλειφθήσεται ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἔσται γεγραμμένος εἰς τὰς βίβλους τῶν ζώντων. 10. μακάριοι οἱ ἔχοντες καὶ συνιέντες, ὅτι παρὰ τοῦ κυρίου πλουτίζονται· ὁ γὰρ συνίων τοῦτο δυνήσεται καὶ διακονῆσαί τι.

Ἄλλη παραβολή.

Ἔδειξέ μοι δένδρα πολλὰ μὴ ἔχοντα φύλλα, ἀλλ' ὡσεὶ ξηρὰ ἐδόκει μοι εἶναι· ὅμοια γὰρ ἦν πάντα. καὶ λέγει μοι· Βλέπεις τὰ δένδρα ταῦτα; Βλέπω, φημί, κύριε, ὅμοια ὄντα καὶ ξηρά. ἀποκριθείς μοι λέγει· Ταῦτα τὰ δένδρα, ἃ βλέπεις, οἱ κατακοῦντες εἰσὶν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ. 2. Διατί οὖν, φημί, κύριε, ὡσεὶ ξηρά εἰσι καὶ ὅμοια; Ὅτι, φησίν, οὔτε οἱ δίκαιοι φαίνονται οὔτε οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλ' ὅμοιοί εἰσιν· ὁ γὰρ αἰὼν οὗτος τοῖς δικαίοις χειμών ἐστι, καὶ οὐ φαίνονται μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν κατοικοῦντες. 3. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ χειμῶνι τὰ δένδρα ἀποβεβληκότα τὰ φύλλα ὅμοιά εἰσι καὶ οὐ φαίνονται τὰ ξηρὰ ποῖά εἰσιν ἢ τὰ ζῶντα, οὕτως ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ οὐ φαίνονται οὔτε οἱ δίκαιοι οὔτε οἱ ἁμαρτωλοί, ἀλλὰ πάντες ὅμοιοί εἰσιν.

Ἄλλη παραβολή.

Ἔδειξέ μοι πάλιν δένδρα πολλά, ἃ μὲν βλαστῶντα, ἃ δὲ ξηρά, καὶ λέγει μοι· Βλέπεις, φησί, τὰ δένδρα ταῦτα; Βλέπω, φημί, κύριε, τὰ μὲν βλαστῶντα, τὰ δὲ ξηρά. 2. Ταῦτα, φησί, τὰ δένδρα τὰ βλαστῶντα οἱ δίκαιοί εἰσιν οἱ μέλλοντες κατοικεῖν εἰς τὸν αἰῶνα τὸν ἐρχόμενον· ὁ γὰρ αἰὼν ὁ ἐρχόμενος θερεία ἐστὶ τοῖς δικαίοις, τοῖς δὲ ἁμαρτωλοῖς χειμών. ὅταν οὖν ἐπιλάμψῃ τὸ ἔλεος τοῦ κυρίου, τότε φανερωθήσονται οἱ δουλεύοντες τῷ θεῷ, καὶ πάντες φανερωθήσονται· 3. ὥσπερ γὰρ τῷ θέρει ἑνὸς

1 *οὕτω* G | *ὑπὲρ τῶν πλουσίων* h. l. PLA : post *κύριον* G | 2 *τὸ πλοῦτος* P | 3 *οἱ . . . τοῖς* G : . . . P | 4 *γείνονται* P | 6 *ὑπὸ* P : *ἀπὸ* G | *εἰς τὰς* G : . . . *ας* P | *γεγραμμένος* PL¹ : *ἐπιγεγρ.* G L²A | 8 *ὁ γὰρ — τι* PL¹ (L²A) : > G | *καὶ διακ. τι* PL¹ : aliquid boni operari L², bona opera agere A | 11 *βλέπεις* GA : + inquit L | 27 *θερεία* P (. . *ρεια*) LA : *θρόνος* G | 30 *πάντες φανερ.* G : *πᾶσιν φανεροὶ ἔσονται* (?) LA, ... P

et pauperes orantes ad dominum pro divitibus augent divitias eorum, et iterum divites pauperibus necessaria porrigentes replent animas eorum. 9. Fiunt ergo ambo consortes operis iusti. Haec igitur qui facit, non derelinquetur a deo, sed erit scriptus in libris viventium. 10. Beati, qui habent et intellegunt, a domino se locupletari; qui enim hoc sentit, poterit etiam aliquid administrare.

Similitudo III.

Ostendit mihi arbores multas, quae folia non habebant, sed velut aridae esse mihi videbantur; omnes enim similes erant. Et dicit mihi: Videsne has arbores? Video, inquam, domine, similes eas esse et aridas. Respondens ait mihi: Hae arbores, quas vides, ii sunt, qui in hoc saeculo degunt. 2. Quare igitur, inquam, domine, velut aridae sunt et similes? Quoniam, inquit, neque iusti manifestantur neque peccatores in hoc saeculo, sed similes sunt; hoc enim saeculum iustis hiems est, neque manifestantur cum peccatoribus habitantes. 3. Sicut enim hieme arbores abiectis foliis similes sunt neque apparet, quae aridae sint aut quae vivae, ita in hoc saeculo non manifestantur nec iusti nec peccatores, sed omnes similes sunt.

Similitudo IV.

Ostendit mihi iterum arbores multas, quarum aliae frondes emittebant, aliae erant aridae, et dicit mihi: Videsne, inquit, has arbores? Video, inquam, domine, alias frondentes, alias aridas. 2. Hae arbores, inquit, quae frondent, iusti sunt, qui habitaturi sunt in saeculo venturo; saeculum enim venturum aestas est iustis, peccatoribus autem hiems. Cum igitur illuxerit misericordia domini, tunc manifesti fient servientes deo, et omnes manifesti fient; 3. sicut enim aestate fructus uniuscuiusque

III. Haec similitudo cum sequente arte cohaeret. Origenes In Matth. 24, 32 (ed. Bened. III, 872) III, 2. 3 et IV, 3 libere transscripsit. Similem sententiam pronuntiat Macarius Aegypt. Hom. XII, 14, PG 34, 566.

2. Cf. Matth. 13, 29. 30.

IV, 2. ἔλεος τ. κ.] i. e. dies adventus Christi.

ἑκάστου δένδρου οἱ καρποὶ φανεροῦνται καὶ ἐπιγινώσκονται ποταποί εἰσιν, οὕτω καὶ τῶν δικαίων οἱ καρποὶ φανεροὶ ἔσονται καὶ γνωσθήσονται πάντες εὐθαλεῖς ὄντες ἐν τῷ αἰῶνι ἐκείνῳ. 4. τὰ δὲ ἔθνη καὶ οἱ ἁμαρτωλοί, ἃ εἶδες τὰ δένδρα τὰ ξηρά, τοιοῦτοι εὑρεθήσονται ξηροὶ καὶ ἄκαρποι ἐν ἐκείνῳ τῷ αἰῶνι καὶ ὡς ξύλα κατακαυθήσονται καὶ φανεροὶ ἔσο[νται]· ὅτι ἡ πρᾶξις αὐτῶν πονηρὰ γέγονεν ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν. οἱ μὲν γὰρ ἁμαρτωλοὶ καυθήσονται, ὅτι ἥμαρτον καὶ οὐ μετενόησαν· τὰ δὲ ἔθνη καυθήσο[νται], ὅτι οὐκ ἔγνωσαν τὸν κτίσαντα αὐτούς. 5. σὺ οὖν καρποφόρησον, ἵνα ἐν τῷ θέρει ἐκείνῳ γνωσθῇ σου ὁ καρπός· ἀπέχου δὲ ἀπὸ τῶν πολλῶν πράξεων, καὶ οὐδὲν διαμαρτῇς. οἱ γὰρ τὰ πολλὰ πράσσοντες πολλὰ καὶ ἁμαρτάνουσι, περισπώμενοι περὶ τὰς πράξεις αὐτῶν καὶ μηδὲν δουλεύοντες τῷ κυρίῳ ἑ[αυτῶν]. 6. πῶς οὖν, φησίν, ὁ τοιοῦτος δύναταί τι αἰτήσασθαι παρὰ τοῦ κυρίου καὶ λαβεῖν, μὴ δουλεύων τῷ κυρίῳ; οἱ δουλεύοντες αὐτῷ, ἐκεῖνοι λήψονται τὰ αἰτήματα αὐτῶν, οἱ δὲ μὴ δουλεύοντες τῷ κυρίῳ, ἐκεῖνοι οὐδὲν λήψονται. 7. ἐὰν δὲ μίαν τις πρᾶξιν ἐργάσηται, δύναται καὶ τῷ κυρίῳ δουλεῦσαι· οὐ γὰρ διαφθαρήσεται ἡ διάνοια αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ κυρίου, ἀλλὰ δουλεύσει αὐτῷ ἔχων τὴν διάνοιαν αὐτοῦ καθαράν. 8. ταῦτα οὖν ἐὰν ποιήσῃς, δύνασαι καρποφορῆσαι εἰς τὸν αἰῶνα τὸν ἐρχόμενον· καὶ ὃς ἂν ταῦτα ποιήσῃ, καρποφορήσει.

Ἄλλη παραβολή.

1. Νηστεύων καὶ καθήμενος εἰς ὄρος τι καὶ εὐχαριστῶν τῷ κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἐποίησε μετ' ἐμοῦ, βλέπω τὸν ποιμένα παρακαθήμενόν μοι καὶ λέγοντα· Τί ὀρθρινὸς ὧδε ἐλήλυθας; Ὅτι, φημί, κύριε, στατίωνα ἔχω. 2. Τί, φησίν, ἐστὶ στατίων;

3 *πάντες* + *οἱ* G | *εὐθ. ὄντες* G bis | *ὄντες* G : . . *ναι* (i. e. *εἶναι*) P | 11 *τῶν* > P | *καὶ — διαμ.* > A | *οὐδὲν* L : *οὐ* . . . . *οὐδὲν* G | *διαμαρτῇς* G : *αμαρ* . . . P linea ineunte et linea praecedente fortasse *δια* exhibens, in illis litteris desinens | 13 *μηδὲν* G : non L¹A, nec L² | 15 *οἱ δουλ.* G : + enim L¹, autem L² | 18 *διαφθαρήσεται* : alienatur L¹, alienabitur L² | 25 *πάντων* L¹A : *τούτων* GL²

4. ὡς ξύλα *καταχ.*] Cf. Matth. 3, 10; 7, 16—19. — *οὐκ ἔγνωσαν κτλ.*] Cf. Rom. 1, 20.

6. Cf. Iac. 1, 7.

V. Disputaverunt de hac similitudine Hilgenfeld, *Apostol. Väter*

arboris manifestantur et apparet, quales sint, sic et iustorum fructus manifesti erunt et cognoscentur omnes florentes in saeculo illo. 4. Gentes vero et peccatores, quos vidisti in arboribus aridis, tales invenientur aridi et sine fructu in saeculo illo et sicut ligna comburentur et palam fiet, quod operatio eorum mala fuit in vita eorum. Peccatores enim comburentur, quia peccaverunt neque paenitentiam fecerunt: gentes autem comburentur, quia non cognoverunt creatorem suum. 5. Tu ergo fer fructum, ut aestate illa cognoscatur fructus tuus. Abstine a multis negotiis, et nihil unquam peccabis. Qui enim multa agunt, multa et delinquunt, occupati negotiis suis et domino suo non servientes. 6. Quomodo igitur, inquit, talis homo potest aliquid postulare a domino et accipere, non serviens domino? Qui ei serviunt, illi accipient desideria sua; qui vero non serviunt domino, illi nihil accipient. 7. Quodsi unum negotium quis tractat, potest domino quoque servire; non enim eius mens corrumpetur, ita ut domini expers fiat, sed serviet ei habens mentem puram. 8. Haec igitur si feceris, fructum habere potes in saeculo venturo; et quicumque haec fecerit, fructum feret.

Similitudo V.

1. Ieiunans et sedens in monte quodam et domino gratias agens pro omnibus, quae fecit mihi, video pastorem sedentem iuxta me et dicentem: Quid tam mane huc venisti? Quia, inquam, domine, stationem habeo. 2. Quid est, inquit, statio?

24 Ps. 115, 3.

p. 144—147, Lipsius, *Zeitschrift für wissensch. Theol.* 1866 p. 48—52, Zahn, *Der Hirt d. H.* p. 245—282.

1, 1. στατίωνα] Inter Latinos vivens Hermas *stationis* vocabulum more illorum usurpavit. Non enim memini me legere, ieiunium in Graecia sic vocatum fuisse, στάσιν πάννυχον appellant vigilias (Cotelerius). Nomen autem, ut dicit Tertullianus De orat. c. 19, statio de militari exemplo accepit, quia militia Dei sumus (cf. II Cor. 10, 4; Eph. 6, 10 sqq. I Tim. 1, 18; II Tim. 2, 4. 5; Ign. Polyc. 6, 2). Christianos veteres diebus stationis, i. e. quarta et sexta, ieiunasse iam Doctrina apost. 8, 1 tradit. Quod ieiunium stationem appellatum fuisse Hermas primus testatur. Sequitur Tertullianus l. c. et De ieiun. c. 1. 10. 13; De fuga c. 1 etc.

2. τί ἐστι στατίων] Qua ex quaestione concludas, dies stationis haud ita multo ante tempus, quo hic liber scriptus sit, institutos esse, vel no-

Νηστεύω, φημί, κύριε. Νηστεία δέ, φησί, τί ἐστιν αὕτη, ἣν νηστεύετε; Ὡς εἰώθειν, φημί, κύριε, οὕτω νηστεύω. 3. Οὐκ οἴδατε, φησί, νηστεύειν τῷ κυρίῳ, οὐδέ ἐστιν νηστεία αὕτη ἡ ἀνωφελής, ἣν νηστεύετε αὐτῷ. Διατί, φημί, κύριε, τοῦτο λέγεις; Λέγω σοι, φησίν, ὅτι οὐκ ἔστιν αὕτη νηστεία, ἣν δοκεῖτε νηστεύειν· ἀλλ' ἐγώ σε διδάξω, τί ἐστι νηστεία πλήρης καὶ δεκτὴ τῷ κυρίῳ. ἄκουε, φησίν. 4. ὁ θεὸς οὐ βούλεται τοιαύτην νηστείαν ματαίαν· οὕτω γὰρ νηστεύων τῷ θεῷ οὐδὲν ἐργάσῃ τῇ δικαιοσύνῃ. νήστευσον δὲ τῷ θεῷ νηστείαν τοιαύτην· 5. μηδὲν πονηρεύσῃ ἐν τῇ ζωῇ σου καὶ δούλευσον τῷ κυρίῳ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ· τήρησον τὰς *ἐντολὰς αὐτοῦ* πορευόμενος ἐν τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ καὶ μηδεμία ἐπιθυμία πονηρὰ ἀναβήτω ἐν τῇ καρδίᾳ σου· πίστευσον δὲ τῷ θεῷ, ὅτι, ἐὰν ταῦτα ἐργάσῃ καὶ φοβηθῇς αὐτὸν καὶ ἐγκρατεύσῃ ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, ζήσῃ τῷ θεῷ· καὶ ταῦτα ἐὰν ἐργάσῃ, μεγάλην νηστείαν ποιήσεις καὶ δεκτὴν τῷ θεῷ.

2. Ἄκουε τὴν παραβολήν, ἣν μέλλω σοι λέγειν, ἀνήκουσαν τῇ νηστείᾳ. 2. εἶχέ τις ἀγρὸν καὶ δούλους πολλοὺς καὶ μέρος τι τοῦ ἀγροῦ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα· καὶ ἐκλεξάμενος δοῦλόν τινα πιστὸν καὶ εὐάρεστον ἔντιμον, προσεκαλέσατο αὐτὸν καὶ λέγει αὐτῷ· Λάβε τὸν ἀμπελῶνα τοῦτον, ὃν ἐφύτευσα, καὶ χαράκωσον αὐτόν, ἕως ἔρχομαι, καὶ ἕτερον δὲ μὴ ποιήσῃς τῷ ἀμπελῶνι· καὶ ταύτην μου τὴν ἐντολὴν φύλαξον, καὶ ἐλεύθερος ἔσῃ παρ' ἐμοί. ἐξῆλθε δὲ ὁ δεσπότης τοῦ δούλου εἰς τὴν ἀποδημίαν. 3. ἐξελθόντος δὲ αὐτοῦ ἔλαβεν ὁ δοῦλος καὶ ἐχαράκωσε τὸν ἀμπελῶνα. καὶ τελέσας τὴν χαράκωσιν τοῦ ἀμπελῶνος εἶδε τὸν ἀμπελῶνα βοτανῶν πλήρη ὄντα. 4. ἐν ἑαυτῷ οὖν ἐλογίσατο λέγων· Ταύτην τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου τετέλεκα· σκάψω λοιπὸν τὸν ἀμπελῶνα τοῦτον, καὶ ἔσται εὐπρεπέστερος ἐσκαμμένος, καὶ βοτάνας μὴ ἔχων δώσει καρπὸν πλείονα, μὴ πνιγόμενος ὑπὸ τῶν βοτανῶν.

1 *νηστεύω* GL^{2}A : ieiunium L^1 | 1/2 *ἣν νηστεύετε* G(A) : > L | 3 *κυρίῳ* GA : deo L | *νηστεία* em cf. L^{1}A : *ἡ νηστ.* G | 4 *λέγω σοι* > L^{2}A | 6 *πλήρης . . δεκτὴ* L : ∾ G | *κυρίῳ* GL^{1}A : + et dixi ei : Felicem me facies, domine, si sciero, quod ieiunium acceptum sit domino L^2 (quae verba ob homoeot. excidere potuerunt) | 8 *τῷ θεῷ* G : > LA | 9 *τῷ θεῷ* G : verum L^1, > L^{2}A | 12/14 *πίστευσον — πράγματος* > A | 13 *ὅτι* L (cf. Vis. III, 8, 4; Mand. XI, 7 etc.) : *καὶ* G | 15 *ποιήσεις* em cf. L (consummabis): *ποιεῖς* G | 18 *ἀμπελῶνα* : + deinde peregre profectus L^1 (L^{2}A) | 25/1 p. 532 *καὶ τελ. — ἀμπελῶνα* > A |

Ieiuno, inquam, domine. Ieiunium autem, inquit, quid est hoc, quod ieiunatis? Sicut solebam, inquam, domine, sic ieiuno. 3. Nescitis, inquit, ieiunare domino, neque ieiunium est hoc inutile, quod ieiunatis ei. Quare, inquam, domine, hoc dicis? Dico tibi, inquit, hoc non esse ieiunium, quod vos putatis ieiunare; sed ego te docebo, quid sit ieiunium plenum et acceptum domino. Audi, inquit. 4. Deus non vult eiusmodi ieiunium inane; sic enim ieiunans deo nihil operaris iustitiae. Ieiuna autem deo ieiunium huiusmodi: 5. nihil mali agas in vita tua et servi domino in mundo corde; ***serva eius mandata*** ambulans in praeceptis eius et nulla concupiscentia mala ascendat in corde tuo; crede autem deo, quod, si haec feceris et eum timueris abstinuerisque ab omni malo negotio, vives deo; et si haec feceris, magnum facies ieiunium acceptumque deo.

2. Audi similitudinem, quam tibi dicturus sum, spectantem ad ieiunium. 2. Quidam habuit agrum servosque multos et in parte aliqua agri plantavit vitem. Et elegit servum quendam fidelem et acceptum honoratum, advocavit eum et dicit ei: Accipe hanc vineam, quam plantavi, et obsaepi eam, usque dum veniam, et aliud ne facias vineae; et hoc mandatum meum custodi, et liber eris apud me. Et peregre profectus est dominus servi. 3. Cum autem profectus esset, servus accepit vineam et obsaepsit. Et cum saepem vineae perfecisset, vidit vineam esse plenam herbis. 4. Itaque secum cogitavit dicens: Hoc mandatum domini perfeci; fodiam deinceps vineam hanc, et erit formosior, cum fuerit fossa, et herbas non habens dabit fructum copiosiorem, ab herbis non suffocata. Accepit et fodit

10 Matth. 19, 17.

men *stationis* nondum omnibus notum fuisse, praecipue Graecis (Harnack).

4. Cf. Barn. 3, 1. 2; Epiph. H. 33 c. 5, ubi Ptolemaeus similem de ieiunio sententiam exponit Florae.

2. Cf. ad hanc similitudinem Ies. 5, 1 sqq.; Ier. 2, 21; Matth. 21, 33; 25, 14 sqq.; Marc. 12, 1; Luc. 20, 9; 19, 12 sqq. In c. 3 auctor exhibet explicationem similitudinis moralem, in c. 5—7 mysticam.

2. *εὐάρ. ἔντιμον*] Cf. Matth. 3, 17; I Petr. 2, 4. 6. — *ἐλεύθερος*] Domi-

λαβὼν ἔσκαψε τὸν ἀμπελῶνα καὶ πάσας τὰς βοτάνας τὰς οὔσας ἐν τῷ ἀμπελῶνι ἐξέτιλλε. καὶ ἐγένετο ὁ ἀμπελὼν ἐκεῖνος εὐπρεπέστατος καὶ εὐθαλής, μὴ ἔχων βοτάνας πνιγούσας αὐτόν. 5. μετὰ χρόνον ἦλθεν ὁ δεσπότης τοῦ δούλου καὶ τοῦ ἀγροῦ καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν ἀμπελῶνα. καὶ ἰδὼν τὸν ἀμπελῶνα κεχαρακωμένον εὐπρεπῶς, ἔτι δὲ καὶ ἐσκαμμένον καὶ πάσας τὰς βοτάνας ἐκτετιλμένας καὶ εὐθαλεῖς οὔσας τὰς ἀμπέλους, ἐχάρη λίαν ἐπὶ τοῖς ἔργοις τοῦ δούλου. 6. προσκαλεσάμενος οὖν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἀγαπητόν, ὃν εἶχε κληρονόμον, καὶ τοὺς φίλους, οὓς εἶχε συμβούλους, λέγει αὐτοῖς, ὅσα ἐνετείλατο τῷ δούλῳ αὐτοῦ καὶ ὅσα εὗρε γεγονότα. κἀκεῖνοι συνεχάρησαν τῷ δούλῳ ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ ᾗ ἐμαρτύρησεν αὐτῷ ὁ δεσπότης. 7. καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἐγὼ τῷ δούλῳ τούτῳ ἐλευθερίαν ἐπηγγειλάμην, ἐάν μου τὴν ἐντολὴν φυλάξῃ, ἣν ἐνετειλάμην αὐτῷ· ἐφύλαξε δέ μου τὴν ἐντολὴν καὶ προσέθηκε τῷ ἀμπελῶνι ἔργον καλόν, καὶ ἐμοὶ λίαν ἤρεσεν. ἀντὶ τούτου οὖν τοῦ ἔργου οὗ εἰργάσατο θέλω αὐτὸν συγκληρονόμον τῷ υἱῷ μου ποιῆσαι, ὅτι τὸ καλὸν φρονήσας οὐ παρενεθυμήθη, ἀλλ' ἐτέλεσεν αὐτό. 8. ταύτῃ τῇ γνώμῃ ὁ υἱὸς τοῦ δεσπότου συνηυδόκησεν αὐτῷ, ἵνα συγκληρονόμος γένηται ὁ δοῦλος τῷ υἱῷ. 9. μετὰ ἡμέρας ὀλίγας δεῖπνον ἐποίησεν [ὁ οἰκοδεσπότης] αὐτοῦ καὶ ἔπεμψεν αὐτῷ ἐκ τοῦ δείπνου ἐδέσματα πολλά. λαβὼν δὲ ὁ δοῦλος τὰ ἐδέσματα τὰ πεμφθέντα αὐτῷ παρὰ τοῦ δεσπότου τὰ ἀρκοῦντα αὐτῷ ἦρε, τὰ λοιπὰ δὲ τοῖς συνδούλοις αὐτοῦ διέδωκεν. 10. οἱ δὲ σύνδουλοι αὐτοῦ λαβόντες τὰ ἐδέσματα ἐχάρησαν καὶ ἤρξαντο εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα χάριν μείζονα εὕρῃ παρὰ τῷ δεσπότῃ, ὅτι οὕτως ἐχρήσατο αὐτοῖς. 11. ταῦτα πάντα τὰ γεγονότα ὁ δεσπότης αὐτοῦ ἤκουσε καὶ πάλιν λίαν ἐχάρη ἐπὶ τῇ πράξει αὐτοῦ. συγκαλεσάμενος πάλιν τοὺς φίλους ὁ δεσπότης καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀπήγγειλεν αὐτοῖς τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ, ἣν ἔπραξεν ἐπὶ τοῖς ἐδέσμασιν αὐτοῦ οἷς ἔλαβεν· οἱ δὲ ἔτι μᾶλλον συνευδόκησαν γενέσθαι τὸν δοῦλον συγκληρονόμον τῷ υἱῷ αὐτοῦ.

4 *καὶ τοῦ ἀγροῦ* > LA | 6 *πάσας* > LA | 10 *αὐτοῦ* : *αὐτῷ* G | 11 *κἀκεῖνοι* G(A) : + protinus L | 14 *ἐνετειλάμην* : *ἐπηγγειλάμην* G | 15 *καὶ* sec G : quod L | 19 *συνηυδόκησεν αὐτῷ* G(A) : et amici eius (eius > L^2) comprobaverunt L | 20/21 *ὁ οἰκοδ.* LA : > G | 21 *αὐτῷ* GA : servo illi L^1 (L^2) | 26 *ὅτι — αὐτοῖς* G(L^1) : > L^2A | 31 *συνευδόκησαν* G : + ei A(L) |

vineam evellitque omnes herbas, quae in vinea erant. Et facta est vinea ista formosissima et florens, non habens herbas eam suffocantes. 5. Post aliquantum temporis venit dominus servi et agri et intravit in vineam. Et videns vineam decenter obsaeptam, adhuc autem et fossam et omnes herbas evulsas et vites florentes, gavisus est valde de operibus servi. 6. Advocavit itaque filium suum dilectum, quem habebat heredem, et amicos, quos habebat consiliarios, et dicit iis omnia, quae praeceperat servo suo quaeque invenerat perfecta. Et illi congratulati sunt servo de testimonio, quod dedit ei dominus. 7. Et dicit iis: Ego servo huic libertatem promisi, si mandatum meum custodierit, quod mandavi ei; custodivit autem mandatum meum et adiecit vineae opus bonum, mihique valde placuit. Pro hoc igitur opere, quod operatus est, volo eum coheredem filii mei facere, quod bonum sensit neque omisit, sed perfecit. 8. Cui sententiae filius domini assensus est, ut coheres fiat servus filio. 9. Post dies paucos paterfamilias eius cenam fecit et misit ei de cena cibos multos. Servus autem cum accepisset cibos sibi missos a domino, sustulit eos, qui ipsi sufficiebant, reliquos vero conservis suis dedit. 10. Conservi autem cibis acceptis gavisi sunt et coeperunt orare pro eo, ut gratiam inveniret maiorem apud dominum, quod ita ipsis usus erat. 11. Haec omnia, quae facta erant, dominus eius audivit et iterum valde gavisus est de eius facto. Rursus convocatis amicis ac filio suo annuntiavit iis factum, quod fecerat de cibis, quos accepit; illi autem multo magis assensi sunt, servum fieri coheredem filio eius.

nus servo fideli libertatem promittit; cf. v. 7.

3. *βοτανῶν πλήρη*] cf. Matth. 13, 25—30.

4. Cf. Matth. 19, 16—21. — *πνιγόμενος*] Cf. Matth. 13, 7.

6. Cf. c. 5, 2–3.

7. *ἐφύλαξε . . προσέθηκε*] Servus non solum opus mandatum perfecit, sed etiam plus egit. — *παρενεθυμήθη*] cf. Mand. V, 2, 8.

9. *τὰ λοιπὰ κτλ.*] Servus aliud opus non mandatum exsequitur.

10. *χάριν μείζονα*] Cf. c. 3, 3; Matth. 19, 21.

3. Λέγω· Κύριε, ἐγὼ ταύτας τὰς παραβολὰς οὐ γινώσκω οὐδὲ δύναμαι νοῆσαι, ἐὰν μή μοι ἐπιλύσῃς αὐτάς. 2. Πάντα σοι ἐπιλύσω, φησί, καὶ ὅσα ἂν λαλήσω μετὰ σοῦ, δείξω σοι. *τὰς ἐντολὰς* [*τοῦ κυρίου φύλασσε*, καὶ ἔσῃ εὐάρεστος τῷ θεῷ καὶ ἐγγραφήσῃ εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν φυλασσόντων τὰς ἐντολὰς] αὐτοῦ. 3. ἐὰν δέ τι ἀγαθὸν ποιήσῃς ἐκτὸς τῆς ἐντολῆς τοῦ θεοῦ, σεαυτῷ περιποιήσῃ δόξαν περισσοτέραν καὶ ἔσῃ ἐνδοξότερος παρὰ τῷ θεῷ οὗ ἔμελλες εἶναι. ἐὰν οὖν φυλάσσων τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ προσθῇς καὶ τὰς λειτουργίας ταύτας, χαρήσῃ, ἐὰν τηρήσῃς αὐτὰς κατὰ τὴν ἐμὴν ἐντολήν. 4. λέγω αὐτῷ· Κύριε, ὃ ἐάν μοι ἐντείλῃ, φυλάξω αὐτό· οἶδα γάρ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ. Ἔσομαι, φησί, μετὰ σοῦ, ὅτι τοιαύτην προθυμίαν ἔχεις τῆς ἀγαθοποιήσεως, καὶ μετὰ πάντων δὲ ἔσομαι, φησίν, ὅσοι ταύτην τὴν προθυμίαν ἔχουσιν. 5. ἡ νηστεία αὕτη, φησί, τηρουμένων τῶν ἐντολῶν τοῦ κυρίου, λίαν καλή ἐστιν. οὕτως οὖν φυλάξεις τὴν νηστείαν ταύτην, ἣν μέλλεις τηρεῖν· 6. πρῶτον πάντων φύλαξαι ἀπὸ παντὸς ῥήματος πονηροῦ καὶ πάσης ἐπιθυμίας πονηρᾶς καὶ καθάρισόν σου τὴν καρδίαν ἀπὸ πάντων τῶν ματαιωμάτων τοῦ αἰῶνος τούτου. ἐὰν ταῦτα φυλάξῃς, ἔσται σοι αὕτη ἡ νηστεία τελεία. 7. οὕτω δὲ ποιήσεις· συντελέσας τὰ γεγραμμένα, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ᾗ νηστεύεις μηδὲν γεύσῃ εἰ μὴ ἄρτον καὶ ὕδωρ, καὶ ἐκ τῶν ἐδεσμάτων σου ὧν ἔμελλες τρώγειν συμψηφίσας τὴν ποσότητα τῆς δαπάνης ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἧς ἔμελλες ποιεῖν, δώσεις αὐτὸ χήρᾳ ἢ ὀρφανῷ ἢ ὑστερουμένῳ, καὶ οὕτω ταπεινοφρονήσεις, ἵν' ἐκ τῆς ταπεινοφροσύνης σου ὁ εἰληφὼς ἐμπλήσῃ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν καὶ εὔξηται ὑπὲρ σοῦ πρὸς τὸν κύριον. 8. ἐὰν οὖν οὕτω τελέσῃς τὴν

1 *λέγω* + ei LA | *τάς* : *σὰς* G | 4/5 *τοῦ κυρίου—ἐντολὰς* L¹(L²A) : > G ob homoeot. | 6 *δέ* L(A) : *γέ* G | 13 *ταύτην* G(L¹) : *τοιαύτην* L² | 19 *τελεία* GA : iustum L | 20 *γεγραμμένα* G : *προγεγρ.* L¹(L²) | 22 *συμψηφίσας* Ath² LA (cf. Vis. I, 1, 4) : *συνοψίσας* G | 26 *οὖν* Ath² L¹A (L²) : > G |

3. Ps.-Athanasius ad Antioch. c. 16 transscripsit v. 5—8, Antiochus Mon. Hom. 7 PG 89, 1455 plura desumpsit e v. 7 et 8.

2. *τ. ἐντολὰς κτλ.*] Cf. Mand. VII, 1. Mandata Domini sunt mandata in S. Scriptura omnibus hominibus proposita (cf. v. 7: *συντελέσας τὰ γεγραμμένα*) et ad vitam consequendam aeternam necessaria. Sententia desumpta esse videtur e Matth. 19, 17, verba propius ad Eccles. 12, 13 accedunt.

3. *ἐκτὸς τῆς ἐντολῆς*] Matthaeus 19, 21 haec exhibet: *εἰ θέλεις τέλειος εἶναι.* — *δόξαν περ.*] Cf. Mand. IV,

3. Dico: Domine, ego has similitudines non intellego nec possum intellegere, nisi eas mihi exponas. 2. Omnia, inquit, tibi exponam, et quaecumque locutus fuero tecum, ostendam tibi. *Mandata domini custodi*, et eris acceptus deo et inscriberis in numero eorum, qui custodiunt mandata eius. 3. Si autem boni aliquid feceris praeter mandatum domini, adquires tibi gloriam abundantiorem erisque gloriosior apud deum, quam alias futurus esses. Si igitur mandata dei custodiens etiam ministeria ista adicias, gaudebis, si ea servaveris iuxta mandatum meum. 4. Dico ei: Domine, si quid mihi mandaveris, custodiam illud; scio enim, te mecum esse. Ero, inquit, tecum, quia animum habes tam promptum bene faciendi, et cum omnibus ero, inquit, quicumque animum tam promptum habent. 5. Ieiunium hoc, inquit, servatis mandatis domini, valde bonum est. Sic igitur custodies ieiunium hoc, quod servaturus es: 6. primum omnium cave ab omni verbo malo et ab omni concupiscentia mala et purifica cor tuum ab omnibus vanitatibus huius saeculi. Quae si custodieris, hoc ieiunium tibi erit perfectum. 7. Sic autem facies: cum perfeceris, quae scripta sunt, in illo die, quo ieiunabis, ne gustes quidquam nisi panem et aquam, et de cibis tuis, quos comesturus eras, computata quantitate sumptus diei illius, quam facturus eras, dabis illud viduae aut orphano aut inopi, et sic te humiliabis, ut, qui de humilitate tua accepit, impleat animam suam et oret pro te ad dominum. 8. Si ergo sic consummaveris ieiunium, ut tibi man-

3 Eccles. 12, 13; Matth. 19, 17.

4, 2; Matth. 19, 21: *καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ.* — *κ. τ. ἐμὴν ἐντ.*] Pastoris igitur mandatum est ad opera supererogatoria spectans.

5—8. Prope ad hanc sectionem accedit Origenes In Levit. hom. X.

7. *τ. γεγραμμένα*] Si lectio vera est, sunt mandata Domini in S. Scriptura proposita (v. 2). Cf. I Clem. 13, 1. — *εἰ μὴ ἄρτον καὶ ὕδωρ*] Pastor *xerophagias* commendat. Didascalia apostolorum praecipit, ut Christiani quattuor diebus hebdomadis magnae prioribus nihil percipiant nisi panem, sal et aquam, et Constitutiones apost. V, 18 addunt olera. — *δώσεις*] Nihil frequentius inculcant sancti patres quam praeclaram hanc ieiunii cum eleemosyna consociationem (Cotelerius). Cf. Didasc. et Constit. apost. V, 1. — *ἐμπλήσῃ τ. ἑ. ψυχήν*] Cf. Prov. 6, 30. Exod. 15, 9.

8. *ἱλαρά*] Cf. II Cor. 9, 7; Sirach 32 (35), 11.

νηστείαν, ὥς σοι ἐνετειλάμην, ἔσται ἡ *θυσία* σου ***δεκτὴ*** παρὰ τῷ θεῷ καὶ ἔγγραφος ἔσται ἡ νηστεία αὕτη, καὶ ἡ λειτουργία οὕτως ἐργαζομένη καλὴ καὶ ἱλαρά ἐστι καὶ εὐπρόσδεκτος τῷ κυρίῳ. 9. ταῦτα οὕτω τηρήσεις σὺ μετὰ τῶν τέκνων σου καὶ ὅλου τοῦ οἴκου σου· τηρήσας δὲ αὐτὰ μακάριος ἔσῃ· καὶ ὅσοι ἂν ἀκούσαντες αὐτὰ τηρήσωσι, μακάριοι ἔσονται καὶ ὅσα ἂν αἰτήσωνται παρὰ τοῦ κυρίου λήψονται.

4. Ἐδεήθην αὐτοῦ πολλά, ἵνα μοι δηλώσῃ τὴν παραβολὴν τοῦ ἀγροῦ καὶ τοῦ δεσπότου καὶ τοῦ ἀμπελῶνος καὶ τοῦ δούλου τοῦ χαρακώσαντος τὸν ἀμπελῶνα καὶ τῶν χαράκων καὶ τῶν βοτανῶν τῶν ἐκτετιλμένων ἐκ τοῦ ἀμπελῶνος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τῶν φίλων τῶν συμβούλων· συνῆκα γάρ, ὅτι παραβολή τίς ἐστι ταῦτα πάντα. 2. ὁ δὲ ἀποκριθείς μοι εἶπεν· Αὐθάδης εἶ λίαν εἰς τὸ ἐπερωτᾶν. οὐκ ὀφείλεις, φησίν, ἐπερωτᾶν οὐδὲν ὅλως· ἐὰν γάρ σοι δέῃ δηλωθῆναι, δηλωθήσεται. λέγω αὐτῷ· Κύριε, ὅσα ἄν μοι δείξῃς καὶ μὴ δηλώσῃς, μάτην ἔσομαι ἑωρακὼς αὐτὰ καὶ μὴ νοῶν, τί ἐστιν· ὡσαύτως καὶ ἐάν μοι παραβολὰς λαλήσῃς καὶ μὴ ἐπιλύσῃς μοι αὐτάς, εἰς μάτην ἔσομαι ἀκηκοώς τι παρὰ σοῦ. 3. ὁ δὲ πάλιν ἀπεκρίθη μοι λέγων· Ὃς ἄν, φησί, δοῦλος ᾖ τοῦ θεοῦ καὶ ἔχῃ τὸν κύριον ἑαυτοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ, αἰτεῖται παρ' αὐτοῦ σύνεσιν καὶ λαμβάνει καὶ πᾶσαν παραβολὴν ἐπιλύει, καὶ γνωστὰ αὐτῷ γίνονται τὰ ῥήματα τοῦ κυρίου τὰ λεγόμενα διὰ παραβολῶν· ὅσοι δὲ βληχροί εἰσι καὶ ἀργοὶ πρὸς τὴν ἔντευξιν, ἐκεῖνοι διστάζουσιν αἰτεῖσθαι παρὰ τοῦ κυρίου· 4. ὁ δὲ κύριος πολυεύσπλαγχνός ἐστι καὶ πᾶσι τοῖς αἰτουμένοις παρ' αὐτοῦ ἀδιαλείπτως δίδωσι. σὺ δὲ ἐνδεδυναμωμένος ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἀγγέλου καὶ εἰληφὼς παρ' αὐτοῦ τοιαύτην ἔντευξιν καὶ μὴ ὢν ἀργός, διατί οὐκ αἰτῇ παρὰ τοῦ κυρίου σύνεσιν καὶ λαμβάνεις παρ' αὐτοῦ; 5. λέγω αὐτῷ· Κύριε, ἐγὼ ἔχων σε μεθ' ἑαυτοῦ ἀνάγκην ἔχω σε αἰτεῖσθαι καὶ σε ἐπερωτᾶν· σὺ γάρ μοι δεικνύεις πάντα καὶ λαλεῖς μετ' ἐμοῦ· εἰ δὲ ἄτερ σοῦ ἔβλεπον ἢ ἤκουον αὐτά, ἠρώτων ἂν τὸν κύριον, ἵνα μοι δηλωθῇ.

5. Εἶπόν σοι, φησί, καὶ ἄρτι, ὅτι πανοῦργος εἶ καὶ αὐθάδης

2 θεῷ G Ant : κυρίῳ L Aeth [illegible]

davi, *sacrificium* tuum *acceptum* erit apud deum et inscribetur ieiunium tuum, et ministerium ita impletum bonum et hilare est et acceptum domino. 9. Haec ita servabis tu cum filiis tuis ac tota domo tua; si autem ea servaveris, beatus eris, et quicumque audierint ea servaverintque, beati erunt, et quidquid petierint a domino, accipient.

4. Deprecatus sum eum valde, ut mihi explanaret similitudinem agri et domini et vineae et servi vineam obsaepientis et palorum et herbarum e vinea evulsarum et filii et amicorum consiliariorum. Intellexi enim, similitudinem quandam esse haec omnia. 2. Ille autem respondens mihi dixit: Audax es valde ad interrogandum. Nihil omnino, inquit, interrogare debes; nam si oportuerit demonstrari tibi, demonstrabitur. Dico ei: Domine, quaecumque mihi ostenderis neque demonstraveris, frustra ea videro neque intellegens, quae sint; similiter et si mihi similitudines proposueris neque eas mihi exposueris, frustra aliquid a te audiero. 3. Ille autem iterum respondit mihi dicens: Quicumque, inquit, est servus dei habetque dominum in corde suo, petit ab eo intellectum et accipit et omnem similitudinem solvit, et verba domini, quae dicuntur in similitudinibus, perspicua ei fiunt; quicumque autem inertes sunt pigrique ad orandum, illi dubitant postulare a domino; 4. dominus autem valde misericors est et omnibus se petentibus sine intermissione tribuit. Tu autem, qui confirmatus es a sancto angelo et accepisti ab eo orationem eiusmodi neque es piger, quare non petis a domino intellectum et accipis ab eo? 5. Dico ei: Domine, cum te habeam mecum, necesse est ut te petam teque interrogem; tu enim omnia mihi ostendis et loqueris mecum; si autem sine te vidissem aut audissem illa, interrogassem dominum, ut demonstraret mihi.

5. Dixi tibi, inquit, paulo ante, callidum te esse et auda-

1 Sirach 32, 9 (Vulg. 35, 9); Philipp. 4, 18 cf. Ies. 56, 7; Prov. 15, 8; I Petr. 2, 5; Matth. 5, 24. — 20 Iac. 1, 5. 6 cf. III Reg. 3, 11.

4, 4. *ἁγίου ἀγγέλου*] i. e. a Christo. Cf. Vis. V, 2. Mand. V, 1, 7.

5. Similitudinem c. 2 propositam explicans Hermas propius ad Christo-

ἐπερωτῶν τὰς ἐπιλύσεις τῶν παραβολῶν. ἐπειδὴ δὲ οὕτω παράμονος εἶ, ἐπιλύσω σοι τὴν παραβολὴν τοῦ ἀγροῦ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἀκολούθων πάντων, ἵνα γνωστὰ πᾶσι ποιήσῃς αὐτά. ἄκουε νῦν, φησί, καὶ σύνιε αὐτά. 2. *ὁ ἀγρὸς ὁ κόσμος οὗτός ἐστιν*· ὁ δὲ κύριος τοῦ ἀγροῦ *ὁ κτίσας τὰ πάντα* καὶ ἀπαρτίσας αὐτὰ καὶ δυναμώσας· [ὁ δὲ υἱὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν]· ὁ δὲ δοῦλος ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐστίν· αἱ δὲ ἄμπελοι ὁ λαὸς οὗτός ἐστιν, ὃν αὐτὸς ἐφύτευσεν· 3. οἱ δὲ χάρακες οἱ ἅγιοι ἄγγελοί εἰσι τοῦ κυρίου οἱ συγκρατοῦντες τὸν λαὸν αὐτοῦ· αἱ δὲ βοτάναι αἱ ἐκτετιλμέναι ἐκ τοῦ ἀμπελῶνος [αἱ] ἀνομίαι εἰσὶ τῶν δούλων τοῦ θεοῦ· τὰ δὲ ἐδέσματα, ἃ ἔπεμψεν αὐτῷ ἐκ τοῦ δείπνου, αἱ ἐντολαί εἰσιν, ἃς ἔδωκε τῷ λαῷ αὐτοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· οἱ δὲ φίλοι καὶ σύμβουλοι οἱ ἅγιοι ἄγγελοι οἱ πρῶτοι κτισθέντες· ἡ δὲ ἀποδημία τοῦ δεσπότου ὁ χρόνος ὁ περισσεύων εἰς τὴν παρουσίαν αὐτοῦ. 4. λέγω αὐτῷ· Κύριε, μεγάλως καὶ θαυμαστῶς πάντα ἐστὶ καὶ ἐνδόξως πάντα ἔχει. μὴ οὖν, φημί, ἐγὼ ἠδυνάμην ταῦτα νοῆσαι; οὐδὲ ἕτερος τῶν ἀνθρώπων, κἂν λίαν συνετὸς ᾖ τις, οὐ δύναται νοῆσαι αὐτά. ἔτι, φημί, κύριε, δήλωσόν μοι, ὃ μέλλω σε ἐπερωτᾶν. 5. Λέγε, φησίν, εἴ τι βούλει. Διατί, φημί, κύριε, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ εἰς δούλου τρόπον κεῖται ἐν τῇ παραβολῇ;

6 *δυναμώσας* G : *ἐνδυναμώσας* Hilgenf. Gebh. cf. Mand. V, 2, 8; XII, 5, 1; 6, 4 etc. | *ὁ δὲ — ἐστιν* L¹ : GL²A (haud dubie velut sententiam heterodoxam) | 7 *οὗτος* > LA | 9 *συγκρατοῦντες* L : *συγκροτοῦντες* G | 10 *αἱ* > G | 19 *λέγε — βούλει* GL¹ : > L²A

logiam accedit, et quaeritur, quid de Christo seu, ut ipse dicit (nomen Christi enim nunquam exhibet), de filio Dei senserit. Alii aliter iudicaverunt. Cf. quae in Prolegomenis c. IV exponuntur.

2. *ἀπαρτίσας κτλ.*] Ps. 67, 29: *δυνάμωσον ὁ θεὸς τοῦτο, ὃ κατηρτίσω ἐν ἡμῖν.* Cf. Mand. I, 1; Sim. VII, 4. — *ὁ δὲ υἱός*] sc. *τοῦ κυρίου τοῦ ἀγροῦ* vel *τοῦ οἰκοδεσπότου.* — *τ. πνεῦμα τ. ἅγιον*] Olim plures, e. g. Bullus (Defensio fidei Nic. I, 2, 5), Möhler (*Athanasius d. Gr.* I, 17), Hefele ed. III p. 390 not. 3, hic *divinam Christi naturam, τὸ θεῖον ἐν Χριστῷ,* intellegi voluerunt, et Bullus locum ita interpretatus est, ut auctorem *Irenici Irenicorum* refutaret dicentem, Hermam filium Dei vocasse spiritum sanctum. Sed filius h. l. est filius patrisfamilias, non Dei. Filius Dei enim in parabola est servus patrisfamilias. — *ὁ λαὸς οὗτος κτλ.*] Hilgenfeld (Hermae Pastor 1881 p. 193 sq.) populum a Deo conditum Abrahami progeniem vel populum Israel esse censet. Link (*Christi Person und Werk im Hirten des Hermas* 1886 p. 51—55) ei assentitur; modo locum accuratius de protoplastis, parentibus piorum V. T.

cem, qui interrogas solutiones similitudinum. Quoniam autem tam pertinax es, solvam tibi similitudinem agri ac reliquorum omnium, quae sequuntur, ut ea omnibus nota facias. Audi nunc, inquit, et intellege ea. 2. *Ager hic mundus est;* dominus agri qui *creavit omnia* et perfecit ea confirmavitque; filius spiritus sanctus est; servus filius dei est; vinea populus hic est, quem plantavit ipse; 3. pali sancti angeli sunt domini, qui continent populum ipsius; herbae e vinea evulsae iniquitates sunt servorum dei; cibi, quos misit ei de cena, mandata sunt, quae dedit populo suo per filium suum; amici et consiliarii sancti angeli, quos primos creavit; absentia patrisfamiliae est tempus, quod in adventum eius restat. 4. Dico ei: Domine magnifice et mire omnia se habent ac gloriose. Numquid ergo, inquam, ego haec poteram intellegere? Neque alius hominum, etiamsi valde prudens quis sit, non potest ea intellegere. Adhuc, inquam, domine, demonstra mihi, quod te interrogaturus sum. 5. Loquere, inquit, si quid vis. Quare, inquam, domine, filius dei in servi figura in similitudine ponitur?

4 Matth. 13, 38. — 5 Eph. 3, 9 cf. Apoc. 4, 11; Hebr. 3, 4; Sirach 18, 1. — 5 Ps. 67, 29.

interpretatur. Haud dubie Hermas sensit, Deum iam olim vel protinus post mundum conditum mediante filio id egisse, ut genus iustorum constitueret. Hoc autem loco mihi de populo Christianorum cogitare videtur. Filius Dei, de quo deinceps loquitur, filius est non praeexistens, sed homo factus.

10/11 *εἶτα — παραχέειν* G : temptabo enim et suffundam eis aquam L^1 (L^2A) | 12 *αὐταῖς* GA : ei L^1 (L^2) | 16 *φυτεῦσαι* G(A) : + omnes L | 17/18 *ὥστε — ῥάβδους* G : ita ut tegerentur ab aqua neque ab ea exstarent L^1 (L^2A) | 18 *ἄγωμεν* L(A) : > G

c. 6, 6; 7, 3; 8. 3. — *ἐπὶ τὸ θυσ.*] Cf. Ies. 56, 7; Ezech. 43, 27.

7. *φιλόζωον*] Hilarius Pictav. In Ps. 136, 7 (ed. Migne I, 780; Corpus Vindobon. XXII, 727): Lignorum salicum natura ea est, ut arefacta licet, si modo aquis adluantur, virescant; deinde excisa atque in humido

dimittes in muros, sicut quis dignus est habitare. Diligenter vero considera virgas eorum, et sic dimitte; diligenter considera. Vide, inquit, ne quis te fallat. Sin autem quis te fefellerit, ego eos supra altare probabo. Haec cum pastori dixisset, abiit. 6. Postquam autem angelus abiit, pastor mihi dicit: Sumamus virgas omnium easque plantemus, si quae ex iis forte possint vivere. Dico ei: Domine, aridae hae quomodo possunt vivere? 7. Respondens mihi dicit: Haec arbor salix est et genus amat vitam; si virgae igitur plantatae fuerint acceperintque paulum humoris, multae ex iis vivent; deinde temptemus etiam aquam iis suffundere. Si qua earum poterit vivere, gratulabor illis; quodsi non vixerit, ego non inveniar neglegens. 8. Iussit autem pastor me vocare eos, sicut quisque eorum steterat. Venerunt singuli ordines et porrigebant virgas pastori. Accipiebat autem pastor virgas et plantavit eas secundum ordinem, et cum plantasset, aquam iis suffudit multam, ita ut virgae prae aqua non viderentur. 9. Et postquam virgas irrigavit, ait mihi: Eamus et post paucos dies revertamur et visitemus virgas omnes; qui enim hanc arborem creavit, vult omnes vivere, qui ramos acceperunt ex hac arbore. Spero autem ego quoque, postquam virgulae hae humorem acceperunt fueruntque irrigatae aqua, maximam earum partem victuram esse.

3. Dico ei: Domine, haec arbor quid sit, demonstra mihi; incertus enim sum de ea, quod tot ramis praecisis sana est arbor neque quidquam de ea praecisum esse videtur; in hoc igitur incertus sum. 2. Audi, inquit: arbor haec magna, quae campos tegit et montes et omnem terram, lex dei est data toti mundo; haec vero lex est filius dei praedicatus in finibus

20 I Tim. 2, 4.

fixa radicibus sese ipsa demergant.

8. τάγμ. τάγματα] = κατὰ τάγματα. Cf. c. 4, 2; Marc. 6, 7. 39. 40; Aeschyl. Pers. 981. Winer § 37, 3; 54, 1.

3, 2. νόμος . . υἱὸς θεοῦ] Alii quoque inter veteres Christum νόμον vocant. Cf. Iust. Dialog. c. 11. 43. 51. 118; Clem. Al. Strom. I, 29, 182 p. 427; II, 15, 68 p. 465 (= Praedic. Paul. et Petri apud Hilgenfeld, Novum Testamentum extra can. rec. IV, 59). Sim. IX, 12, 1 petra et porta turris filius Dei de-

ἐστὶ κηρυχθεὶς εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς· οἱ δὲ ὑπὸ τὴν σκέπην λαοὶ ὄντες οἱ ἀκούσαντες τοῦ κηρύγματος καὶ πιστεύσαντες εἰς αὐτόν· 3. ὁ δὲ ἄγγελος ὁ μέγας καὶ ἔνδοξος Μιχαὴλ ὁ ἔχων τὴν ἐξουσίαν τούτου τοῦ λαοῦ καὶ διακυβερνῶν [αὐτούς]. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ διδοὺς αὐτοῖς τὸν νόμον εἰς τὰς καρδίας τῶν πιστευόντων· ἐπισκέπτεται οὖν αὐτούς, οἷς ἔδωκεν, εἰ ἄρα τετηρήκασιν αὐτόν. 4. βλέπεις δὲ ἑνὸς ἑκάστου τὰς ῥάβδους· αἱ γὰρ ῥάβδοι ὁ νόμος ἐστί. βλέπεις οὖν πολλὰς ῥάβδους ἠχρειωμένας, γνώσῃ δὲ αὐτοὺς πάντας τοὺς μὴ τηρήσαντας τὸν νόμον καὶ ὄψει ἑνὸς ἑκάστου τὴν κατοικίαν. 5. λέγω αὐτῷ· Κύριε, διατί οὓς μὲν ἀπέλυσεν εἰς τὸν πύργον, οὓς δὲ σοὶ κατέλειψεν; Ὅσοι, φησί, παρέβησαν τὸν νόμον, ὃν ἔλαβον παρ' αὐτοῦ, εἰς τὴν ἐμὴν ἐξουσίαν κατέλιπεν αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν· ὅσοι δὲ ἤδη εὐηρέστησαν τῷ νόμῳ καὶ τετηρήκασιν αὐτόν, ὑπὸ τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν ἔχει αὐτούς. 6. Τίνες οὖν, φημί, κύριε, εἰσὶν οἱ ἐστεφανωμένοι καὶ εἰς τὸν πύργον ὑπάγοντες; [Ὅσοι, φησίν, ἀντεπάλαισαν τῷ διαβόλῳ καὶ κατεπάλαισαν αὐτόν, ἐστεφανωμένοι εἰσίν]· οὗτοί εἰσιν οἱ ὑπὲρ τοῦ νόμου παθόντες· 7. οἱ δὲ ἕτεροι καὶ αὐτοὶ χλωρὰς τὰς ῥάβδους ἐπιδεδωκότες καὶ παραφυάδας ἐχούσας, καρπὸν δὲ μὴ ἐχούσας, οἱ ὑπὲρ τοῦ νόμου θλιβέντες, μὴ παθόντες δὲ μηδὲ ἀρνησάμενοι τὸν νόμον αὐτῶν.

4 *αὐτοὺς* LA : > G | 5 *αὐτοῖς* G : *αὐτοῦ* A, > L | 6 *αὐτοὺς* LA : *αὐτὸς* G | *ἔδωκεν* G : + legem L(A) | 16/17 *ὅσοι* — *ἐστ. εἰσίν* L²L¹A : > G 17 *οὗτοι* — *παθόντες* G : hi autem sunt qui, ut servarent eam legem, perpessi sunt iniqua L¹(L²A) | 18 *ἕτεροι* > L

claratur. — *κηρυχθεὶς εἰς τ. π. τ. γῆς*] Cf. Sim. IX, 17, 1; 25, 2; Rom. 1, 8; Col. 1, 6. 23. Irenaeus Fragm. 31 ed. Stieren I, 843 dicit: *μέγιστον δένδρον γεννηθεὶς ἐξέτεινε* (sc. *ὁ Χριστὸς*) *τοὺς ἑαυτοῦ κλάδους εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς. ἐκ τούτου προκύψαντες οἱ δώδεκα ἀπόστολοι, κλάδοι ὡραῖοι καὶ εὐθαλεῖς γενηθέντες, σκέπη ἐγενήθησαν τοῖς ἔθνεσιν κτλ.* — *οἱ δὲ ὑ. τ. σκέπην*] Cf. Marc. 4, 32; Matth. 13, 32; Luc. 13, 19.

3. *ἐξουσίαν κτλ.*] Cf. Sim. V, 6, 1. 4. Dan. 12, 1: *Μιχαὴλ ὁ ἄρχων ὁ μέγας, ὁ ἑστηκὼς ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ λαοῦ σου.* Cf. insuper de **Michaele** Dan. 10, 13. 21; Iud. 9; **Apoc.** 12, 7. Henoch 9, 1; 20, 5: **Michael** unus ex sanctis angelis, scilicet praepositus optimae parti hominum, populo. Hist. Iosephi c. 13: **Michael** magnus, angelorum sanctorum princeps (cf. c. 22. 23); Tischendorf. Evang. apocr. ed. II 1876 p. 127. 133.) Hippolytus In Dan. IV, 40 ed. Bonwetsch 1897 p. 290, 10: *Τίς δὲ ἔστιν Μιχαὴλ ἀλλ' ἢ ὁ ἄγγελος ὁ τῷ λαῷ παραδεδομένος;* Respicit hunc locum aliosque Origenes In Matth. comment. XIV c. 21 (ed. Bened. III,

terrae; populi autem commorantes sub umbra sunt ii, qui audierunt praedicationem et crediderunt in eum; 3. angelus autem magnus ac gloriosus est Michael, qui habet potestatem huius populi gubernatque eos. Hic enim est, qui iis legem inserit in corda credentium; visitat ergo eos, quibus dedit, an custodierint eam. 4. Vides autem virgas uniuscuiusque; virgae enim lex sunt. Vides igitur multas virgas inutiles factas cognoscesque eos omnes, qui legem non servaverunt, et videbis habitationem uniuscuiusque. 5. Dico ei: Domine, quare alios dimisit in turrim, alios tibi reliquit? Quotquot, inquit, transgressi sunt legem, quam acceperunt ab eo, eos meae potestati reliquit paenitentiae causa; quotquot autem legi iam satisfecerunt eamque servaverunt, eos sub propria potestate habet. 6. Qui igitur, inquam, domine, sunt ii, qui coronati sunt euntque in turrim? Quotquot, inquit, luctati sunt cum diabolo et vicerunt eum, coronati sunt; hi sunt ii, qui pro lege passi sunt; 7. alii autem, qui ipsi quidem virgas virides porrexerunt et habentes pampinos, fructum vero non habentes, ii sunt, qui propter legem afflicti sunt, neque vero passi sunt neque abnegaverunt legem

644) scribens: *Εἰ δὲ χρὴ τολμήσαντα καὶ ἀπό τινος φερομένης μὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γραφῆς, οὐ παρὰ πᾶσι δὲ ὁμολογουμένης εἶναι θείας, τὸ τοιοῦτον παραμυθήσασθαι, ληφθείη ἂν τὸ ἀπὸ τοῦ Ποιμένος περί τινων ἅμα μὲν τῷ πιστεύειν ὑπὸ τῷ Μιχαὴλ γινομένων, διὰ δὲ φιληδονίαν ἀποπιπτόντων ἐκείνου καὶ γινομένων ὑπὸ τὸν τῆς τρυφῆς* (Cf. Sim. VI, 2, 1), *εἶτα ὑπὸ τὸν τῆς τιμωρίας* (cf. Sim. VI, 3, 2), *μεθ' ὃν ὑπὸ τὸν τῆς μετανοίας*. — *αὐτοῖς νόμον*] Qui versionem aethiopicam sequentes *αὐτοῦ* legunt, pronomen (*αὐτοῦ* = *ἑαυτοῦ* cf. Winer § 22, 5) ad Michaelem angelum (Harnack) aut ad *τούτου τοῦ λαοῦ* (Link, *Christi Person* 1886 p. 42) rereferunt, et si Hermas profecto legem Michaeli adscriberet, eum illa voce eundem esse annueret cum filio Dei, cui lex alias (v. 2; Sim. V, 5, 3; 6, 3) attribuitur atque soli revera attribuenda est. Interpres autem aethiopicus locum ita reddit, ut pronomen ad populum potius quam ad Michaelem referre censendus sit. Utut vero versio intellegenda est, interpres non adeo fide dignus est, ut testi graeco praeferatur. Link obicit, verbis *εἰς τὰς καρδίας τ. π.* sequentibus vocem *αὐτοῖς* superfluam esse. Sed etiam vox *αὐτοῦ* non est necessaria, atque id praesertim quaeritur, utri testi maior fides habenda sit.

4. *νόμος*] Singulae virgae significant legem evangelii a singulis receptam (Hefele).

5. *ἀπέλυσεν*] sc. Michael.

8. οἱ δὲ χλωρὰς ἐπιδεδωκότες, οἵας ἔλαβον, σεμνοὶ καὶ δίκαιοι καὶ λίαν πορευθέντες ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ καὶ τὰς ἐντολὰς κυρίου πεφυλακότες. τὰ δὲ λοιπὰ γνώσῃ, ὅταν κατανοήσω τὰς ῥάβδους ταύτας τὰς πεφυτευμένας καὶ πεποτισμένας.

4. Καὶ μετὰ ἡμέρας ὀλίγας ἤλθομεν εἰς τὸν τόπον, καὶ ἐκάθισεν ὁ ποιμὴν εἰς τὸν τόπον τοῦ ἀγγέλου, κἀγὼ παρεστάθην αὐτῷ. καὶ λέγει μοι· Περίζωσαι ὠμόλινον [καὶ διακόνει μοι. περιεζωσάμην ὠμόλινον] ἐκ σάκκου γεγονὸς καθαρόν. 2. ἰδὼν δέ με περιεζωσμένον καὶ ἕτοιμον ὄντα τοῦ διακονεῖν αὐτῷ, Κάλει, φησί, τοὺς ἄνδρας, ὧν εἰσὶν αἱ ῥάβδοι πεφυτευμέναι, κατὰ τὸ τάγμα, ὥς τις ἔδωκε τὰς ῥάβδους. καὶ ἀπῆλθον εἰς τὸ πεδίον καὶ ἐκάλεσα πάντας· καὶ ἔστησαν πάντες κατὰ τάγματα. 3. λέγει αὐτοῖς· Ἕκαστος τὰς ἰδίας ῥάβδους ἐκτιλάτω καὶ φερέτω πρός με. 4. πρῶτοι ἐπέδωκαν οἱ τὰς ξηρὰς καὶ κεκομμένας ἐσχηκότες, καὶ ὡς αὗται εὑρέθησαν ξηραὶ καὶ κεκομμέναι, ἐκέλευσεν αὐτοὺς χωρὶς [σταθῆν]αι. 5. εἶτα ἐπέδωκαν οἱ τὰς ξηρὰς καὶ μὴ κεκομμένας ἔχοντες· τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν ἐπέδωκαν τὰς ῥάβδους χλωράς, τινὲς δὲ ξηρὰς καὶ κεκομμένας ὡς ὑπὸ σητός. τοὺς ἐπιδεδωκότας οὖν χλωρὰς ἐκέλευσε χωρὶς σταθῆναι, τοὺς δὲ ξηρὰς καὶ κεκομμένας ἐπιδεδωκότας ἐκέλευσε μετὰ τῶν πρώτων σταθῆναι. 6. εἶτα ἐπέδωκαν οἱ τὰς ἡμιξήρους καὶ σχισμὰς ἐχούσας· καὶ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν χλωρὰς ἐπέδωκαν καὶ μὴ ἐχούσας σχισμάς· τινὲς δὲ χλωρὰς καὶ παραφυάδας ἐχούσας καὶ εἰς τὰς παραφυάδας καρπούς, οἵους εἶχον οἱ εἰς τὸν πύργον πορευθέντες ἐστεφανωμένοι· τινὲς δὲ ἐπέδωκαν ξηρὰς καὶ βεβρωμένας, τινὲς δὲ ξηρὰς καὶ ἀβρώτους, τινὲς δὲ οἷαι ἦσαν ἡμίξηροι καὶ σχισμὰς ἔχουσαι. ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἕνα ἕκαστον χωρὶς σταθῆναι, τοὺς μὲν πρὸς τὰ ἴδια τάγματα, τοὺς δὲ χωρίς.

5. Εἶτα ἐπεδίδουν οἱ τὰς ῥάβδους χλωρὰς μὲν ἔχοντες, σχισμὰς δὲ ἐχούσας· οὗτοι πάντες χλωρὰς ἐπέδωκαν καὶ ἔστησαν εἰς τὸ ἴδιον τάγμα. ἐχάρη δὲ ὁ ποιμὴν ἐπὶ τούτοις, ὅτι πάντες ἠλλοιώθησαν καὶ ἀπέθεντο τὰς σχισμὰς αὐτῶν. 2. ἐπέδωκαν δὲ καὶ οἱ τὸ ἥμισυ χλωρόν, τὸ δὲ ἥμισυ ξηρὸν ἔχοντες· τινῶν οὖν

6 *ἀγγέλου* GA : + magni L | 7/8 *καὶ δ. — ὠμόλινον* L¹L²A : > G | 11 *ὥς τις* em : *ὅστις* G, sicut LA | 12 *πάντες* (> L²) *κατὰ τ.* LA : *πάντα τὰ τ.* G | 13 *ἐκτιλλάτω* G | 14/15 *καὶ ὡς αὗται* G : et quae (duo codd: aeque) L¹, sicut antea non A | *ὡς — κεκομμέναι* > L² | 20 *πρώτων* : *α΄* G | 23 *καρπούς, οἵους* G : *καρπόν, οἷον* LA | 27 *σταθῆναι* : *στῆναι* G

suam. 8. Qui virgas virides porrexerunt, quales acceperunt, hi sunt sancti et iusti et qui in pura mente ambulaverunt et mandata domini custodierunt. Reliquas autem cognosces, cum consideravero has virgas, quae plantatae et irrigatae sunt.

4. Et paucos post dies venimus in locum, et consedit pastor in loco angeli, et ego constiti iuxta eum. Et dicit mihi: Praecinge te sabano et ministra mihi. Praecinxi me sabano mundo, quod e sacco factum fuerat. 2. Cum autem praecinctum me videret ac paratum ministrandi ei, ait: Voca viros, quorum sunt virgae plantatae, secundum ordinem, sicut quis dedit virgas. Et abii in campum et vocavi omnes; et constiterunt singuli ordines. 3. Dicit iis: Unusquisque suam virgam extrahat et afferat ad me. 4. Primi tradiderunt qui aridas virgas et praecisas habuerant, cumque hae inventae essent aridae et praecisae, iussit eos seorsum stare. 5. Deinde porrexerunt qui aridas et non praecisas habuerant: aliqui autem ex iis porrexerunt virgas virides, aliqui aridas et praecisas velut a tinea. Eos igitur, qui virides porrexerunt, iussit seorsum stare, eos autem, qui aridas et praecisas tradiderunt, iussit stare cum primis. 6. Deinde porrexerunt ii, qui semiaridas et habentes scissuras habuerant; et multi ex iis virides porrexerunt nec scissuras habentes; aliqui vero virides et pampinos habentes et in pampinis fructus, quales habebant qui in turrim abierunt coronati; alii porrexerunt aridas et corrosas, alii aridas et non corrosas, alii semiaridas et scissuras habentes. Iussit eos unumquemque stare seorsum, alios ad suos ordines, alios seorsum.

5. Deinde porrexerunt qui habuerant virides quidem virgas, sed scissuras habentes; hi omnes virides tradiderunt ac steterunt in suo ordine. Pastor autem de iis gavisus est, quod omnes mutati sunt et scissuras suas deposuerunt. 2. Porrexerunt vero ii quoque, qui dimidium viride, dimidium aridum

2 Eccles. 12, 13.

4, 4. cf. c. 6, 4.
5. πρὸς τὰ ἴδια τάγματα] i. e. ad eos, quibus paenitentiam agentes similes facti erant. Cf. v. 5: μετὰ τῶν πρώτων σταθῆναι, c. 5, 1—5.

εὑρέθησαν αἱ ῥάβδοι ὁλοτελῶς χλωραί, τινῶν ἡμίξηροι, τινῶν ξηραὶ καὶ βεβρωμέναι, τινῶν δὲ χλωραὶ καὶ παραφυάδας ἔχουσαι· οὗτοι πάντες ἀπελύθησαν ἕκαστος πρὸς τὸ τάγμα αὐτοῦ. 3. εἶτα ἐπέδωκαν οἱ τὰ δύο μέρη χλωρὰ ἔχοντες, τὸ δὲ τρίτον ξηρόν· πολλοὶ ἐξ αὐτῶν χλωρὰς ἐπέδωκαν, πολλοὶ δὲ ἡμιξήρους, ἕτεροι δὲ ξηρὰς καὶ βεβρωμένας· οὗτοι πάντες ἔστησαν εἰς τὸ ἴδιον τάγμα. 4. [εἶτα ἐπέδωκαν οἱ τὰ δύο μέρη ξηρὰ ἔχοντες, τὸ δὲ τρίτον χλωρόν· πολλοὶ ἐξ αὐτῶν ἡμιξήρους ἐπέδωκαν, τινὲς δὲ ξηρὰς καὶ βεβρωμένας, τινὲς δὲ ἡμιξήρους καὶ σχισμὰς ἐχούσας, ὀλίγοι δὲ χλωράς· οὗτοι πάντες ἔστησαν εἰς τὸ ἴδιον τάγμα]. 5. ἐπέδωκαν δὲ οἱ τὰς ῥάβδους αὐτῶν χλωρὰς ἐσχηκότες, ἐλάχιστον δὲ [ξηρὸν] καὶ σχισμὰς ἐχούσας· ἐκ τούτων τινὲς χλωρὰς ἐπέδωκαν, τινὲς δὲ χλωρὰς καὶ παραφυάδας ἐχούσας· ἀπῆλθον καὶ οὗτοι εἰς τὸ τάγμα αὐτῶν. 6. εἶτα ἐπέδωκαν οἱ ἐλάχιστον ἔχοντες χλωρόν, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη ξηρά· τούτων αἱ ῥάβδοι εὑρέθησαν τὸ πλεῖστον μέρος χλωραὶ καὶ παραφυάδας ἔχουσαι καὶ καρπὸν ἐν ταῖς παραφυάσι καὶ ἕτεραι χλωραὶ ὅλαι. ἐπὶ ταύταις ταῖς ῥάβδοις ἐχάρη ὁ ποιμὴν λίαν μεγάλως, ὅτι οὕτως εὑρέθησαν. ἀπῆλθον δὲ οὗτοι ἕκαστος εἰς τὸ ἴδιον τάγμα.

6. Μετὰ τὸ πάντων κατανοῆσαι τὰς ῥάβδους τὸν ποιμένα λέγει μοι· Εἶπόν σοι, ὅτι τὸ δένδρον τοῦτο φιλόζωόν ἐστι. βλέπεις, φησί, πόσοι μετενόησαν καὶ ἐσώθησαν; Βλέπω, φημί, κύριε. Ἵνα ἴδῃς, φησί, τὴν πολυευσπλαγχνίαν τοῦ κυρίου, ὅτι μεγάλη καὶ ἔνδοξός ἐστι, καὶ ἔδωκε πνεῦμα τοῖς ἀξίοις οὖσι μετανοίας. 2. Διατί οὖν, φημί, κύριε, πάντες οὐ μετενόησαν; Ὧν εἶδε, φησί, τὴν καρδίαν μέλλουσαν καθαρὰν γενέσθαι καὶ δουλεύειν αὐτῷ ἐξ ὅλης καρδίας, τούτοις ἔδωκε τὴν μετάνοιαν· ὧν δὲ εἶδε τὴν δολιότητα καὶ πονηρίαν, μελλόντων ἐν ὑποκρίσει μετανοεῖν, ἐκείνοις οὐκ ἔδωκε μετάνοιαν, μήποτε πάλιν βεβηλώσωσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ. 3. λέγω αὐτῷ· Κύριε, νῦν οὖν μοι δήλωσον τοὺς τὰς ῥάβδους ἐπιδεδωκότας, ποταπός τις αὐτῶν ἐστί, καὶ τὴν τούτων κατοικίαν, ἵνα ἀκούσαντες οἱ πιστεύσαντες καὶ εἰληφότες τὴν σφραγῖδα καὶ

1 *ὁλοτελῶς* G, *-λεῖς* corr | 2 *τινῶν* : *τῶν* G | 6/10 *εἶτα — τάγμα* L^1L^2A: > G | 10/14 *ἐπέδωκαν — αὐτῶν* > L^1 | 11 *ἐλάχιστον* L^2(A) : *-στοι* G | *ξηρὸν* LA : > G | 18 *λίαν μεγάλως* G : vehementer L^1, valde A, magnum (gaudium percepit) L^2 | 23 *ἴδῃς* : *εἰδῇς* G | 25 *διατί* L(A) : *οὗτοι* G | 29 *τὸ ὄνομα* GA : *τὸν νόμον* L

[redacted]

habuerant; quorumdam igitur virgae inventae sunt plane virides, quorumdam semiaridae, quorumdam aridae et corrosae, quorumdam virides et pampinos habentes. Hi omnes dimissi sunt ad suum quisque ordinem. 3. Deinde porrexerunt qui duas partes virides habuerant, tertiam aridam; multi ex iis porrexerunt virides, multi semiaridas, alii aridas et corrosas; hi omnes constiterunt in suo ordine. 4. Porro porrexerunt qui duas partes aridas habuerant, tertiam autem viridem. Multi ex iis semiaridas tradiderunt, quidam vero aridas et corrosas, quidam semiaridas et scissuras habentes, pauci virides. Hi omnes constiterunt in suo ordine. 5. Porrexerunt vero qui virgas suas virides habuerant, minimam autem partem aridam et scissuras habentes. Ex his quidam virides tradiderunt, quidam vero virides et pampinos habentes. Abierunt hi quoque in suum ordinem. 6. Deinde porrexerunt qui minimam partem habuerant viridem, reliquas partes aridas; horum virgae maxima ex parte inventae sunt virides et ramusculos habentes et fructum in ramusculis, et aliae totae virides. De his virgis gavisus est pastor valde, quia sic inventae sunt. Abierunt autem hi in suum quisque ordinem.

6. Cumque omnium virgas considerasset pastor, ait mihi: Dixi tibi, hanc arborem vitam amare. Videsne, inquit, quot paenitentiam egerint et salvi sint facti? Video, inquam, domine. Ut videas, inquit, misericordiam domini, quia magna et gloriosa est, dedit quoque spiritum iis, qui digni sunt paenitentia. 2. Quare igitur, inquam, domine, non omnes egerunt paenitentiam? Quorum, inquit, mentem vidit mundam futuram sibique ex toto corde servituram esse, his dedit paenitentiam; quos autem vidit fallaces et iniquos futuros et in hypocrisi paenitentiam acturos esse, illis non tribuit paenitentiam, ne quando iterum violarent nomen ipsius. 3. Dico ei: Domine, nunc ergo demonstra mihi eos, qui virgas porrexerunt, qualis quis eorum sit, et habitationem eorum, ut audiant qui credide-

6, 1. *εἶπον*] Cf. c. 2, 7. — *μετανοίας*] et cum *ἀξίοις* et cum *πνεῦμα* coniungi potest. Respiciens c. 11, 1 et sequens interpretes veteres vocem ad *ἀξίοις* refero.

2. *ὧν εἶδε κτλ.*] Deus dat gratiam paenitentiae, sed iis, quos cum ea cooperaturos esse praevidet.

τεθλακότες αὐτὴν καὶ μὴ τηρήσαντες ὑγιῆ, ἐπιγνόντες τὰ ἑαυτῶν ἔργα μετανοήσωσι, λαβόντες ὑπὸ σοῦ σφραγῖδα, καὶ δοξάσωσι τὸν κύριον, ὅτι ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἀπέστειλέ σε τοῦ ἀνακαινίσαι τὰ πνεύματα αὐτῶν. 4. Ἄκουε, φησίν· ὧν αἱ ῥάβδοι ξηραὶ καὶ βεβρωμέναι ὑπὸ σητὸς εὑρέθησαν, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποστάται καὶ προδόται τῆς ἐκκλησίας καὶ βλασφημήσαντες ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν τὸν κύριον, ἔτι δὲ καὶ ἐπαισχυνθέντες τὸ ὄνομα κυρίου τὸ ἐπικληθὲν ἐπ' αὐτούς. οὗτοι οὖν εἰς τέλος ἀπώλοντο τῷ θεῷ. βλέπεις δέ, ὅτι οὐδὲ εἷς αὐτῶν μετενόησε, καίπερ ἀκούσαντες τὰ ῥήματα, ἃ ἐλάλησας αὐτοῖς, ἅ σοι ἐνετειλάμην· ἀπὸ τῶν τοιούτων ἡ ζωὴ ἀπέστη. 5. οἱ δὲ τὰς ξηρὰς καὶ ἀσήπτους ἐπιδεδωκότες, καὶ οὗτοι ἐγγὺς αὐτῶν· ἦσαν γὰρ ὑποκριταὶ καὶ διδαχὰς ξένας εἰσφέροντες καὶ ἐκστρέφοντες τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ, μάλιστα δὲ τοὺς ἡμαρτηκότας, μὴ ἀφιέντες μετανοεῖν αὐτούς, ἀλλὰ ταῖς διδαχαῖς ταῖς μωραῖς πείθοντες αὐτούς. οὗτοι οὖν ἔχουσιν ἐλπίδα τοῦ μετανοῆσαι. 6. βλέπεις δὲ πολλοὺς ἐξ αὐτῶν καὶ μετανενοηκότας, ἀφ' ἧς ἐλάλησας αὐτοῖς τὰς ἐντολάς μου· καὶ ἔτι μετανοήσουσιν. ὅσοι δὲ οὐ μετανοήσουσιν, ἀπώλεσαν τὴν ζωὴν αὐτῶν· ὅσοι δὲ μετενόησαν ἐξ αὐτῶν, ἀγαθοὶ ἐγένοντο, καὶ ἐγένετο ἡ κατοικία αὐτῶν εἰς τὰ τείχη τὰ πρῶτα· τινὲς δὲ καὶ εἰς τὸν πύργον ἀνέβησαν. βλέπεις οὖν, φησίν, ὅτι ἡ μετάνοια τῶν ἁμαρτιῶν ζωὴν ἔχει, τὸ δὲ μὴ μετανοῆσαι θάνατον.

7. Ὅσοι δὲ ἡμιξήρους ἐπέδωκαν καὶ ἐν αὐταῖς σχισμὰς εἶχον, ἄκουε καὶ περὶ αὐτῶν. ὅσων ἦσαν αἱ ῥάβδοι κατὰ τὸ αὐτὸ ἡμίξηροι, δίψυχοί εἰσιν· οὔτε γὰρ ζῶσιν οὔτε τεθνήκασιν. 2. οἱ δὲ ἡμιξήρους ἔχοντες καὶ ἐν αὐταῖς σχισμάς, οὗτοι καὶ δίψυχοι καὶ κατάλαλοί εἰσι καὶ μηδέποτε *εἰρηνεύοντες εἰς ἑαυτούς*, ἀλλὰ

5 *βεβρωμέναι* + velut L | 9 10 *καίπερ ἀκούσαντες* LA : *καὶ παρακούσαντες* G | 11 *τοιούτων* GL² : + ergo L¹A | *ἀπέστη* G : abest L, deerit A 13 *ξένας* G : pravas L, duplicem (doctrinam) A | 15 *πείθοντες* G : detinentes L¹(L²), seducunt A | 17 *ἐλάλησας* L : *-σα* G, nuntiatum est A 21/22 *ἁμαρτιῶν* GA : peccantium L | 24 *κατὰ* (*καθὰ* G) *τὸ αὐτό* : tantummodo L¹, > L²A | 27 *εἰσι* GA : + de absentibus detrahentes L¹(L²) | *μηδέποτε* LA : *μηδὲ* G

3. *σφραγῖδα*] Vox, ut contextus docet, hic primum baptismum denotat, deinde gratiam baptismi paenitentia restituendam. Aliter c. 2, 2. 4. — *ἀνακαινίσαι τ. πν.*] Cf. Sim. IX. 14, 3. 4. *ἀποστάται κ. πρ.*] Cf. Sim. IX. 19, 1. — *ἐπαισχυνθέντες*] Cf. Sim. IX.

[redacted]

runt et sigillum acceperunt et fregerunt neque sanum servaverunt, et cognoscentes opera sua paenitentiam agant, accipientes a te sigillum, et glorificent dominum, quod misertus est ipsorum misitque te, ut spiritus eorum renovares. 4. Audi, inquit; quorum virgae aridae et corrosae a tinea inventae sunt, hi sunt apostatae et proditores ecclesiae et qui in peccatis suis blasphemaverunt dominum, adhuc autem et erubuerunt *nomine* domini, *quod invocatum est super eos.* Hi igitur in perpetuum interierunt deo. Vides autem, nec unum ex iis paenitentiam egisse, etiamsi audierant verba, quae locutus es iis, quae tibi mandavi; ab eiusmodi hominibus aberat vita. 5. Qui vero aridas et non putridas tradiderunt, et hi prope illos sunt; erant enim hypocritae et doctrinas alienas inferebant pervertebantque servos dei, eos maxime, qui peccaverunt, non sinentes eos paenitentiam agere, sed doctrinis fatuis eos persuadentes. Hi igitur habent spem paenitentiae. 6. Vides autem multos ex iis et paenitentiam egisse, ex quo mandata mea locutus es; et adhuc paenitentiam agent. Quotquot autem non agent paenitentiam, vitam suam amiserunt; quotquot ex iis paenitentiam egerunt, boni evaserunt et habitationem acceperunt in primis muris; quidam etiam in turrim ascenderunt. Vides igitur, inquit, paenitentiam peccatorum vitam habere, impaenitentiam vero mortem.

7. Quotquot autem virgas semiaridas tradiderunt in iisque scissuras habuerunt, de iis quoque audi. Quorum virgae eodem modo semiaridae erant, ii dubii sunt; neque enim vivunt nec mortui sunt. 2. Qui vero semiaridas habuerunt et scissuras in iis, hi et dubii et detractores sunt neque unquam *pacem ha-*

7 Iac. 2, 7 cf. Gen. 48, 16; Deut. 14, 23; 28, 10; Act. 15, 17 etc. — 27 I Thess. 5, 13.

14, 6; 21, 3; Marc. 8, 38; Luc. 9, 26.
5. διδ. ξένας] Cf. Sim. IX, 19, 1; 22, 1. 2; Vis. III 7, 1; II Petr. 2, 1: οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας. Gnostici respiciuntur. Cf. Behm, *Ueber den Verfasser des Hirten* 1876 p. 49. sqq. — μὴ ἀφ. μετανοεῖν] i. e. docentes, non opus esse paenitentia. Non Montanistae, sed iterum Gnostici respiciuntur. Cf. Lipsius in *Zeitschr. f. wiss. Theol.* 1866 p. 38.
6. τείχη τ. πρ. — πύργον] Diversa singulis beatitudo attribuitur. Cf. c. 7, 3; 8, 3; Vis. III, 2, 1.
7, 1. οὔτε ζ. οὔτε τεθνήκασιν] Cf. Apoc. 3, 15. 16.

διψυχοῦντες πάντοτε. ἀλλὰ καὶ τούτοις, φησίν, ἐπίκειται μετάνοια. βλέπεις, φησί, τινὰς ἐξ αὐτῶν μετανενοηκότας· καὶ ἔτι, φησίν, ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἐλπὶς μετανοίας. 3. καὶ ὅσοι, φησίν, ἐξ αὐτῶν μετανενοήκασι, τὴν κατοικίαν εἰς τὸν πύργον ἔχουσιν· ὅσοι δὲ ἐξ αὐτῶν βραδύτερον μετανενοήκασιν, εἰς τὰ τείχη κατοικήσουσιν· ὅσοι δὲ οὐ μετανοοῦσιν, ἀλλ' ἐμμένουσι ταῖς πράξεσιν αὐτῶν, θανάτῳ ἀποθανοῦνται. 4. οἱ δὲ χλωρὰς ἐπιδεδωκότες τὰς ῥάβδους αὐτῶν καὶ σχισμὰς ἐχούσας, πάντοτε οὗτοι πιστοὶ καὶ ἀγαθοὶ ἐγένοντο, ἔχοντες [δὲ] ζῆλόν τινα ἐν ἀλλήλοις περὶ πρωτείων καὶ περὶ δόξης τινός· ἀλλὰ πάντες οὗτοι μωροί εἰσιν, ἐν ἀλλήλοις ἔχοντες [ζῆλον] περὶ πρωτείων. 5. ἀλλὰ καὶ οὗτοι ἀκούσαντες τῶν ἐντολῶν μου, ἀγαθοὶ ὄντες, ἐκαθάρισαν ἑαυτοὺς καὶ μετενόησαν ταχύ. ἐγένετο οὖν ἡ κατοίκησις αὐτῶν εἰς τὸν πύργον· ἐὰν δέ τις πάλιν ἐπιστρέψῃ εἰς τὴν διχοστασίαν, ἐκβληθήσεται ἀπὸ τοῦ πύργου καὶ ἀπολέσει τὴν ζωὴν αὐτοῦ. 6. ἡ ζωὴ πάντων ἐστὶ τῶν τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου φυλασσόντων· ἐν ταῖς ἐντολαῖς δὲ περὶ πρωτείων ἢ περὶ δόξης τινὸς οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ περὶ μακροθυμίας καὶ περὶ ταπεινοφρονήσεως ἀνδρός. ἐν τοῖς τοιούτοις οὖν ἡ ζωὴ τοῦ κυρίου, ἐν τοῖς διχοστάταις δὲ καὶ παρανόμοις θάνατος.

8. Οἱ δὲ ἐπιδεδωκότες τὰς ῥάβδους ἥμισυ μὲν χλωράς, ἥμισυ δὲ ξηράς, οὗτοί εἰσιν οἱ ἐν ταῖς πραγματείαις ἐμπεφυρμένοι καὶ μὴ κολλώμενοι τοῖς ἁγίοις· διὰ τοῦτο τὸ ἥμισυ αὐτῶν ζῇ, τὸ δὲ ἥμισυ νεκρόν ἐστι. 2. πολλοὶ οὖν ἀκούσαντές μου τῶν ἐντολῶν μετενόησαν. ὅσοι γοῦν μετενόησαν, ἡ κατοικία αὐτῶν εἰς τὸν πύργον. τινὲς δὲ αὐτῶν εἰς τέλος ἀπέστησαν. οὗτοι οὖν μετάνοιαν οὐκ ἔχουσιν· διὰ γὰρ τὰς πραγματείας αὐτῶν ἐβλασφήμησαν τὸν κύριον καὶ ἀπηρνήσαντο. ἀπώλεσαν οὖν τὴν ζωὴν αὐτῶν διὰ τὴν πονηρίαν, ἣν ἔπραξαν. 3. πολλοὶ δὲ ἐξ αὐτῶν ἐδιψύχησαν. οὗτοι ἔτι ἔχουσι μετάνοιαν, ἐὰν ταχὺ μετανοήσωσι, καὶ ἔσται αὐτῶν ἡ κατοικία εἰς τὸν πύργον· ἐὰν δὲ βραδύτερον μετανοήσωσι, κατοικήσουσιν εἰς τὰ τείχη· ἐὰν δὲ μὴ μετανοήσωσι, καὶ αὐτοὶ

2/3 *καὶ — μετανοίας* > L | 4 *ἔχουσιν* LA : *ἕξουσιν* G | 9 *δὲ* LA : > G
11 *ζῆλον* L[1]A (L[2]) : > G | 15 *πάντων* GA : > L | 20/21 *χλωρὰς . . . ξηρὰς* GA : ∾ L | 24 *ὅσοι γ. μετενόησαν* GA : > L

2. *ἔστιν—μετανοίας*] Cf. Ign. Eph. 10, 1.
4. *πρωτείων*] Non clericos, sed omnino ambitiosos hic vituperare videtur. Cf. Matth. 23, 6; Marc. 12, 39; Luc. 11, 43; 20, 46; Vis. III 9, 7 not.

bentes inter se, sed semper dissentientes. Sed his quoque, inquit, paenitentia posita est. Vides inquit, quosdam ex iis paenitentiam egisse. Et adhuc, inquit, in iis est spes paenitentiae. 3. Et quotquot, inquit, ex iis paenitentiam egerunt, habitationem in turri habent; quotquot autem ex iis tardius paenitentiam egerunt, in muris habitabunt; quotquot vero non agunt paenitentiam, sed permanent in factis suis, morte morientur. 4. Qui vero virides tradiderunt virgas suas et scissuras habentes, hi fideles semper ac boni fuerunt, habentes autem zelum quendam inter se de principatu et de gloria quadam; sed hi omnes stulti sunt, inter se aemulationem habentes de principatu. 5. Sed hi quoque mandatis meis auditis, cum boni essent, sese purificaverunt citoque paenitentiam egerunt. Habitatio igitur iis contigit in turri. Sin autem quis iterum se converterit ad dissensionem, eicietur e turri et perdet vitam suam. 6. Vita est omnium, qui mandata domini custodiunt; in mandatis autem nec de principatu nec de gloria aliqua agitur, sed de longanimitate et de humilitate viri. In talibus igitur vita est domini, in seditiosis autem et contemptoribus legis mors.

8. Qui vero virgas tradiderunt pro dimidia parte virides, pro dimidia aridas, hi sunt qui negotiis involuti sunt neque adhaerebant sanctis. Propterea dimidia eorum pars vivit, dimidia mortua est. 2. Multi igitur auditis mandatis meis paenitentiam egerunt. Quotquot quidem paenitentiam egerunt, habitatio eorum est in turri. Quidam vero ex iis in finem destiterunt. Hi ergo paenitentiam non habent; namque ob negotia sua blasphemaverunt dominum et abnegaverunt. Amiserunt ergo vitam suam propter nequitiam, quam fecerunt. 3. Multi autem ex iis dubii erant. Hi adhuc habent paenitentiam, si cito paenitentiam agunt, eritque habitatio eorum in turri; sin autem tardius paenitentiam egerint, habitabunt in muris; si vero non egerint paenitentiam, ipsi quoque amiserunt

16 Eccles. 12, 13.

6. περὶ πρωτείων — ταπεινοφρονήσεως] Cf. Matth. 23, 6—12.

8, 2. διὰ τ. πραγματείας κτλ.] Cf. Vis. III, 6, 5.

ἀπώλεσαν τὴν ζωὴν αὐτῶν. 4. οἱ δὲ τὰ δύο μέρη χλωρά, τὸ δὲ τρίτον ξηρὸν ἐπιδεδωκότες, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀρνησάμενοι ποικίλαις ἀρνήσεσι. 5. πολλοὶ οὖν μετενόησαν ἐξ αὐτῶν, καὶ ἀπῆλθον εἰς τὸν πύργον κατοικεῖν· πολλοὶ δὲ ἀπέστησαν εἰς τέλος τοῦ θεοῦ· οὗτοι τὸ ζῆν εἰς τέλος ἀπώλεσαν. τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν ἐδιψύχησαν καὶ ἐδιχοστάτησαν. τούτοις οὖν ἐστὶ μετάνοια, ἐὰν ταχὺ μετανοήσωσι καὶ μὴ ἐπιμείνωσι ταῖς ἡδοναῖς αὐτῶν· ἐὰν δὲ ἐπιμείνωσι ταῖς πράξεσιν αὐτῶν, καὶ οὗτοι θάνατον ἑαυτοῖς κατεργάζονται.

9. Οἱ δὲ ἐπιδεδωκότες τὰς ῥάβδους τὰ μὲν β' μέρη ξηρά, τὸ δὲ τρίτον χλωρόν, οὗτοί εἰσι πιστοὶ μὲν γεγονότες, πλουτήσαντες δὲ καὶ γενόμενοι ἔνδοξοι παρὰ τοῖς ἔθνεσιν· ὑπερηφανίαν μεγάλην ἐνεδύσαντο καὶ ὑψηλόφρονες ἐγένοντο καὶ κατέλιπον τὴν ἀλήθειαν καὶ οὐκ ἐκολλήθησαν τοῖς δικαίοις, ἀλλὰ κατὰ τὰ ἔθνη συνέζησαν, καὶ αὕτη ἡ ὁδὸς ἡδυτέρα αὐτοῖς ἐγένετο· ἀπὸ δὲ τοῦ θεοῦ οὐκ ἀπέστησαν, ἀλλ' ἐνέμειναν τῇ πίστει, μὴ ἐργαζόμενοι τὰ ἔργα τῆς πίστεως. 2. πολλοὶ οὖν ἐξ αὐτῶν μετενόησαν, καὶ ἐγένετο ἡ κατοίκησις αὐτῶν ἐν τῷ πύργῳ. 3. ἕτεροι δὲ εἰς τέλος μετὰ τῶν ἐθνῶν συζῶντες καὶ φθειρόμενοι ταῖς κενοδοξίαις τῶν ἐθνῶν ἀπέστησαν ἀπὸ τοῦ θεοῦ καὶ ἔπραξαν τὰς πράξεις τῶν ἐθνῶν. οὗτοι μετὰ τῶν ἐθνῶν ἐλογίσθησαν. 4. ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν ἐδιψύχησαν μὴ ἐλπίζοντες σωθῆναι διὰ τὰς πράξεις, ἃς ἔπραξαν· ἕτεροι δὲ ἐδιψύχησαν καὶ σχίσματα ἐν ἑαυτοῖς ἐποίησαν. τούτοις οὖν τοῖς διψυχήσασι διὰ τὰς πράξεις αὐτῶν μετάνοια ἔτι ἐστίν· ἀλλ' ἡ μετάνοια αὐτῶν ταχινὴ ὀφείλει εἶναι, ἵνα ἡ κατοικία αὐτῶν γένηται ἐντὸς τοῦ πύργου· τῶν δὲ μὴ μετανοούντων, ἀλλ' ἐπιμενόντων ταῖς ἡδοναῖς, ὁ θάνατος ἐγγύς.

10. Οἱ δὲ ἐπιδεδωκότες τὰς ῥάβδους χλωράς, αὐτὰ δὲ τὰ ἄκρα ξηρὰ καὶ σχισμὰς ἔχοντα, οὗτοι πάντοτε ἀγαθοὶ καὶ πιστοὶ καὶ ἔνδοξοι παρὰ τῷ θεῷ ἐγένοντο, ἐλάχιστον δὲ ἐξήμαρτον διὰ μικρὰς ἐπιθυμίας καὶ μικρὰ κατ' ἀλλήλων ἔχοντες· ἀλλ' ἀκούσαντές μου τῶν ῥημάτων τὸ πλεῖστον μέρος ταχὺ μετενόησαν, καὶ

1/2 χλωρά .. ξηρὸν LA cf. 1, 12; 5, 3 : ξηρά .. χλωρὸν G | 13 κατὰ τὰ ἔθνη G : cum exteris gentibus LA | 14 ἐγένετο G(A) : visa est (ἐφαίνετο) L | 18 φθειρόμενοι G : evicti (elati) L¹, ducti L²(A) | 19 καὶ ἔπρ. τὰς πράξεις GA : facinoribus et operibus servientes L | 20 οὗτοι G : + ergo L, autem A | 23 οὖν + et L¹ | 24 ταχεινὴ G | 26 ἡδοναῖς + suis LA | 30 μικρὰ G : minimas disputationes L(A)

vitam suam. 4. Qui autem duas partes virides, tertiam aridam porrexerunt, hi sunt qui negaverunt dominum negationibus variis. 5. Multi igitur ex iis paenitentiam egerunt et abierunt, ut in turri habitarent; multi autem in finem recesserunt a deo; hi ergo vitam in finem amiserunt. Quidam autem ex iis dubii et incerti erant. His igitur paenitentia est, si cito paenitentiam agent nec permanebunt in voluptatibus suis; sin autem permanserint in factis suis, et hi mortem sibi adquirunt.

9. Qui vero virgas porrexerunt, quarum duae partes erant aridae, tertia viridis, hi sunt qui fideles quidem facti sunt, sed divites et celebres evaserunt apud gentes; superbiam magnam induti sunt ac sublimia spiraverunt et dereliquerunt veritatem neque adhaeserunt iustis, sed instar gentium convixerunt, et haec via dulcior iis facta est; a deo autem non recesserunt, sed perseveraverunt in fide, etsi opera fidei non exercebant. 2. Multi igitur ex iis paenitentiam egerunt, et habitatio iis contigit in turri. 3. Alii autem in perpetuum cum gentibus conviventes et corrupti vanitatibus gentium recesserunt a deo et fecerunt opera gentium. Hi cum gentibus numerati sunt. 4. Alii autem ex iis dubii erant, desperantes se salvos fieri propter facta, quae fecerunt; alii dubii erant atque dissensiones intra se excitaverunt. His igitur, qui propter facta sua dubii erant, adhuc paenitentia est; sed paenitentia eorum celeris esse debet, ut habitatio eorum sit in turri; qui autem paenitentiam non egerunt, sed perseveraverunt in voluptatibus, iis mors prope est.

10. Qui vero virgas porrexerunt virides, cacumina ipsa autem arida et scissuras habentia, hi semper boni et fideles et gloriosi apud dominum fuerunt, minimum autem deliquerunt propter parvas concupiscentias et quia parva alter adversus alterum habuerunt; sed auditis mandatis meis plurimi cito paenitentiam egerunt et habitationem acceperunt in turri.

9, 1. *ἔνδοξοι π. τ. ἔθνεσιν*] Cf. c. 10, 1: *ἔνδοξοι π. τῷ θεῷ. — μὴ ἐργαζόμενοι κτλ.*] Cf. c. 10, 3; Iac. 2, 17 sqq. De operibus fidei cf. Mand. VIII, 10.

4. *σχίσματα*] Cf. c. 7, 2, ubi habes contrarium: *εἰρηνεύοντες εἰς ἑαυτούς*.

ἐγένετο ἡ κατοικία αὐτῶν εἰς τὸν πύργον. 2. τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν ἐδιψύχησαν, τινὲς δὲ διψυχήσαντες διχοστασίαν μείζονα ἐποίησαν. ἐν τούτοις οὖν ἔνεστι μετανοίας ἐλπίς, ὅτι ἀγαθοὶ πάντοτε ἐγένοντο· δυσκόλως δέ τις αὐτῶν ἀποθανεῖται. 3. οἱ δὲ τὰς ῥάβδους αὐτῶν ξηρὰς ἐπιδεδωκότες, ἐλάχιστον δὲ χλωρὸν ἐχούσας, οὗτοί εἰσιν οἱ πιστεύσαντες μόνον, τὰ δὲ ἔργα τῆς ἀνομίας ἐργαζόμενοι· οὐδέποτε δὲ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀπέστησαν καὶ τὸ ὄνομα ἡδέως ἐβάστασαν καὶ εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν ἡδέως ὑπεδέξαντο τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ. ἀκούσαντες οὖν ταύτην τὴν μετάνοιαν ἀδιστάκτως μετενόησαν καὶ ἐργάζονται πᾶσαν ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην· 4. τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ [παθεῖν οὐ] φοβοῦνται, γινώσκοντες τὰς πράξεις αὐτῶν, ἃς ἔπραξαν. τούτων οὖν πάντων ἡ κατοικία εἰς τὸν πύργον ἔσται.

11. Καὶ μετὰ τὸ συντελέσαι αὐτὸν τὰς ἐπιλύσεις πασῶν τῶν ῥάβδων λέγει μοι· Ὕπαγε καὶ πᾶσιν λέγε, ἵνα μετανοήσωσιν, καὶ ζήσονται τῷ θεῷ· ὅτι ὁ κύριος ἔπεμψέ με σπλαγχνισθεὶς πᾶσι δοῦναι τὴν μετάνοιαν, καίπερ τινῶν μὴ ὄντων ἀξίων διὰ τὰ ἔργα αὐτῶν· ἀλλὰ μακρόθυμος ὢν ὁ κύριος θέλει τὴν κλῆσιν τὴν γενομένην διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ σώζεσθαι. 2. λέγω αὐτῷ· Κύριε, ἐλπίζω, ὅτι πάντες ἀκούσαντες αὐτὰ μετανοήσουσι· πείθομαι γάρ, ὅτι εἷς ἕκαστος τὰ ἴδια ἔργα ἐπιγνοὺς καὶ φοβηθεὶς τὸν θεὸν μετανοήσει. 3. ἀποκριθείς μοι λέγει· Ὅσοι, φησίν, ἐξ ὅλης καρδίας αὐτῶν [μετανοήσωσι καὶ] καθαρίσωσιν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν πονηριῶν αὐτῶν τῶν προειρημένων καὶ μηκέτι μηδὲν προσθῶσι ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν, λήψονται ἴασιν παρὰ τοῦ κυρίου τῶν προτέρων ἁμαρτιῶν, ἐὰν μὴ διψυχήσωσιν ἐπὶ ταῖς ἐντολαῖς ταύταις, καὶ ζήσονται τῷ θεῷ. [ὅσοι δέ, φησίν, προσθῶσι ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν καὶ πορευθῶσιν ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ αἰῶνος τούτου, θανάτῳ ἑαυτοὺς κατακρίνουσιν]. 4. σὺ δὲ πορεύου ἐν ταῖς ἐντολαῖς μου, καὶ ζήσῃ [τῷ θεῷ· καὶ ὅσοι ἂν πορευθῶσιν ἐν αὐταῖς καὶ

3 *ἔνεστι* G(A) : etiamnunc (adhuc L[2]) est L | 5 *ἐλάχιστον δὲ χλ. ἐχούσας* : exceptis cacuminibus earum, quae sola erant viridia L(A) cf. 1, 14 | 6 *μόνον* GA : quidem L | 10 *καὶ δικ.* GA : *δικαιοσύνης* L | 11 *κ. παθεῖν οὐ φοβ.* con Hilgenfeld : *καὶ φοβοῦνται* G, morte obierunt et libenter patiuntur L[1], compressi libenter patiuntur L[2], se ipsos afflixerunt A | 12/13 *τούτων — ἔσται* > L | 14 *πασῶν* LA : *πάσας* G | 16 *ζήσονται* GL[1] : *ζήσωνται* L[2]A | 17 *ἀξίων* + salvari L[2](L[1]A) | 23 *μετανοήσωσι καὶ* LA : > G

2. Quidam autem ex iis dubii erant, quidam dubii dissensionem maiorem moverunt. In his ergo est spes paenitentiae, quia semper boni fuerunt; difficile autem aliquis eorum morietur. 3. Qui autem virgas suas aridas porrexerunt, minimam partem viridem habentes, hi sunt qui crediderunt solum, opera autem iniquitatis egerunt; nunquam autem a deo defecerunt et nomen libenter gestaverunt et servos dei in domibus suis susceperunt. Audita ergo hac paenitentia sine haesitatione paenitentiam egerunt et operantur omnem virtutem ac iustitiam; 4. aliqui vero ex iis etiam pati non timent, cognoscentes opera sua, quae operati sunt. Horum ergo omnium habitatio erit in turri.

11. Et postquam finiit explanationes omnium virgarum, ait mihi: Vade et dic omnibus, ut paenitentiam agant, et vivent deo; quoniam dominus misertus est et misit me, ut omnibus darem paenitentiam, quamvis quidam non essent digni propter opera sua; sed cum sit longanimis dominus, vult vocationem per filium suum factam servari. 2. Dico ei: Domine, spero, omnes iis auditis paenitentiam acturos esse; persuasum enim mihi habeo, unumquemque cognitis suis operibus acceptoque dei timore paenitentiam acturum esse. 3. Respondens mihi dicit: Quotquot, inquit, ex toto corde suo paenitentiam egerint et se purificaverint ab iniquitatibus suis praedictis neque amplius quidquam adiecerint peccatis suis, remedium peccatorum priorum a domino accipient, si non dubitaverint de mandatis istis, et vivent deo. Quotquot autem, inquit, adiecerint peccatis suis et ambulaverint in desideriis huius saeculi, ad mortem se damnabunt. 4. Tu autem ambula in mandatis meis, et vives deo; et quicumque ambulaverint in iis recteque fecerint, vivent

10 Ps. 14, 2; Act. 10, 35; Hebr. 11, 33. — 17 II Petr. 3, 9.

καθαρίσουσιν G | 24 *αὐτῶν* G : *πασῶν* L, > A | 26 *ταύταις* GA : istis (> L^1) meis L | 27/29 *ὅσοι* — *κατακρίνουσιν* LA : > G | 30/1 p. 576 *καὶ ζήσῃ* — *θεῷ* L^1L^2A : *καὶ ζῆθι* G

10, 2. *διψ. διχοστασίαν κτλ.*] Cf. c. 9, 4.

3. *τ. ὄνομα ἐβάστ.*] Cf. Sim. IX, 13, 2. 3; 14, 5. 6; 15, 3 etc. Apoc. 3, 12; 14, 1. — *ἐργάζονται δικαιοσύνην*] Cf. Vis. II, 2, 7; 3, 3; Mand. XII, 3, 1.

11, 1. *ἀξίων*] sc. *τῆς μετανοίας*. Cf. c. 6, 1. 2.

ἐργάσωνται ὀρθῶς, ζήσονται τῷ θεῷ]. 5. ταῦτά μοι δείξας καὶ λαλήσας πάντα λέγει μοι· Τὰ δὲ λοιπὰ ἐπιδείξω μετ' ὀλίγας ἡμέρας.

Παραβολὴ θ'.

1. Μετὰ τὸ γράψαι με τὰς ἐντολὰς καὶ παραβολὰς τοῦ ποιμένος, τοῦ ἀγγέλου τῆς μετανοίας, ἦλθε πρός με καὶ λέγει μοι· Θέλω σοι δεῖξαι, ὅσα σοι ἔδειξε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ λαλῆσαν μετὰ σοῦ ἐν μορφῇ τῆς Ἐκκλησίας· ἐκεῖνο γὰρ τὸ πνεῦμα ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐστίν. 2. ἐπειδὴ γὰρ ἀσθενέστερος τῇ σαρκὶ ἦς, οὐκ ἐδηλώθη σοι δι' ἀγγέλου. ὅτε οὖν ἐνεδυναμώθης διὰ τοῦ πνεύματος καὶ ἴσχυσας τῇ ἰσχύϊ σου, ὥστε δύνασθαί σε καὶ ἄγγελον ἰδεῖν, τότε μὲν οὖν ἐφανερώθη σοι διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ οἰκοδομὴ τοῦ πύργου· καλῶς καὶ σεμνῶς πάντα ὡς ὑπὸ παρθένου ἑώρακας. νῦν δὲ ὑπὸ ἀγγέλου βλέπεις διὰ τοῦ αὐτοῦ μὲν πνεύματος· 3. δεῖ δέ σε παρ' ἐμοῦ ἀκριβέστερον πάντα μαθεῖν. εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἐδόθην ὑπὸ τοῦ ἐνδόξου ἀγγέλου εἰς τὸν οἶκόν σου κατοικῆσαι, ἵνα δυνατῶς πάντα ἴδῃς, μηδὲν δειλαινόμενος καὶ ὡς τὸ πρότερον. 4. καὶ ἀπήγαγέ με εἰς τὴν Ἀρκαδίαν, εἰς ὄρος τι

1/2 *καὶ λαλήσας* > L | 2 *ἐπιδείξω* G : ostendam tibi LA | 3 *παρ. θ'* L : initium similitudinis A, > G | 6 *τὸ ἅγιον* > L^1 | 8 *ἦς* : *εἰς* G | 10 *καὶ ἄγγελον* L^1(L^{2}A) : *οἱ ἄγγελοι* G | 16 *καὶ* G : > LA | 17 *Ἀρκαδίαν* GL : Marcadiam montem A, con *Ἀρικίαν* Zahn

IX. In hac Similitudine iterum aedificatio turris describitur. Imago itaque hic eadem est ac supra Vis. III; sententia autem initio alia. In Visione tertia enim lapides ad aedificationem adhibiti eos significant, qui vere sunt fideles, qui non solum fidem, sed etiam opera fidei habent. In hac autem Similitudine lapides, quibus turris initio (c. 4) aedificatur, sunt qui in ecclesiam recipiuntur vel baptizantur, et cum baptizati non omnes vitam degant vere christianam, turris huius Similitudinis habet etiam pravos lapides, ecclesia peccatores. Sed lapides pravi vel peccatores a domino turris eiciuntur (c. 6, 5; 13, 3. 7—9; 17, 5) et pastori traduntur, ut mundentur et, si mundati fuerint, turri iterum inserantur, sin minus, proiciantur in perpetuum. Cum autem pravi lapides omnes secernantur et boni tantum relinquantur vel postea inserantur, cum ecclesia, ut pastor explicat (c. 18, 2), peccatoribus expulsis purificetur, sententia similitudinis narratione progrediente alia fit et ad sententiam Visionis III accedit, cum initio eadem ac Similitudinis VIII fuerit. Habes autem hanc sententiam mutatam inde a cap. 19. Cf. Zahn l. c. p. 222—224.

1, 1. *ἐντολὰς κ. παραβολὰς*] Cognoscis hic dispositionem libri. Cum Hermas hoc loco sicut Vis. V, 5. 6

deo. 5. Quae postquam omnia ostendit mihi et locutus est, dicit mihi: Reliqua ostendam post paucos dies.

Similitudo IX.

1. Postquam scripsi mandata et similitudines pastoris, angeli paenitentiae, venit ad me et ait mihi: Volo tibi ostendere, quaecumque tibi ostendit spiritus sanctus, qui in figura Ecclesiae tecum locutus est; ille enim spiritus filius dei est. 2. Cum enim corpore infirmior esses, tibi non est manifestatum per angelum. Postquam ergo confirmatus es per spiritum et confortatus fortitudine tua, ita ut angelum quoque videre posses, tunc igitur per Ecclesiam tibi ostensa est aedificatio turris; bene et praeclare omnia virgine monstrante vidisti. Nunc autem per angelum vides, per eundem spiritum. 3. Oportet vero te omnia accuratius a me discere. Propterea enim a glorioso angelo missus sum in domo tua habitare, ut omnia fortiter videas, nihil timens sicut et ante. 4. Et abduxit me in Arcadiam,

Mandata et Similitudines in unum complectatur, ea tamquam alteram scripturae partem Visionibus velut primae parti opponit. Cf. Prolegom. c. 3. — *λαλῆσαν κτλ.*] sc. in Visionibus. — *τὸ πνεῦμα τ. ἅγιον κτλ.*] Hermas hic spiritum sanctum expressis verbis declarat filium Dei. Putavit quidem Zahn l. c. p. 278 sqq., non spiritum sanctum, sed illum spiritum, qui cum eo in figura Ecclesiae locutus esset, ei esse filium Dei. Sed verba id non dicunt. Non enim scripsit, ut versio latina prior habet, *τὸ πνεῦμα* (sine *τὸ ἅγιον*), neque, ut Harnack recte animadvertit, *ἐκεῖνο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*, sed nude *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*; denique nec scripsit *ἐκεῖνο γὰρ τὸ πνεῦμα ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἦν* (pro *ἐστίν*), quod iure exspectares, si explicatio illa recta esset. Cf. Prolegom. c. 5.

2. *ἀσθενέστερος*] Cf. Vis. I, 3, 3; II, 1, 3. 4. — *ἐδηλώθη*] sc. *ὅσα ἔβλεψας*. — *ἐνεδυναμώθης*] Cf. Vis. I, 4, 3; III, 1—3. — *ἄγγελον κτλ.*] In Visione tertia Hermas non solum angelos turrim aedificantes videt (c. 2, 4 sqq.), sed per Ecclesiam etiam certior fit (c. 4, 1. 2), eos angelos esse. — *νῦν δὲ ὑπὸ ἀγγέλου*] i. e. inde a Visione quinta, ubi Hermas coepit per angelum doceri. Accipit autem revelationes *διὰ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος*, i. e. a spiritu sancto vel filio Dei, qui auctor est omnium revelationum quique prius per Ecclesiam, nunc per angelum nota facit mysteria. — *βλέπεις*] sc. *ὅσα σοι δηλοῦται*.

3. *εἰς τοῦτο κτλ.*] Similiter Vis. V, 5. — *πρότερον*] Cf. Vis. I, 2, 1; III, 1, 5; IV, 1, 7; 3, 6.

4. *'Αρκαδίαν*] Zahn l. c. p. 211—218 demonstrare conatus est, Hermam scripsisse *'Αρικίαν*, et G. G. A. 1878 Nr. 2 provocavit ad Act. Petri et

μαστῶδες καὶ ἐκάθισέ με ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ ὄρους καὶ ἔδειξέ μοι πεδίον μέγα, κύκλῳ δὲ τοῦ πεδίου ὄρη δώδεκα, ἄλλην καὶ ἄλλην ἰδέαν ἔχοντα τὰ ὄρη. 5. τὸ πρῶτον μέλαν ὡς ἀσβόλη· τὸ δὲ δεύτερον ψιλόν, βοτάνας μὴ ἔχον· τὸ δὲ τρίτον ἀκανθῶδες καὶ τριβόλων πλῆρες· 6. τὸ δὲ τέταρτον βοτάνας ἔχον ἡμιξήρους, τὰ μὲν ἐπάνω τῶν βοτανῶν χλωρά, τὰ δὲ πρὸς ταῖς ῥίζαις ξηρά· τινὲς δὲ βοτάναι, ὅταν ὁ ἥλιος ἐπικεκαύκει, ξηραὶ ἐγίνοντο· 7. τὸ δὲ πέμπτον ὄρος ἔχον βοτάνας χλωρὰς καὶ τραχὺ ὄν. τὸ δὲ ἕκτον ὄρος σχισμῶν ὅλον ἔγεμεν, ὧν μὲν μικρῶν, ὧν δὲ μεγάλων· εἶχον δὲ βοτάνας αἱ σχισμαί, οὐ λίαν δὲ ἦσαν εὐθαλεῖς αἱ βοτάναι, μᾶλλον δὲ ὡς μεμαραμμέναι ἦσαν. 8. τὸ δὲ ἕβδομον ὄρος εἶχε βοτάνας ἱλαράς, καὶ ὅλον τὸ ὄρος εὐθηνοῦν ἦν, καὶ πᾶν γένος κτηνῶν καὶ ὀρνέων ἐνέμοντο εἰς τὸ ὄρος ἐκεῖνο· καὶ ὅσον ἐβόσκοντο τὰ κτήνη καὶ τὰ πετεινά, μᾶλλον καὶ μᾶλλον αἱ βοτάναι τοῦ ὄρους ἐκείνου ἔθαλλον. τὸ δὲ ὄγδοον ὄρος πηγῶν πλῆρες ἦν, καὶ πᾶν γένος τῆς κτίσεως τοῦ κυρίου ἐποτίζοντο ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ ὄρους ἐκείνου. 9. τὸ δὲ ἔνατον ὄρος ὅλως ὕδωρ οὐκ εἶχεν καὶ ὅλον ἐρημῶδες ἦν· εἶχε δὲ ἐν αὐτῷ θηρία καὶ ἑρπετὰ θανάσιμα διαφθείροντα ἀνθρώπους. τὸ δὲ δέκατον ὄρος εἶχε δένδρα μέγιστα

3 *μέλαν* GA : + erat L | 7 *ἐγίνοντο* LA cf. 21, 1; 22, 1 : + *τὸ δὲ ὄρος τραχὺ λίαν ἦν βοτάνας ἔχον ξηράς* G cf. v. 7 | 11 *μεμαραμμένας* em cf. Vis. III, 11, 2 : *-ασμένας* G

Pauli c. 20, ubi librarius codicis B pro *Ἀρικίαν* posuit *Ἀραβίαν* (Acta apost. apocr. edd. Lipsius et Bonnet I, 187). Sed assentiri non possum. Testes unanimes *Ἀρκαδίαν* habent et contextus lectioni favet. Si enim Zahn recte coniecisset, auctor haud dubie *ἐπορευόμην* (cf Vis. I, 1, 3; II, 1, 1) vel *ὕπηγον* (cf. Vis. IV, 1, 2) vel aliam similem vocem adhibuisset. Aricia enim haud ita procul ab urbe abest. Cum autem de terra remota loqui vellet, scripsit *ἀπήγαγε*, sc. *ὁ ἄγγελος*, i. e. *abripuit me*, et similia non solum apud alios (cf. V Esra 2, 33 sqq. et liber Henoch passim), sed etiam apud eum ipsum leguntur (Vis. I, 1, 3; II, 1, 1: *καὶ πάλιν με αἴρει πνεῦμα κτλ.*). Cf. etiam Dan. 12, 36 (Vulg. 14, 35); Apoc. 4. 1. Itaque non est dubium, Hermam *Ἀρκαδίαν* scripsisse. Cur autem in Arcadiam se abductum fuisse dicit? Num ibi natus fuit? Rendel Harris in *Journal of the Society of Biblical Lit. and Exeg.* 1887 p. 69—83 demonstravit, quae Hermas in hoc capite de Arcadia exposuit, ea cum descriptione regionis per Pausaniam in Descriptione Graeciae VIII instituta quadrare, versum 4 ad collem spectare, in quo urbs Orchomenus sita erat (Paus. VIII, 13, 2), montem quintum (v. 7) ad montem *Τραχὺ*

in montem quendam habentem formam et similitudinem mammae, et posuit me in cacumine montis et ostendit mihi campum magnum et circa campum duodecim montes aliam atque aliam figuram habentes. 5. Primus erat niger sicut fuligo, secundus glaber, herbas non habens; tertius spinosus ac tribulis plenus; 6. quartus habens herbas semiaridas, quarum pars superior erat viridis, pars a radicibus proxima arida; quaedam autem herbae, cum sol incaluisset, aridae factae sunt. 7. Quintus mons habebat herbas virides et asper erat; sextus mons totus plenus erat scissuris, quarum aliae erant exiguae, aliae magnae; habebant autem scissurae herbas, herbae vero non valde floridae erant, sed potius velut marcidae. 8. Septimus mons habebat herbas hilares totusque mons erat fertilis et omne genus pecudum volucrumque pascebantur in monte illo; et quanto pecudes et aves vescebantur, herbae montis illius magis magisque crescebant. Octavus autem mons plenus erat fontibus, et omne genus creaturae domini adaquabatur e fontibus montis illius. 9. Nonus mons nullam omnino aquam habebat et totus destitutus erat; habebat autem in se bestias ac serpentes mortiferos hominibus perniciosos. Decimus mons habe-

ad orientem ab Orchomeno situm (P. VIII, 13, 4), nonum (v. 9) ad montem *Σηπία* (P. VIII, 16, 2), decimum (v. 9) ad montem *Σκίαδις* (P. VIII, 14, 1). Robinson in *Collation of the Athos Codex* 1888 p. 30—36 montem tertium (v. 5) in monte *Κνάκαλος* (P. VIII, 23, 4), octavum (v. 8) in colle *Τρίκρηνα* (= *Τρικάρηνα*, P. VIII, 16, 1), secundum (v. 5) in monte *Φάλανθος* (= *φαλακρός* = *ψιλός*, P. VIII, 35, 9), duodecimum (v. 10) in monte *Κυλλήνη* (P. VIII, 4, 4), insuper sextum (v. 7) in monte *Ὄρυξις* (P. VIII, 14, 1), primum (v. 5) in colle, in quo oppidum *Μελαγγεῖα* situm erat (P. VIII, 6, 5), agnoscere sibi visus est, atque hic inde evidenter apparere censuit, Arcadiam patriam Hermae esse, cum notitia regionis tam accurata aliter non esset explicanda. Equidem non nego, regionem urbis Orchomeni regioni ab Herma prolatae similem esse. Altera ex parte suspicionem supprimere nequeo, Hermam regionem propositam non tam descripsisse quam finxisse, et rem in medio relinquo. — *ὄρος μαστῶδες*] Eiusmodi montes ab aliis quoque commemorantur. Cf. Passow s. h. v.

5. Montes, qui in hac Similitudine describuntur, sunt gentes, quibus evangelium praedicatum est. De tribus prioribus cf. c. 17—19.

6. Cf. c. 20. 21.

7. Cf. c. 22. 23.

8. Cf c. 24. 25.

9. Cf. c. 26. 27.

καὶ ὅλον κατάσκιον ἦν, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην αὐτοῦ πολλὰ πρόβατα κατέκειντο ἀναπαυόμενα καὶ μαρυκώμενα. **10.** τὸ δὲ ἑνδέκατον ὄρος λίαν σύνδενδρον ἦν, καὶ τὰ δένδρα ἐκεῖνα κατάκαρπα ἦν, ἄλλοις καὶ ἄλλοις καρποῖς κεκοσμημένα, ἵνα ἰδών τις αὐτὰ ἐπιθυμήσῃ φαγεῖν ἐκ τῶν καρπῶν αὐτῶν. τὸ δὲ δωδέκατον ὄρος ὅλον ἦν λευκόν, καὶ ἡ πρόσοψις αὐτοῦ ἱλαρὰ ἦν· καὶ εὐπρεπέστατον ἦν ἐν αὐτῷ τὸ ὄρος.

2. Εἰς μέσον δὲ τοῦ πεδίου ἔδειξέ μοι πέτραν μεγάλην λευκὴν ἐκ τοῦ πεδίου ἀναβεβηκυῖαν. ἡ δὲ πέτρα ὑψηλοτέρα ἦν τῶν ὀρέων, τετράγωνος, ὥστε δύνασθαι ὅλον τὸν κόσμον χωρῆσαι. 2. παλαιὰ δὲ ἦν ἡ πέτρα ἐκείνη, πύλην ἐκκεκομμένην ἔχουσα· ὡς πρόσφατος δὲ ἐδόκει μοι εἶναι ἡ ἐκκόλαψις τῆς πύλης. ἡ δὲ πύλη οὕτως ἔστιλβεν ὑπὲρ τὸν ἥλιον, ὥστε με θαυμάζειν ἐπὶ τῇ λαμπηδόνι τῆς πύλης. 3. κύκλῳ δὲ τῆς πύλης εἱστήκεισαν παρθένοι δώδεκα. αἱ οὖν δʹ αἱ εἰς τὰς γωνίας ἑστηκυῖαι ἐνδοξότεραί μοι ἐδόκουν εἶναι· καὶ αἱ ἄλλαι δὲ ἔνδοξοι ἦσαν. εἱστήκεισαν δὲ εἰς τὰ δʹ μέρη τῆς πύλης, ἀνὰ μέσον αὐτῶν ἀνὰ δύο παρθένοι. 4. ἐνδεδυμέναι δὲ ἦσαν λινοῦς χιτῶνας καὶ περιεζωσμέναι εὐπρεπῶς, ἔξω τοὺς ὤμους ἔχουσαι τοὺς δεξιοὺς ὡς μέλλουσαι φορτίον τι βαστάζειν. οὕτως ἕτοιμοι ἦσαν· λίαν γὰρ ἱλαραὶ ἦσαν καὶ πρόθυμοι. 5. μετὰ τὸ ἰδεῖν με ταῦτα ἐθαύμαζον ἐν ἐμαυτῷ, ὅτι μεγάλα καὶ ἔνδοξα πράγματα βλέπω. καὶ πάλιν διηπόρουν ἐπὶ τὰς παρθένους, ὅτι τρυφεραὶ οὕτως οὖσαι ἀνδρείως εἱστήκεισαν ὡς μέλλουσαι ὅλον τὸν οὐρανὸν βαστάζειν. 6. καὶ λέγει μοι ὁ ποιμήν· Τί ἐν σεαυτῷ διαλογίζῃ καὶ διαπορῇ καὶ σεαυτῷ λύπην ἐπισπᾶσαι; ὅσα γὰρ οὐ δύνασαι νοῆσαι, μὴ ἐπιχείρει, συνετὸς ὤν, ἀλλ' ἐρώτα τὸν κύριον, ἵνα λάβῃς σύνεσιν νοεῖν αὐτά. 7. τὰ ὀπίσω σου ἰδεῖν οὐ δύνῃ, τὰ δὲ ἔμπροσθέν σου βλέπεις. ἃ οὖν ἰδεῖν οὐ δύνασαι, ἔασον καὶ μὴ στρέβλου σεαυτόν· ἃ δὲ βλέπεις, ἐκείνων κατακυρίευε καὶ περὶ τῶν λοιπῶν μὴ περιεργάζου· πάντα δέ σοι ἐγὼ δηλώσω, ὅσα ἄν σοι δείξω. ἔμβλεπε οὖν τοῖς λοιποῖς.

3. Εἶδον ἓξ ἄνδρας ἐληλυθότας ὑψηλοὺς καὶ ἐνδόξους καὶ

1 *αὐτοῦ πολλὰ* G : arborum L^2(A), > L^1 | 2 *μηρυκώμενα* G | 3 *σύνδενδρον* G | 7 *ἐν αὐτῷ* em : *ἐν αὐτῷ* G, sibi L, ipse (mons) A | 17 *αὐτῶν* L^2A : *αὐτῆς* G, > L^1 | 26 *οὐ δύνασαι* LA : *οὐδὲ* G | 26/27 *ἐπιχείρει* G(A): + tanquam L | 32 *οὖν* GA : nunc L

bat arbores maximas totusque erat opacus, et sub umbra eius multae oves iacebant requiescentes et ruminantes. 10. Undecimus mons densus arboribus erat, et arbores illae frugiferae erant, ornatae aliis atque aliis fructibus, ita ut, si quis viderit eas, desideret manducare de fructibus earum. Duodecimus mons totus erat candidus et aspectum habebat hilarem; et valde decorus in se erat mons.

8. Non solum petra et porta, sed etiam vir praecelsus (c. 6, 1) filius est Dei. Cf. Prolegom. c. 5. — ἄτερ αὐτοῦ] Cf. Eph. 1, 10; 3, 10; Col. 1, 20; Ign. Smyrn. 6, 1.

13, 1. Cf. Vis. III, 3, 3.

2. ἔνδυμα] Cf. Mand. XII, 1, 2 not. — οὐδὲν ὠφελήσῃ] Cf. I Cor. 13, 1—3. — ὄνομα φορῇς] i. e. si baptizatus vel Christianus es. Cf. Sim. VIII, 10, 3 not.

μὲν ὄνομα ἐφόρεσαν, τὸν δὲ ἱματισμὸν τῶν παρθένων οὐκ ἐνεδύσαντο. Ποῖος, φημί, ἱματισμὸς αὐτῶν ἐστι, κύριε; Αὐτὰ τὰ ὀνόματα, φησίν, ἱματισμός ἐστιν αὐτῶν. ὃς ἂν τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ φορῇ, καὶ τούτων ὀφείλει φορεῖν τὰ ὀνόματα· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ υἱὸς τὰ ὀνόματα τῶν παρθένων τούτων φορεῖ. 4. ὅσους, φησί, λίθους εἶδες εἰς τὴν οἰκοδομὴν [τοῦ πύργου εἰσπεπορευμένους, ἐπιδεδομένους διὰ τῶν χειρῶν αὐτῶν καὶ μείναντας εἰς τὴν οἰκοδομήν], τούτων τῶν παρθένων τὴν δύναμιν ἐνδεδυμένοι εἰσί. 5. διὰ τοῦτο βλέπεις τὸν πύργον μονόλιθον γεγονότα [μετὰ] τῆς πέτρας· οὕτω καὶ οἱ πιστεύσαντες τῷ κυρίῳ διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καὶ ἐνδιδυσκόμενοι τὰ πνεύματα ταῦτα ἔσονται εἰς ἓν πνεῦμα, ἓν σῶμα καὶ μία χρόα τῶν ἱματίων αὐτῶν. τῶν τοιούτων δὲ τῶν φορούντων τὰ ὀνόματα τῶν παρθένων ἐστὶν ἡ κατοικία εἰς τὸν πύργον. 6. Οἱ οὖν, φημί, κύριε, ἀποβεβλημένοι λίθοι διατί ἀπεβλήθησαν; διῆλθον γὰρ διὰ τῆς πύλης καὶ διὰ τῶν χειρῶν τῶν παρθένων ἐτέθησαν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου. Ἐπειδή, πάντα σοι, φησί, μέλει καὶ ἀκριβῶς ἐξετάζεις, ἄκουε περὶ τῶν ἀποβεβλημένων λίθων. 7. οὗτοι, φησί, πάντες τὸ ὄνομα [τοῦ] υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἔλαβον, ἔλαβον δὲ καὶ τὴν δύναμιν τῶν παρθένων τούτων. λαβόντες οὖν τὰ πνεύματα ταῦτα ἐνεδυναμώθησαν καὶ ἦσαν μετὰ τῶν δούλων τοῦ θεοῦ, καὶ ἦν αὐτῶν ἓν πνεῦμα καὶ ἓν σῶμα καὶ ἓν ἔνδυμα· τὰ γὰρ αὐτὰ ἐφρόνουν καὶ δικαιοσύνην εἰργάζοντο. 8. μετὰ οὖν χρόνον τινὰ ἀνεπείσθησαν ὑπὸ τῶν γυναικῶν ὧν εἶδες μέλανα ἱμάτια ἐνδεδυμένων, τοὺς ὤμους ἔξω ἐχουσῶν καὶ τὰς τρίχας λελυμένας καὶ εὐμόρφων· ταύτας ἰδόντες ἐπεθύμησαν αὐτῶν καὶ ἐνεδύσαντο τὴν δύναμιν αὐτῶν, τῶν δὲ παρθένων ἀπεδύσαντο [τὸ ἔνδυμα καὶ] τὴν δύναμιν. 9. οὗτοι οὖν ἀπεβλήθησαν ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ καὶ ἐκείναις παρεδόθησαν· οἱ δὲ μὴ ἀπατηθέντες τῷ κάλλει τῶν γυναικῶν τούτων ἔμειναν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ. ἔχεις, φησί, τὴν ἐπίλυσιν τῶν ἀποβεβλημένων.

14. Τί οὖν, φημί, κύριε, ἐὰν οὗτοι οἱ ἄνθρωποι, τοιοῦτοι ὄντες, μετανοήσωσι καὶ ἀποβάλωσι τὰς ἐπιθυμίας τῶν γυναικῶν

6/8 τοῦ π. — οἰκοδομήν L²A(L¹) : > G | 9 μετὰ L²(L¹A) : > G | 11 πνεῦμα G : + et LA | 12 μία χρόα L²(L¹A) : μιᾷ χρόᾳ G | 13 ἐστὶν — πύργον GA : (sed illi) adsequentur ista L¹, sicut erunt L² | 18 τοῦ pr > G | 21 καὶ ἓν ἔνδυμα > L²A | 25 αὐτῶν : αὐτὰς G | 26/27 τὸ ἔνδ. κ. τ. δύναμιν A : τὸ ἔνδυμα L¹, τὴν δύναμιν GL² | 32 τὰς ἐπιθυμίας G : cupiditatem LA

quidem portarunt, vestem autem virginum non induerunt. Qualis est, inquam, vestis earum, domine? Ipsa nomina, inquit, earum vestis sunt. Quicumque nomen filii dei portat, harum quoque nomina portare debet; etenim ipse filius nomina virginum harum portat. 4. Quotquot, inquit, lapides vidisti in structuram turris intrasse traditos per manus earum et mansisse in structura, hi vestiti sunt potestate virginum istarum. 5. Ideoque vides turrim monolitham factam esse cum petra. Sic etiam qui crediderunt domino per filium eius et induti sunt spiritus istos, erunt *unus spiritus, unum corpus,* et unus color vestium eorum. Talium autem, qui portant nomina virginum, est habitatio in turri. 6. Lapides abiecti, inquam, domine, quare ergo abiecti sunt? Pertransierunt enim per portam et per manus virginum positi sunt in structura turris. Cum omnia, inquit, tibi curae sint et diligenter inquiras, audi de lapidibus abiectis. 7. Hi omnes, inquit, nomen filii dei acceperunt, acceperunt autem et potestatem virginum harum. Acceptis ergo his spiritibus confortati sunt et erant cum servis dei; et erat eorum *unus spiritus et unum corpus* et una vestis; *eadem* enim *sentiebant* et *iustitiam operabantur*. 8. Post aliquantum ergo temporis persuasi sunt a mulieribus, quas vidisti vestibus nigris indutas, humeros nudatos habentes et capillos solutos et specie formosas. Quas cum vidissent, concupierunt eas et induti sunt potestate earum, vestem autem ac potestatem virginum deposuerunt. 9. Hi igitur a domo dei abiecti et illis traditi sunt. Qui vero pulcritudine mulierum istarum non sunt falsi, in domo dei remanserunt. Habes, inquit, explicationem lapidum abiectorum.

14. Quid ergo, inquam, domine, si isti homines eiusmodi paenitentiam egerint et abiecerint cupiditates harum mulierum

10 Ioann. 1, 7. — 11 Eph. 4, 4. — 21 Eph. 4, 4. — 22 II Cor. 13, 11; Philipp. 2, 2; 3, 16; 4, 2; Rom. 12, 16. — 22 Ps. 14, 2; Act. 10, 35; Hebr. 11, 33.

5. ἓν πνεῦμα] Cf. v. 7; c. 17, 4.
6. Cf. c. 6, 4. 5.
7. διχ. εἰργάζοντο] Cf. Vis. II, 2, 7; 3, 3.
8. Cf. c. 9, 5. 6; 15, 3.
9. τ. οἶκον τ. θεοῦ] Cf. Marc. 2, 26; Luc. 6, 4; I Tim. 3, 15; Hebr. 10, 21; I Petr. 2, 17 etc.

τούτων καὶ ἐπανακάμψωσιν ἐπὶ τὰς παρθένους καὶ ἐν τῇ δυνάμει αὐτῶν καὶ ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν πορευθῶσιν, οὐκ εἰσελεύσονται εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ; 2. Εἰσελεύσονται, φησίν, ἐὰν τούτων τῶν γυναικῶν ἀποβάλωσι τὰ ἔργα, τῶν δὲ παρθένων ἀναλάβωσι τὴν δύναμιν καὶ ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν πορευθῶσι· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῆς οἰκοδομῆς ἀνοχὴ ἐγένετο, ἵνα ἐὰν μετανοήσωσιν οὗτοι, ἀπέλθωσιν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου. ἐὰν δὲ μὴ μετανοήσωσι, τότε ἄλλοι ἀπελεύσονται, καὶ οὗτοι εἰς τέλος ἐκβληθήσονται. 3. ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ηὐχαρίστησα τῷ κυρίῳ, ὅτι ἐσπλαγχνίσθη ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τῷ ὀνόματι αὐτοῦ καὶ ἐξαπέστειλε τὸν ἄγγελον τῆς μετανοίας εἰς ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτήσαντας εἰς αὐτὸν καὶ ἀνεκαίνισεν ἡμῶν τὸ πνεῦμα καὶ ἤδη κατεφθαρμένων ἡμῶν καὶ μὴ ἐχόντων ἐλπίδα τοῦ ζῆν ἀνενέωσε τὴν ζωὴν ἡμῶν. 4. Νῦν, φημί, κύριε, δήλωσόν μοι, διατί ὁ πύργος χαμαὶ οὐκ ᾠκοδόμηται, ἀλλ' ἐπὶ τὴν πέτραν καὶ ἐπὶ τὴν πύλην. Ἔτι, φησίν, ἄφρων εἶ καὶ ἀσύνετος; Ἀνάγκην ἔχω, φημί, κύριε, πάντα ἐπερωτᾶν σε, ὅτι οὐδ' ὅλως οὐδὲν δύναμαι νοῆσαι· τὰ γὰρ πάντα μεγάλα καὶ ἔνδοξά ἐστι καὶ δυσνόητα τοῖς ἀνθρώποις. 5. Ἄκουε, φησί· τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ μέγα ἐστὶ καὶ ἀχώρητον καὶ τὸν κόσμον ὅλον βαστάζει. εἰ οὖν πᾶσα ἡ κτίσις διὰ τοῦ υἱοῦ [τοῦ] θεοῦ βαστάζεται, τί δοκεῖς τοὺς κεκλημένους ὑπ' αὐτοῦ καὶ τὸ ὄνομα φοροῦντας τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ πορευομένους ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ; 6. βλέπεις οὖν, ποίους βαστάζει; τοὺς ἐξ ὅλης καρδίας φοροῦντας τὸ ὄνομα αὐτοῦ. αὐτὸς οὖν θεμέλιος αὐτοῖς ἐγένετο καὶ ἡδέως αὐτοὺς βαστάζει, ὅτι οὐκ ἐπαισχύνονται τὸ ὄνομα αὐτοῦ φορεῖν.

15. Δή[λωσόν μοι], φημί, κύριε, τῶν παρθέ[νων τὰ ὀνόματα

10 *τῷ ὀνόματι* LA (in quibus [quos] invocatum est nomen) : *τὸ ὄνομα* G | 10/11 *τὸν ἄγγελον* LA : *τοὺς ἀγγέλλους* G | 13 *ἀνενέωσε* LA : *ἀνένευσε* G | 15 *ἔτι* A : *ὅτι* GL | 16 *ἀσύνετος* + ideo interrogas L² | 20 *κτίσις* G : + dei L(A) | *τοῦ* sec > G | 24 *αὐτοῖς* A(L) : *αὐτὸς* G | 27/2 p. 606 *παρθένων — ὀνόματα* LA : *παρθέ[νων τ]ὰ ὀνόματα* G

14, 1. Cf. Vis. III, 7, 5. 6. — *εἰσελεύσονται κτλ.*] Cf. c. 12, 3; 13, 9.

2. *τ. τ. γυναικῶν ἀποβάλωσι κτλ.*] Cf. Rom. 13, 12; Iac. 1, 21. — *ἀνοχή*] Cf. c. 5, 1. — *ἄλλοι ἀπελεύσονται*] Cf. Matth. 21, 41. 43; 22, 9. 10; Marc. 12, 9; Luc. 14, 21. 23; 20, 16.

3. *ἐσπλαγχνίσθη — τὸ πνεῦμα*] Cf. Sim. VIII, 6, 3. — *ἐπικαλ. τῷ ὀνόματι*] Haec lectio interpretibus veteribus consentientibus praeferenda

et redierint ad virgines et in potestate earum et in operibus earum ambulaverint, nonne intrabunt in domum dei? 2. Intrabunt, inquit, si opera mulierum istarum abiecerint, virginum autem potestatem resumpserint et in operibus earum ambulaverint. Propterea enim intermissio aedificationis facta est, ut hi, si paenitentiam egerint, intrent in structuram turris. Si autem non egerint paenitentiam, tunc alii intrabunt, et illi in perpetuum abicientur. 3. Ad haec omnia gratias egi domino, quia misertus est omnium, ***in quos invocatum est nomen eius,*** misitque angelum paenitentiae ad nos, qui peccavimus in eum, et renovavit spiritum nostrum et, cum iam essemus corrupti neque haberemus spem vivendi, redintegravit vitam nostram. 4. Nunc, domine, inquam, demonstra mihi, quare turris non in terra aedificata sit, sed supra petram et supra portam. Adhuc, inquit, insipiens es et sine intellectu? Necesse habeo, inquam, domine, omnia te interrogare, quia nihil omnino intellegere possum; omnia enim magna et gloriosa sunt et hominibus vix intellegibilia. 5. Audi, inquit: nomen filii dei magnum et immensum est ac totum mundum sustinet. Si ergo omnis creatura per filium dei sustinetur, quid videtur tibi de iis, qui vocati sunt ab eo et nomen filii dei portant ambulantque in mandatis eius? 6. Videsne igitur, quales sustineat? Eos, qui ex toto corde portant nomen eius. Ipse igitur fundamentum iis factum est ac libenter eos sustinet, quia non erubescunt nomen eius ferre.

15. Demonstra mihi, inquam, domine, nomina virginum et

10 Ies. 43, 7.

esse videtur lectioni alteri, quae etiam eo, quod in S. Scriptura saepius occurrit (Ioel 2, 31; Act. 2, 21; 22, 16; Rom. 10, 12. 13; I Cor. 1, 2), librario insinuari poterat. Cf. v. 5; Sim. VIII, 6, 4. — *ἤδη κατεφθαρμένων*] Cf. Barn. 14, 5; II Clem. 2, 7. — *μὴ ἐχ. ἐλπίδα*] Cf. II Clem. 1, 7.

5. Cf. c. 12, 2 — *ἀχώρητον*] Cf. Mand. I, 1. — *κόσμον ὅλον βαστάζει*] Cf. Hebr. 1, 3. — *π. ἡ κτίσις*] Cf. c. 12, 2; Sim. V, 6, 5.

6. *θεμέλιος*] Cf. c. 4, 2 not. — *ἐπαισχύνονται*] Cf. Sim. VIII, 6, 4 not.

15. Laudant versus 1 et 2 Origenes In Ezech. (28, 13) hom. 13 c. 3 (ed. Bened. III, 404), auctor Operis imperf. in Matth. 19, 28 (Chrysost. opp. ed. Paris. 1836 VI, 880; Fabricius, Cod. apocr. N. T. III, 759), auctor Vitae s. Genovefae c. 4, 15 (Acta SS. Ian. I, 139) et hic sine dubio secundum versionem Palatinam.

καὶ τῶν γυναικῶν τῶν τὰ μέλανα ἱμάτια ἐνδεδυμένων. Ἄκουε, φησίν, τῶν παρθένων τ]ὰ ὀνόματα τῶν ἰσχυροτέρων, τῶν εἰς τὰς γωνίας σταθεισῶν. 2. ἡ μὲν πρώτη Πίστις, ἡ δὲ δευτέρα Ἐγκράτεια, ἡ δὲ [τρ]ίτη Δύναμις, ἡ δὲ τε[τάρ]τη **Μακροθυμία**· αἱ δὲ ἕτεραι ἀνὰ μέσον τούτων σταθεῖσαι ταῦτα ἔχουσι τὰ ὀνόματα· Ἁπλότης, Ἀκακία, Ἁγνεία, Ἱλαρότης, Ἀλήθεια, Σύνεσις, [Ὁ]μόνοια, Ἀγάπη. ταῦτα τὰ ὀνόματα ὁ φορῶν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ *δυνήσεται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν*. 3. ἄκουε, φησί, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν γυναικῶν τῶν τὰ ἱμάτια μέλανα ἐχουσῶν. καὶ ἐκ τούτων τέσσαρές εἰσι δυνατώτεραι· ἡ πρώτη Ἀπιστία, ἡ δευτέρα Ἀκρασία, ἡ δὲ τρίτη Ἀπείθεια, ἡ δὲ τετάρτη Ἀπάτη. αἱ δὲ ἀκόλουθοι αὐτῶν καλοῦνται Λύπη, Πονηρία, Ἀσέλγεια, Ὀξυχολία, Ψεῦδος, Ἀφροσύνη, Καταλαλιά, Μῖσος. ταῦτα τὰ ὀνόματα ὁ φορῶν τοῦ θεοῦ δοῦλος τὴν βασιλείαν μὲν ὄψεται τοῦ θεοῦ, εἰς αὐτὴν δὲ οὐκ εἰσελεύσεται. 4. Οἱ λίθοι δέ, φημί, κύριε, οἱ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἡρμοσμένοι εἰς τὴν οἰκοδομὴν τίνες εἰσίν; Οἱ μὲν πρῶτοι, φησίν, οἱ ι' οἱ εἰς τὰ θεμέλια τεθειμένοι, πρώτη γενεά· οἱ δὲ κε' δευτέρα γενεὰ ἀνδρῶν δικαίων· οἱ δὲ λε' προφῆται τοῦ θεοῦ καὶ διάκονοι αὐτοῦ· οἱ δὲ μ' ἀπόστολοι καὶ

9 *ἱμάτια* LA : *ὀνόματα* G | 11 *πρώτη* ; ᾱη G, similiter l. 11/12 β̄α, δ̄η ; 14 *ὀνόματα* GA : *πνεύματα* L

2. Supra Vis. III, 8, 3—5 septem virgines commemoratae sunt et ex iis, quae hic nominantur, defuerunt *Δύναμις, Μακροθυμία, Ἁγνεία, Ἱλαρότης, Ἀλήθεια, Σύνεσις, Ὁμόνοια. Σεμνότης* autem et *Ἐπιστήμη* idem significare videntur atque *Ἁγνεία* et *Σύνεσις*. Ex iis, quarum hoc tantum loco mentio fit, in Mandatis habes *Μακροθυμίαν* (V), *Ἁγνείαν* (IV cf. VI, 2. 3), *Ἀλήθειαν* (III). Similiter in Cebetis Tabula 20, 3 ed. Praechter 1893 p. 18 virtutes tanquam mulieres repraesentantur, et quidem *Ἐπιστήμη, Ἀνδρεία, Δικαιοσύνη, Καλοκἀγαθία, Σωφροσύνη, Εὐταξία, Ἐλευθερία, Ἐγκράτεια, Πραότης* tanquam sorores, et 21, 1 *Εὐδαιμονία* tanquam earum mater; tanquam vitia enumerantur 9, 1 *Ἀκρασία, Ἀσωτία, Ἀπληστία, Κολακεία*, quibus accedunt 10, 2—3 *Τιμωρία, Λύπη, Ὀδύνη, Ὀδυρμός, Ἀθυμία*, 23, 2 *Φιλαργυρία καὶ ἡ λοιπὴ ἅπασα Κακία*.

3. Nonnullae, sed non omnes mulieres respondent virginibus in v. 2 nominatis. — *ἀπάτη*] Cf. Sim. VI, 2, 1 not. — *ὄψεται*] Cf. Ioann. 3, 3; Deut. 32, 52. Sensus: recipietur quidem in turrim; non manebit autem, sed iterum eicietur, cf. c. 13, 3. 7—9.

4. *βυθοῦ*] i. e. ex baptismo, cf. c. 16, 1. 2. Zahn l. c. p. 164 not. 2. Supra Vis. III, 2, 5; 5, 2 *ὁ βυθός* est martyrium. — *θεμέλια*] Cf. c. 14,

mulierum, quae nigris vestibus indutae sunt. Audi, inquit, nomina virginum fortiorum, quae in angulis stant. 2. Prima est Fides, secunda Abstinentia, tertia Potestas, quarta Longanimitas; ceterae vero in medio istarum stantes haec habent nomina: Simplicitas, Innocentia, Castitas, Hilaritas, Veritas, Intellegentia, Concordia, Caritas. Haec nomina qui portat et nomen filii dei, ***in regnum dei poterit intrare.*** 3. Audi, inquit, et nomina mulierum, quae vestes nigras habent. Ex his quoque quatuor sunt potentiores: prima Incredulitas, secunda Intemperantia, tertia Inoboedientia, quarta Voluptas. Quae vero eas sequuntur, vocantur Tristitia, Nequitia, Libido, Iracundia, Mendacium, Stultitia, Detractio, Odium. Haec nomina qui portat dei servus, regnum dei videbit, sed non intrabit in illud. 4. Lapides autem, inquam, domine, qui de profundo in structuram aptati sunt, qui sunt? Primi decem, inquit, qui in fundamentis collocati sunt, prima generatio sunt; viginti quinque generatio virorum iustorum secunda; triginta quinque prophetae dei et ministri eius; quadraginta autem sunt apostoli et doctores prae-

8 Ioann. 3, 5.

6; 4, 2 not. — *πρώτη γενεά*] Hermas tempus ante Christi adventum in tres periodos et has in generationes X, XXV, XXXV dividit. Similiter Lucas 3, 23—32 ab Adam usque ad Noe X generationes computat, a Noe, qui Gen. 6, 9 primus *ἄνθρωπος δίκαιος* nominatur, usque ad David XXV, a David autem usque ad Christum XLII. Respicit hunc locum Clemens Al. Strom. II, 9, 43 p. 452 scribens: *ὁ Ποιμὴν δὲ ἁπλῶς ἐπὶ τῶν κεκοιμημένων θεὶς τὴν λέξιν δικαίους οἶδέ τινας ἐν ἔθνεσι καὶ ἐν Ἰουδαίοις οὐ μόνον πρὸ τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας, ἀλλὰ καὶ πρὸ νόμου κατὰ τὴν πρὸς θεὸν εὐαρέστησιν, ὡς Ἄβελ, ὡς Νῶε, ὡς εἴ τις ἕτερος δίκαιος.* — *οἱ δὲ τεσσαράκοντα*] Hunc numerum in duas partes (XII apostoli et XXVIII doctores) dividere non licet. Cf. Zahn l. c. p. 95. 225 not. 2. — *ἀπόστολοι κτλ.*] Apostolos et doctores omissis episcopis et diaconis (cf. Vis. III, 5, 1) Hermas hic nominare videtur, quia munus praedicandi evangelium respicitur. — C. Taylor, *The Witness of Hermas for the four Gospels* 1892, putans quatuor pedibus subsellii vel quatuor elementis Vis. III, 13, 3 designari evangelia nostra quatuor (p. 16), insuper invenire sibi visus, in hoc versu nomina evangelistarum indicari, numero *δέκα* vel *ι' Ἰωάννην*, *κε' Κέφαν* (= Marcum), *λε' Λουκᾶν*, *μ' Ματθαῖον* (p. 12). Haud dubie vero erravit. Si Hermas ita ad evangelistas alludere voluisset, *κ'* et *λ'*, ut *ι'* et *μ'*, neque vero *κε'* et *λε'* scripsisset.

διδάσκαλοι τοῦ κηρύγματος τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. 5. Διατί οὖν, φημί, κύριε, αἱ παρθένοι καὶ τούτους τοὺς λίθους ἐπέδωκαν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου, διενέγκασαι διὰ τῆς πύλης; 6. Οὗτοι γάρ, φησί, πρῶτοι ταῦτα τὰ πνεύματα ἐφόρεσαν καὶ ὅλως ἀπ' ἀλλήλων οὐκ ἀπέστησαν, οὔτε τὰ πνεύματα ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων οὔτε οἱ ἄνθρωποι ἀπὸ τῶν πνευμάτων, ἀλλὰ παρέμειναν τὰ πνεύματα αὐτοῖς μέχρι τῆς κοιμήσεως αὐτῶν. καὶ εἰ μὴ ταῦτα τὰ πνεύματα μετ' αὐτῶν ἐσχήκει[σ]α[ν], ο[ὐκ ἂν] εὔχρηστοι γεγόνεισαν τῇ οἰκοδομῇ τοῦ πύργου τούτου.

16. Ἔτι μοι, φημί, κύριε, δήλωσον. Τί, φησίν, ἐπιζητεῖς; Διατί, φημί, κύριε, οἱ λίθοι ἐ[κ] τοῦ β[υ]θοῦ ἀνέβησαν καὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν [τοῦ πύργου] ἐτέθησαν, πεφορηκότες τὰ πνεύματα ταῦτα; 2. Ἀνάγκην, φησίν, εἶχον δι' ὕδατος ἀναβῆναι, ἵνα ζωοποιηθῶσιν· *οὐκ ἠδύναντο γὰρ ἄλλως εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ*, εἰ μὴ τὴν νέκρωσιν ἀπέθεντο τῆς ζωῆς αὐτῶν [τῆς προτέρας]. 3. ἔλαβον οὖν καὶ οὗτοι οἱ κεκοιμημένοι τὴν σφραγῖδα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ [καὶ *εἰσῆλθον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ*]· πρὶν γάρ, φησί, φορέσαι τὸν ἄνθρωπον τὸ ὄνομα [τοῦ υἱοῦ] τοῦ θεοῦ, νεκρός ἐστιν· ὅταν δὲ λάβῃ τὴν σφραγῖδα, ἀποτίθεται τὴν νέκρωσιν καὶ ἀναλαμβάνει τὴν ζωήν. 4. ἡ σφραγὶς οὖν τὸ ὕδωρ ἐστίν· εἰς τὸ ὕδωρ οὖν καταβαίνουσι νεκροὶ καὶ ἀναβαίνουσι ζῶντες. κἀκείνοις οὖν ἐκηρύχθη ἡ σφραγὶς αὕτη καὶ ἐχρήσαντο αὐτῇ, ἵνα *εἰσέλθωσιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ*. 5. Διατί, φημί, κύριε, καὶ οἱ μʹ λίθοι μετ' αὐτῶν ἀνέβησαν ἐκ τοῦ βυθοῦ, ἤδη ἐσχηκότες τὴν σφραγῖδα; Ὅτι, φησίν, οὗτοι οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ διδάσκαλοι οἱ κηρύξαντες τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, κοιμηθέντες ἐν δυνάμει καὶ πίστει τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐκήρυξαν καὶ τοῖς προκεκοιμημένοις καὶ αὐτοὶ ἔδωκαν αὐτοῖς τὴν

8 *γέγονασι* G | 12 *τοῦ πύργου* L (turris huius L^1)A : > G | 15/16 *τῆς προτέρας* L^1A(L^2) : > G | 17/18 *καὶ — θεοῦ* LA : > G | 18/19 *τοῦ υἱοῦ* LA : > G | 28 *προκεκοιμένοις* L^1A Clem : *κεκοιμ.* GL^2

6. *οὗτοι*] sc. omnes in v. 4 nominati. — *κοιμήσεως*] Cf. c. 16, 5. 6. Apostoli ergo omnes mortui fuisse videntur. Aliter Vis. III, 5, 2.

16, 2. Hermas hic docet, etiam iustos veteris testamenti baptismo indigere. Cf. Ign. Philad. 9, 1. — *δι' ὕδατος*] = *ἐκ τοῦ βυθοῦ* v. 1.

3. *σφραγῖδα*] i. e. baptismum, cf. v. 4. Aliter Sim. VIII, 2, 2. — *νεκρός*] Cf. II Clem. 1, 6.

4. *καταβαίνουσι . . ἀναβαίνουσι*] Cf. Mand. IV, 3, 1; Barn. 11, 11.

5—7. Clem. Al. Strom. II, 9, 44

dicationis filii dei. 5. Quare igitur, inquam, domine, virgines hos quoque lapides in structuram turris porrexerunt, translatos per portam? 6. Hi enim, inquit, primi spiritus istos portaverunt et omnino alius ab alio non recesserunt, nec spiritus ab hominibus nec homines a spiritibus, sed permanserunt spiritus cum illis usque ad dormitionem eorum. Nisi autem hos spiritus secum habuissent, non fuissent utiles ad structuram huius turris.

16. Adhuc, domine, inquam, demonstra mihi. Quid quaeris? inquit. Quare, inquam, domine, lapides de profundo ascenderunt et in structura turris positi sunt, cum portaverint hos spiritus? 2. Necesse habuerunt, inquit, per aquam ascendere, ut vitam consequerentur; aliter enim *non poterant intrare in regnum dei,* nisi mortalitatem deposuerint vitae suae prioris. 3. Acceperunt ergo et isti, qui dormierunt, sigillum filii dei et *intraverunt in regnum dei;* priusquam enim, inquit, homo nomen filii dei portaverit, mortuus est; cum autem acceperit sigillum, deponit mortalitatem et resumit vitam. 4. Sigillum ergo est aqua; in aquam igitur descendunt mortui et ascendunt vivi. Et illis ergo praedicatum est hoc sigillum et usi sunt eo, ut *intrarent in regnum dei.* 5. Quare, inquam, domine, et illi quadraginta lapides cum iis ascenderunt de profundo, cum iam habuissent sigillum? Quia, inquit, hi apostoli et doctores, qui nomen filii dei praedicaverunt, postquam dormierunt in potestate et fide filii dei, iis quoque praedicaverunt, qui ante dormierant,

14 I Ioann. 3, 5.

p. 452 (*οἱ ἀπόστολοι — οὐκ εἶχον*). 5. *ἤδη ἐσχηκότες*] Cf. Clem. Al. Hypotyp. V ed. Potter p. 1016; Tert. De baptismo c. 12. 13, ubi legimus, Tertulliani tempore quaestiones de baptismo apostolorum multos turbasse. — *κοιμηθέντες ἐν δυνάμει κτλ.*] Cf. v. 7. — *τοῦ υἱοῦ*] Genetivus obiectivus; cf. Zahn l. c. p. 149 sq. — *ἐκήρυξαν κ. τ. προκεκ.*] Zahn l. c. p. 449—452 coniecit, Hermam hanc doctrinam ex Hebr. 12, 22. 23 hausisse. Sed argumenta, quae protulit, mihi non persuaserunt. Mihi potius I Petr. 3, 19 male intellectum fuisse videtur. Petrus quidem nonnisi de Christi descensu ad inferos verba facit. Hermas autem fortasse idem sentiebat ac Clemens Alex., qui (solus ut videtur) illud theologumenon recepit, scilicet *magistrum imitantes* apostolos ad inferos descendisse (Strom. VI, 6, 45. 46 p. 763 sq.). Hippolytus De antichr. c. 45 et Evangelium Nicodemi P. II c. II (XVIII), 2 sq. similia de Ioanne

σφραγῖδα τοῦ κηρύγματος. 6. κατέβησαν οὖν μετ' αὐτῶν εἰς τὸ ὕδωρ καὶ πάλιν ἀνέβησαν. ἀλλ' οὗτοι ζῶντες κατέβησαν καὶ πάλιν ζῶντες ἀνέβησαν· ἐκεῖνοι δὲ οἱ προκεκοιμημένοι νεκροὶ κατέβησαν, ζῶντες δὲ ἀνέβησαν. 7. διὰ τούτων οὖν ἐζωοποιήθησαν καὶ ἐπέγνωσαν τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ· διὰ τοῦτο καὶ συνανέβησαν μετ' αὐτῶν καὶ συνηρμόσθησαν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου καὶ ἀλατόμητοι συνῳκοδομήθησαν· ἐν δικαιοσύνῃ γὰρ ἐκοιμήθησαν καὶ ἐν μεγάλῃ ἁγνείᾳ· μόνον δὲ τὴν σφραγῖδα ταύτην οὐκ εἶχον. ἔχεις οὖν καὶ τὴν τούτων ἐπίλυσιν. Ἔχω, φημί, κύριε.

17. Νῦν οὖν, κύριε, περὶ τῶν ὀρέων μοι δήλωσον· διατί ἄλλαι καὶ ἄλλαι εἰσὶν αἱ ἰδέαι καὶ ποικίλαι; Ἄκουε, φησί· τὰ ὄρη ταῦτα τὰ δώδεκα [δώδεκα] φυλαί εἰσιν αἱ κατοικοῦσαι ὅλον τὸν κόσμον. ἐκηρύχθη οὖν εἰς ταύτας ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ διὰ τῶν ἀποστόλων. 2. Διατί δὲ ποικίλα καὶ ἄλλη καὶ ἄλλη ἰδέα ἐστὶ τὰ ὄρη, δήλωσόν μοι, κύριε. Ἄκουε, φησίν· αἱ δώδεκα φυλαὶ αὗται αἱ κατοικοῦσαι ὅλον τὸν κόσμον δώδεκα ἔθνη εἰσί· ποικίλα δέ εἰσι τῇ φρονήσει καὶ τῷ νοΐ· οἷα οὖν εἶδες τὰ ὄρη ποικίλα, τοιαῦταί εἰσι καὶ τούτων αἱ ποικιλίαι τοῦ νοὸς τῶν ἐθνῶν καὶ ἡ φρόνησις. δηλώσω δέ σοι καὶ ἑνὸς ἑκάστου τὴν πρᾶξιν. 3. Πρῶτον, φημί, κύριε, τοῦτο δήλωσον, διατί οὕτω ποικίλα ὄντα τὰ ὄρη, εἰς τὴν οἰκοδομὴν ὅταν ἐτέθησαν οἱ λίθοι αὐτῶν, μιᾷ χρόᾳ ἐγένοντο λαμπροί, ὡς καὶ οἱ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀναβεβηκότες λίθοι; 4. Ὅτι, φησί, πάντα τὰ ἔθνη τὰ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν κατοικοῦντα, ἀκούσαντα καὶ πιστεύσαντα ἐπὶ τῷ ὀνόματι ἐκλήθησαν [τοῦ υἱοῦ] τοῦ θεοῦ. λαβόντες οὖν τὴν σφραγῖδα μίαν φρόνησιν ἔσχον καὶ ἕνα νοῦν, καὶ μία πίστις αὐτῶν ἐγένετο καὶ μία ἀγάπη, καὶ τὰ πνεύματα τῶν παρθένων μετὰ τοῦ ὀνόματος ἐφόρεσαν· διὰ τοῦτο

1 *τοῦ κηρύγματος* > L | 2/4 *ἀλλ' — ἀνέβησαν* Clem (LA) : > G | 2/3 *καὶ π. ζ. ἀνέβησαν* > L^1 | 4 *διὰ τούτων* : *διὰ τοῦτο* L^2A | 6 *συνήρμοσαν* Clem | 9 *εἶχον* : *ἔσχον* Clem | 9/10 *ἔχω φ. κύριε* G : > LA | 13 *δώδεκα* sec L(A) : > G | 14/17 *ἐκηρύχθη — κόσμον* > A | 14/15 *διὰ τῶν ἀποστόλων* GL^2 : per eos, quos ipse ad hos misit L^1 | 25 *τοῦ υἱοῦ* LA : > G

baptista referunt. — *σφραγῖδα τ. κηρ.*] Cf. Matth. 28, 19.

6. Clem. Al. Strom. VI, 6, 46 p. 764. — *ζῶντες*] i. e. baptizati et baptizantes, non autem baptizandi.

17, 1. *τὰ ὄρη ταῦτα*] Cf. c. 1, 4—10. — *φυλαί*] Ex iis, quae sequuntur, clare patet, duodecim montes non

iisque et ipsi dederunt sigillum praedicationis. 6. Descenderunt ergo cum iis in aquam et iterum ascenderunt. Sed hi vivi descenderunt et iterum vivi ascenderunt; illi vero, qui ante erant defuncti, mortui descenderunt, vivi autem ascenderunt. 7. Per hos igitur vitam receperunt et cognoverunt nomen filii dei. Propterea etiam cum iis ascenderunt ac convenerunt in structuram turris cum iisque aedificati sunt non circumcisi; in iustitia enim dormierunt et in magna castitate; tantummodo hoc sigillum non habuerunt. Habes igitur et horum explanationem. Habeo, inquam, domine.

17. Nunc ergo, domine, de montibus mihi demonstra: quare aliae atque aliae sunt figurae et variae? Audi, inquit: montes hi duodecim duodecim tribus sunt, quae habitant totum mundum. In his ergo per apostolos filius dei praedicatus est. 2. Quare autem varii sint montes et alia atque alia figura, demonstra mihi, domine. Audi, inquit: duodecim istae tribus, quae habitant universum mundum, duodecim gentes sunt. Variae sunt sensu et intellectu; quemadmodum igitur montes vidisti varios, sic et varietates gentium istarum sunt intellectus et sensus. Demonstrabo autem tibi uniuscuiusque actum. 3. Primum, inquam, domine, hoc demonstra, quare montes tam varii, cum in structura positi sunt lapides eorum, splendidi sint facti uno colore, sicut et lapides, qui de profundo ascenderunt? 4. Quia, inquit, omnes gentes, quae sub caelo habitant, postquam audierunt ac crediderunt, in nomine filii dei vocati sunt. Accepto igitur sigillo unam cogitationem habuerunt et unum sensum, et una fides eorum fuit et una caritas, et spiritus vir-

26 Eph. 4, 3—6.

esse, ut nonnulli putaverunt, duodecim tribus Israel. Hermas dicit enim, duodecim tribus 1) habitare totum mundum, 2) esse duodecim gentes (v. 2) vel omnes gentes, quae sub caelo habitant (v. 4). Montes potius universum sunt hominum genus, et lapides e montibus ad aedificationem turris adhibiti sunt ii, qui e singulis populis per baptismum in ecclesiam recipiuntur. Vocem *φυλαί* autem Hermas adhibuisse videtur, quia ecclesiam christianam vel populos a Christo redemptos pro vero populo Israel habuit. Cf. Zahn l. c. p. 224—232; *Jahrb. f. deutsche Theol.* 1870 p. 199 sq. — *ὅλον τ. κόσμον*] Cf. Sim. VIII, 3, 2; Ps. 71, 17.

4. *μίαν φρόνησιν κτλ.*] Cf. c. 13, 5. 7; 18, 4; Ign. Magn. 7, 1.

ἡ οἰκοδομὴ τοῦ πύργου μιᾷ χρόᾳ ἐγένετο λαμπρὰ ὡς ὁ ἥλιος. 5. μετὰ δὲ τὸ εἰσελθεῖν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ γενέσθαι ἓν σῶμα, τινὲς ἐξ αὐτῶν ἐμίαναν ἑαυτοὺς καὶ ἐξεβλήθησαν ἐκ τοῦ γένους τῶν δικαίων καὶ πάλιν ἐγένοντο, οἷοι πρότερον ἦσαν, μᾶλλον δὲ ἢ χείρονες.

18. Πῶς, φημί, κύριε, ἐγένοντο χείρονες, θεὸν ἐπεγνωκότες; Ὁ μὴ γινώσκων, φησί, θεὸν καὶ πονηρευόμενος ἔχει κόλασίν τινα τῆς πονηρίας αὐτοῦ, ὁ δὲ θεὸν ἐπιγνοὺς οὐκέτι ὀφείλει πονηρεύεσθαι, ἀλλ' ἀγαθοποιεῖν. 2. ἐὰν οὖν ὁ ὀφείλων ἀγαθοποιεῖν πονηρεύηται, οὐ δοκεῖ πλείονα πονηρίαν ποιεῖν παρὰ τὸν μὴ γινώσκοντα τὸν θεόν; διὰ τοῦτο οἱ μὴ ἐγνωκ[ό]τες θεὸν καὶ πονηρευόμενοι κεκριμένοι εἰσὶν εἰς θάνατον, οἱ δὲ τὸν θεὸν ἐγνωκότες καὶ τὰ μεγαλεῖα αὐτοῦ ἑωρακότες καὶ πονηρευόμενοι δισσῶς κολασθήσονται καὶ ἀποθανοῦνται εἰς τὸν αἰῶνα. οὕτως οὖν καθαρισθήσεται ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ. 3. ὡς δὲ εἶδες ἐκ τοῦ πύργου τοὺς λίθους [ἠρ]μένους καὶ παραδεδομένους τοῖς πνεύμασι τοῖς πονηροῖς καὶ ἐκεῖθεν ἐκβληθέντας, καὶ ἔσται ἓν σῶμα τῶν κεκαθαρμένων, ὥσπερ καὶ ὁ πύργος ἐγένετο ὡς ἐξ ἑνὸς λίθου γεγονὼς μετὰ τὸ καθαρισθῆναι αὐτόν· οὕτως ἔσται καὶ ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ μετὰ τὸ καθαρισθῆναι αὐτὴν καὶ ἀποβληθῆναι τοὺς πονηροὺς καὶ ὑποκριτὰς καὶ βλασφήμους καὶ διψύχους καὶ πονηρευομένους ποικίλαις πονηρίαις. 4. μετὰ τὸ τούτους ἀποβληθῆναι ἔσται ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ ἓν σῶμα, μία φρόνησις, εἷς νοῦς, μία πίστις, μία ἀγάπη· καὶ τότε ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἀγαλλιάσεται καὶ εὐφρανθήσεται ἐν αὐτοῖς ἀπειληφὼς τὸν λαὸν αὐτοῦ καθαρόν. Μεγάλως, φημί, κύριε, καὶ ἐνδόξως πάντα ἔχει. 5. Ἔτι, φημί, κύριε, τῶν ὀρέων ἑνὸς ἑκάστου δήλωσόν μοι τὴν δύναμιν καὶ τὰς πράξεις, ἵνα πᾶσα ψυχὴ πεποιθυῖα ἐπὶ τὸν κύριον ἀκούσασα δοξάσῃ *τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν* καὶ ἔνδοξον *ὄνομα αὐτοῦ*. Ἄκουε, φησί, τῶν ὀρέων τὴν ποικιλίαν καὶ τῶν δώδεκα ἐθνῶν.

19. Ἐκ τοῦ πρώτου ὄρους τοῦ μέλανος οἱ πιστεύσαντες τοι-

1 *λαμπρὸς* G | 3 *ἐξ αὐτῶν* LA : *ἔξω* G | 5 *ἢ* : *ἢ* G, etiam L^1, > L^2(A) 6 *θεὸν* L^2 : dominum L^1A, *χν̄* G | 9 *ὁ ὀφ. ἀγαθοποιεῖν* LA : *ὁ φιλῶν ἀγα* G | 15 *δὲ* G : ergo L^1, > L^2A Hilgenfeld (hic verba *ὡς εἶδες κτλ.* cum praecedentibus, *οὕτως — θεοῦ*, coniungens) | 16 *ἠρμένους* GL^2 (erectos): eiectos L^1A | 17 *ἐκβληθέντας* G (L^1A) : + et ipsi enim abicientur L^2 (revera eiusmodi verba deesse videntur, testis autem fide minus dignus est) | 27 *δήλωσον* LA : *κ̄ε̄* (= *κύριε*) *δ.* G

[redacted]

ginum portaverunt cum nomine; ideo structura turris uno colore splendida fuit ut sol. 5. Postquam autem convenerunt in unum et facti sunt unum corpus, quidam ex iis sese maculaverunt et eiecti sunt de genere iustorum et iterum facti sunt, quales ante fuerunt, potius revera deteriores.

18. Quomodo, inquam, domine, deteriores evaserunt, cum deum cognovissent? Qui deum, inquit, non cognoscit et agit nequiter, habet poenam quandam nequitiae suae; qui autem deum cognovit, non amplius nequiter agere debet, sed bonum facere. 2. Si igitur nequiter agit, qui bonum debet facere, nonne maiorem nequitiam exercere videtur quam is, qui ignorat deum? Ideo qui deum non cognoverunt et nequiter agunt, iudicati sunt ad mortem; qui vero deum cognoverunt eiusque mirabilia viderunt atque nequiter agunt, dupliciter punientur et morientur in aeternum. Sic ergo purificabitur ecclesia dei. 3. Quomodo autem vidisti lapides e turri sublatos et spiritibus malis traditos et inde eiectos esse, etiam unum corpus purificatorum erit, sicut turris quoque facta est velut ex uno lapide, postquam purificata est: sic erit et ecclesia dei, postquam purificata est atque eiecti sunt mali et hypocritae et blasphemi et dubii et qui nequiter agunt nequitiis variis. 4. Qui postquam eiecti sunt, ecclesia dei erit unum corpus, una cogitatio, unus sensus, una fides, una caritas; et tunc filius dei exsultabit et laetabitur inter illos, cum populum suum mundum receperit. Magne, inquam, domine, et gloriose omnia se habent. 5. Adhuc, inquam, domine, vim et actus uniuscuiusque montium mihi demonstra, ut omnis anima confidens in domino audiat et ***glorificet magnum et mirabile*** et gloriosum ***nomen eius***. Audi, inquit, varietatem montium et duodecim nationum.

19. De primo monte nigro qui crediderunt, tales sunt:

29 Ps. 8, 2; 85, 9. 12; 98, 3.

5. *εἰσελθεῖν .. ἐξεβλήθησαν*] Cf. c. 13, 3. 6—9. — *χείρονες*] Cf. Matth. 12, 45; II Petr. 2, 20.

18, 2. *εἰς θάνατον*] Cf. Sim. VI, 2, 2—4. — *δισσῶς*] Cf. II Petr. 2, 20. 21. — *καθαρισθήσεται*] sc. per filium Dei; cf. c. 5, 2; 6, 3—5; 10, 4.

4. *λαὸν καθαρόν*] Cf. Sap. 10, 15. Christiani hic ecclesia Dei et populus filii Dei nominantur.

5. *δοξάσῃ κτλ.*] Cf. Vis. II, 1, 2.

19. Incipit explicatio montium

οὗτοί εἰσιν· ἀποστάται καὶ βλάσφημοι εἰς τὸν κύριον καὶ προδόται τῶν δούλων τοῦ θεοῦ. τούτοις δὲ μετάνοια οὐκ ἔστι, θάνατος δὲ ἔστι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ μέλανές εἰσι· καὶ γὰρ τὸ γένος αὐτῶν ἄνομόν ἐστιν. 2. ἐκ δὲ τοῦ δευτέρου ὄρους τοῦ ψιλοῦ οἱ πιστεύσαντες τοιοῦτοί εἰσιν· ὑποκριταὶ καὶ διδάσκαλοι πονηρίας. καὶ οὗτοι οὖν τοῖς προτέροις ὅμοιοί εἰσι, μὴ ἔχοντες **καρπὸν δικαιοσύνης**· ὡς γὰρ τὸ ὄρος αὐτῶν ἄκαρπον, οὕτω καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ τοιοῦτοι ὄνομα μὲν ἔχουσιν, ἀπὸ δὲ τῆς πίστεως κενοί εἰσι καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς καρπὸς ἀληθείας. τούτοις οὖν μετάνοια κεῖται, ἐὰν ταχὺ μετανοήσωσιν· ἐὰν δὲ βραδύνωσι, μετὰ τῶν προτέρων ἔσται ὁ θάνατος αὐτῶν. 3. Διατί, φημί, κύριε, τούτοις μετάνοιά ἐστι, τοῖς δὲ πρώτοις οὐκ ἔστι; παρά τι γὰρ αἱ αὐταὶ αἱ πράξεις αὐτῶν εἰσί. Διὰ τοῦτο, φησί, τούτοις μετάνοια κεῖται, ὅτι οὐκ ἐβλασφήμησαν τὸν κύριον αὐτῶν οὐδὲ ἐγένοντο προδόται τῶν δούλων τοῦ θεοῦ, διὰ δὲ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ λήμματος ὑπεκρίθησαν καὶ ἐδίδαξεν ἕκαστος [κατὰ] τὰς ἐπιθυμίας τῶν ἀνθρώπων τῶν ἁμαρτανόντων. ἀλλὰ τίσουσι δίκην τινά· κεῖται δὲ αὐτοῖς μετάνοια διὰ τὸ μὴ γενέσθαι αὐτοὺς βλασφήμους μηδὲ προδότας.

20. Ἐκ δὲ τοῦ ὄρους τοῦ τρίτου τοῦ ἔχοντος ἀκάνθας καὶ τριβόλους οἱ πιστεύσαντες τοιοῦτοί εἰσιν· ἐξ αὐτῶν οἱ μὲν πλούσιοι, οἱ δὲ πραγματείαις πολλαῖς ἐμπεφυρμένοι. οἱ μὲν τρίβολοί εἰσιν οἱ πλούσιοι, αἱ δὲ ἄκανθαι οἱ ἐν ταῖς πραγματείαις ταῖς ποικίλαις ἐμπεφυρμένοι. 2. οὗτοι [οὖν, οἱ ἐν πολλαῖς καὶ ποικίλαις πραγματείαις ἐμπεφυρμένοι, οὐ] κολλῶνται τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἀποπλανῶνται πνιγόμενοι ὑπὸ τῶν πράξεων αὐτῶν· οἱ δὲ πλούσιοι δυσκόλως κολλῶνται τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ, φοβούμενοι, μή τι αἰτισθῶσιν ὑπ' αὐτῶν· οἱ τοιοῦτοι οὖν *δυσκόλως εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ*. 3. ὥσπερ γὰρ ἐν τριβόλοις γυμνοῖς ποσὶ περιπατεῖν δύσκολόν ἐστιν, οὕτω καὶ τοῖς

4 *δευτέρου* : *β̄ου* G, similiter plerumque deinceps | *ψιλοῦ* L[1] cf. 1, 5: *ὑψηλοῦ* GA, *ξηροῦ* L[2] | 6 *ἔχοντες* : + inter (in L[2]) se L | 7 *αὐτῶν* : + sterilis est ac L[1] (L[2]) | 12 *πρώτοις* G : prioribus (*προτέροις*?) LA | *αἱ αὐταὶ* L[1](L[2]A) : *καὶ αὗται* G | 16 *κατὰ* LA : > G | 20 *εἰσιν* + *τινὲς* G | *ἐξ αὐτῶν* GA : > L | 23/24 *οὖν* — *οὐ* L(A) : > G | 27 *αἰτίσθωσαν ὑπ'* L(A) : *αἰτιαθῶσιν ἀπ'* G

singulorum. Hermae de turri sententia iam alia est. Inde ab hoc loco enim omnes a turri excluduntur, qui non ad quendam perfecti-

apostatae et blasphemi domini et proditores servorum dei. His non est paenitentia, sed mors est, ideoque et nigri sunt; etenim genus eorum scelestum est. 2. De secundo monte glabro qui crediderunt, tales sunt: hypocritae ac doctores nequitiae. Et hi igitur prioribus similes sunt, non habentes *fructum iustitiae*; sicut enim mons eorum sine fructu est, ita et homines eiusmodi nomen quidem habent, fide autem vacui sunt neque ullus in iis fructus est veritatis. His igitur paenitentia datur, si cito paenitentiam agunt; si autem tardant, mortis priorum erunt consortes. 3. Quare, inquam, domine, his paenitentia est, prioribus vero non est? Namque paene iidem sunt actus eorum. Propterea, inquit, his paenitentia datur, quia dominum suum non blasphemarunt nec proditores servorum dei evaserunt, sed propter cupiditatem accipiendi responderunt et docuit quisque secundum desideria hominum peccantium. Sed dabunt poenam aliquam; paenitentia autem iis proponitur, quia non blasphemi fuerunt nec proditores.

20. De tertio monte, qui spinas tribulosque habet, qui crediderunt, huiusmodi sunt: ex iis alii divites sunt, alii multis negotiis impliciti. Tribuli quidem sunt divites, spinae autem ii, qui variis negotiis sunt impliciti. 2. Hi ergo, qui multis variisque negotiis impliciti sunt, non adiungunt se servis dei, sed aberrant suffocati negotiis suis; divites autem difficile servis dei adhaerent, timentes, ne aliquid ab iis poscatur. Tales igitur *difficile intrabunt in regnum dei*. 3. Sicut enim pedibus nudis super tribulos incedere difficile est, sic et eiusmodi

6 Philipp. 1, 11; Hebr. 12, 1; Iac. 3, 18; Prov. 3, 9; 11, 30. — 22 Matth. 13, 22; Marc. 4, 18. 19. — 27 Marc. 10, 23.

onis gradum pervenerunt, et montes nunc sunt diversa Christianorum genera, cum supra c. 17, 1 omnes omnium gentium homines fuerint ad fidem praedestinati. Cf. Zahn l. c. p. 234—236.

1. ἀποστάται κτλ.] Cf. Sim. VIII, 6, 4. — προδόται] sc. apud magistratus; cf. c. 28, 4. 7. 8.

2. ὑποκριταὶ κτλ.] Cf. Sim. VIII, 6, 5. — ὄνομα ἔχουσιν] Cf. Apoc. 14, 1. 11.

3. λήμματος] Cf. Mand. XI, 12. Pseudodoctores lucrum quaerebant docentes κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῶν ἀνθρώπων. Cf. II Tim. 4, 3; II Petr. 2, 3; Iud. 16.

20, 1. πλούσιοι κτλ.] Cf. Sim. VIII, 8, 1—3; 9, 1—4; Vis. III, 6, 5—7; 9, 6; 11, 3.

τοιούτοις *δύσκολόν ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν.* 4. ἀλλὰ τούτοις πᾶσι μετάνοιά ἐστι, ταχινὴ δέ, ἵν' ὃ τοῖς προτέροις χρόνοις οὐκ εἰργάσαντο, νῦν ἀναδράμωσιν ταῖς ἡμέραις καὶ ἀγαθόν τι ποιήσωσιν. [ἐὰν οὖν μετανοήσωσι καὶ ἀγαθόν τι ποιήσωσι], ζήσονται τῷ θεῷ· ἐὰν δὲ ἐπιμείνωσι ταῖς πράξεσιν αὐτῶν, παραδοθήσονται ταῖς γυναιξὶν ἐκείναις, αἵτινες αὐτοὺς θανατώσουσιν.

21. Ἐκ δὲ τοῦ τετάρτου ὄρους τοῦ ἔχοντος βοτάνας πολλάς, τὰ μὲν ἐπάνω τῶν βοτανῶν χλωρά, τὰ δὲ πρὸς ταῖς ῥίζαις ξηρά, τινὲς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἡλίου ξηραινόμεναι, οἱ πιστεύσαντες τοιοῦτοί εἰσιν· οἱ μὲν δίψυχοι, οἱ δὲ τὸν κύριον ἔχοντες ἐπὶ τὰ χείλη, ἐπὶ τὴν καρδίαν δὲ μὴ ἔχοντες. 2. διὰ τοῦτο τὰ θεμέλια αὐτῶν ξηρά ἐστι καὶ δύναμιν μὴ ἔχοντα, καὶ τὰ ῥήματα αὐτῶν μόνα ζῶσι, τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν νεκρά ἐστιν. οἱ τοιοῦτοι [οὔτε ζῶσιν οὔτε] τεθνήκασιν. ὅμοιοι οὖν εἰσὶ τοῖς διψύχοις· καὶ γὰρ οἱ δίψυχοι οὔτε χλωροί εἰσιν οὔτε ξηροί· οὔτε γὰρ ζῶσιν οὔτε τεθνήκασιν. 3. ὥσπερ γὰρ αὐτῶν αἱ βοτάναι ἥλιον ἰδοῦσαι ἐξηράνθησαν, οὕτω καὶ οἱ δίψυχοι, ὅταν θλῖψιν ἀκούσωσι, διὰ τὴν δειλίαν αὐτῶν εἰδωλολατροῦσι καὶ τὸ ὄνομα ἐπαισχύνονται τοῦ κυρίου αὐτῶν. 4. οἱ τοιοῦτοι οὖν [οὔτε ζῶσιν] οὔτε τεθνήκασιν. ἀλλὰ καὶ οὗτοι ἐὰν ταχὺ μετανοήσωσιν, [δυνήσονται ζῆσαι· ἐὰν δὲ μὴ μετανοήσωσιν], ἤδη παραδεδομένοι εἰσὶ ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἀποφερομέναις τὴν ζωὴν αὐτῶν.

22. Ἐκ δὲ τοῦ ὄρους τοῦ πέμπτου τοῦ ἔχοντος βοτάνας χλωρὰς καὶ τραχέος ὄντος οἱ πιστεύσαντες τοιοῦτοί εἰσι· πιστοὶ μέν, δυσμαθεῖς δὲ καὶ αὐθάδεις καὶ ἑαυτοῖς ἀρέσκοντες, θέλοντες πάντα γινώσκειν καὶ οὐδὲν ὅλως γινώσκουσι. 2. διὰ τὴν αὐθάδειαν αὐτῶν ταύτην ἀπέστη ἀπ' αὐτῶν ἡ σύνεσις, καὶ εἰσῆλθεν

3 *ταῖς* : *ἐν ταῖς* G | 4/5 *ἐὰν — ποιήσωσι* LA : > G | 6 *γυναιξίν* : *πράξεσιν* G | 9 *χλωρὰς* . . . *ξηρὰς* G | 14 *οὔτε ζ. οὔτε* LA : > G | 16 *χλωροὶ* . . . *ξηροὶ* LA : ∾ G | 20 *οὔτε ζῶσιν* LA : > G | 21 *δυνήσονται — μετανοήσωσιν* LA : > G

21, 1. Cf. Sim. VIII, 7, 1; Vis. III, 7, 1.

2. *τὰ ῥήματα κτλ.*] i. e. Dominum in labiis habent, non autem in corde, cf. v. 1.

3. *θλῖψιν*] i. e. persecutionem a magistratibus motam, ut ex sequentibus patet; sacrificant enim dubii. — *ἐπαισχύνονται*] Cf. Sim. VIII, 6, 4.

22, 1. Cf. Sim. VIII, 6, 5; Vis. III, 7, 1. Hermas fere omnibus Gnosticos respicere videtur. Aliter iudicat Zahn l. c. p. 304 sq. — *δυσμαθεῖς*] hic sensu passivo intellegendum est

homines *difficile est in regnum dei intrare*. 4. Sed his omnibus paenitentia est, celeris autem, ut quod prioribus temporibus non fecerunt, nunc recurrant dies suos et boni aliquid faciant. Si igitur paenitentiam egerint ac boni aliquid fecerint, vivent deo; sin autem in actibus suis permanserint, tradentur mulieribus illis, quae eos ad mortem deducent.

21. De quarto vero monte habente multas herbas, quarum superior pars viridis est, pars ad radices arida, quaedam etiam a sole arefactae sunt, qui crediderunt, huiusmodi sunt: cum dubii, tum qui dominum habent in labiis, in corde autem non habent. 2. Propterea fundamenta eorum arida sunt neque vim habent, et verba eorum tantummodo vivunt, opera autem mortua sunt. Tales nec vivunt nec mortui sunt. Similes ergo sunt dubiis; etenim dubii neque virides sunt neque aridi; neque enim vivunt neque mortui sunt. 3. Sicut enim herbae eorum sole viso exaruerunt, sic et dubii, cum tribulationem audierint, ob ignaviam suam redeunt ad simulacra et erubescunt in nomine domini sui. 4. Tales igitur nec vivunt nec mortui sunt. Sed hi quoque, si cito paenitentiam egerint, poterunt vivere; sin paenitentiam non egerint, iam mulieribus traditi sunt, quae auferunt vitam ipsorum.

22. De monte quinto, qui habet herbas virides et asper est, qui crediderunt, huiusmodi sunt: fideles quidem, sed difficile discentes et audaces et sibi placentes, volentes omnia cognoscere et nihil omnino cognoscentes. 2. Propter hanc eorum audaciam recessit ab iis sensus, et intravit in eos insipientia

1 Marc. 10, 24.

i. e. qui aegre cognoscuntur, i. e. qui tales proferunt doctrinas, quae percipi nequeant; cf. Tert. Adv. Valent. c. 1: *Si bona fide quaeras, concreto vultu, suspenso supercilio, Altum est, aiunt. Si subtiliter temptes, per ambiguitates bilingues communem fidem adfirmant. Si scire te subostendas, negant quidquid agnoscunt. Si cominus certes, tuam simplicitatem sua caede dispergunt. Ne discipulis quidem propriis ante committunt, quam suos fecerint.* Similia apud multos patres; cf. etiam I Tim. 1, 4; 6, 5; II Tim. 2, 16. Si δυσμαθής sensu activo accipias, memineris II Tim. 3, 7; Iud. 10 (Harnack). — αὐθάδεις] Cf. II Petr. 2, 10. — ἑαυτοῖς ἀρέσκοντες] Cf. Rom. 15, 1; II Tim. 3, 2. — πάντα γινώσκειν] Cf. II Tim. 3, 7. Agnoscis hic praesertim Gnosticos.

εἰς αὐτοὺς ἀφροσύνη μωρά. ἐπαινοῦσι δὲ ἑαυτοὺς ὡς σύνεσιν ἔχοντας καὶ θέλουσιν ἐθελοδιδάσκαλοι εἶναι, ἄφρονες ὄντες. 3. διὰ ταύτην οὖν τὴν ὑψηλοφροσύνην πολλοὶ ἐκενώθησαν ὑψοῦντες ἑαυτούς· μέγα γὰρ δαιμόν[ιόν ἐστ]ιν [ἡ αὐθάδει]α [καὶ ἡ κενὴ πεποίθησις]· ἐκ τούτων οὖν πολλοὶ ἀπεβλήθησαν, τινὲς δὲ μετενόησαν καὶ ἐπίστευσαν καὶ ὑπέταξαν ἑαυτ[οὺς τοῖ]ς ἔχουσι σύν[εσιν, γνόντες τὴν] ἑαυτῶν ἀφροσύνην. 4. καὶ τοῖς λοιποῖς δὲ τοῖς τοιούτοις κεῖται μετάνοια· οὐκ ἐγένοντο γὰρ πονηροί, μᾶλλον δὲ [μωροὶ καὶ ἀσύνετοι. οὗτοι οὖν ἐὰν] μετανοήσωσι, ζήσονται τῷ θεῷ· ἐὰν δὲ μὴ μετανοήσωσι, κατοικήσουσι μετὰ τῶν γυναικῶν τῶν πονηρευομένων εἰς αὐτούς.

23. Οἱ δὲ ἐκ τ[οῦ ὄρους τοῦ] ἕκτου τοῦ ἔχοντος σχισμὰς μεγάλας καὶ μικρὰς καὶ ἐν ταῖς σχισμαῖς βοτάνας μεμαραμμένας πιστεύσαντες τοιοῦτοί εἰσιν· 2. οἱ μὲν τὰς σχισμὰς τὰς μικρὰς ἔχοντες, οὗτοί εἰσιν οἱ κατ' ἀλλήλων ἔχοντες, καὶ ἀπὸ τῶν καταλαλιῶν ἑαυτῶν μεμαραμμένοι εἰσὶν ἐν τῇ πίστει· ἀλλὰ μετενό[ησαν] ἐκ τούτων πολλοί. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ μετανοήσουσιν, ὅταν ἀκούσωσί μου τὰς ἐντολάς· μικραὶ γὰρ αὐτῶν εἰσιν αἱ καταλαλιαί, καὶ ταχὺ μετανοήσουσιν. 3. οἱ δὲ μεγάλας ἔχοντες σχισμάς, οὗτοι παράμονοί εἰσι ταῖς καταλαλιαῖς αὐτῶν καὶ μνησίκακοι γίνονται μηνιῶντες ἀλλ[ήλοις]· οὗτοι οὖν ἀπὸ τοῦ πύργου ἀπερρίφησαν καὶ ἀπεδοκιμάσθησαν τῆς οἰκοδομῆς αὐτοῦ. οἱ τοιοῦτοι οὖν δυσκόλως ζήσονται. 4. εἰ ὁ θεὸς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ὁ πάντων κυριεύων καὶ ἔχων πάσης τῆς κτίσεως αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν οὐ μνησικακεῖ τοῖς ἐξομολογουμένοις τὰς ἁμαρτίας αὐ[τῶν], ἀλλ' ἵλεως γίνεται, ἄνθρωπος φθαρτὸς ὢν καὶ πλήρης ἁμαρτιῶν ἀνθρώπῳ μνησικακεῖ ὡς *δυνάμενος ἀπολέσαι ἢ σῶσαι αὐτόν*; 5. λέγω δ[ὲ ὑ]μ[ῖν, ὁ] ἄγγελος τῆς μετανοίας· ὅσοι ταύτην ἔχετε τὴν αἵρεσιν, ἀπόθεσθε αὐτὴν καὶ μετανοήσατε, καὶ ὁ κύριος ἰάσεται ὑμῶν τὰ πρότερ[α ἁμαρτήματα], ἐὰν καθαρίσητε ἑαυτοὺς ἀπὸ τούτου τοῦ δαιμονίου· εἰ δὲ μή, παραδοθήσεσθε αὐτῷ εἰς θάνατον.

24. Ἐκ δὲ τοῦ ἑβδόμο[υ ὄρους, ἐν ᾧ βοτάναι] χλωραὶ [καὶ]

3 *ὑψηλοφροσύνην* G : *ἀφροσύνην* LA | 4 *δαιμόνιον κτλ.* : abhinc uncini saepius occurrunt, quia in ultimo codicis folio plura evanuerunt; in notis ea solum indicantur, quae a librario omissa aut false tradita sunt 8/9 *μωροὶ — ἐὰν* LA : *πονηρο* ... G | 13 *μεμαρασμένας* G | 16 *μεμαραμένοι* G | 23 *εἰ* GA : > L

stulta. Laudant semet ipsos velut prudentes et volunt esse magistri, cum sint insipientes. 3. Propter hanc ergo eorum superbiam multi inanes facti sunt semet ipsos exaltantes; magnum enim daemonium est audacia et inanis confidentia; ex his igitur multi abiecti sunt, quidam vero agnito errore suo paenitentiam egerunt et subiecerunt se habentibus sensum. 4. Sed et ceteris eiusmodi paenitentia proposita est; non enim mali fuerunt, sed stulti potius et insipientes. Hi igitur si paenitentiam egerint, vivent deo; si vero paenitentiam non egerint, habitabunt cum mulieribus, quae nequitiam exercent in eos.

23. Qui vero crediderunt de sexto monte, qui habet scissuras magnas et parvas et in scissuris herbas arefactas, huiusmodi sunt: 2. scissuras parvas habentes, hi sunt qui inter se aliquid habent, et detractionibus suis arefacti sunt in fide; sed multi ex his paenitentiam egerunt. Et reliqui paenitentiam agent, si audierint mandata mea; parvae enim sunt eorum detractiones et cito paenitentiam agent. 3. Qui vero magnas scissuras habent, hi pertinaces sunt in detractionibus suis et memores offensarum sibi invicem irascentes; hi igitur a turri eiecti sunt et reprobati ab eius structura. Tales igitur difficile vivent. 4. Si deus ac dominus noster, qui omnium dominatur et habet potestatem universae creaturae suae, non meminit iniuriae eorum, qui peccata sua confitentur, sed propitius fit, num homo mortalis et plenus peccatis iniuriae ab homine illatae memor sit, tamquam eum *perdere possit aut conservare?* 5. Dico autem vobis, angelus paenitentiae: quicumque hoc propositum habetis, deponite illud et paenitentiam agite, et dominus sanabit peccata vestra priora, si vos ab hoc daemonio purificaveritis; sin autem, trademini illi ad mortem.

24. De septimo autem monte, in quo virides hilares-

27 Iac. 4, 12.

2. Cf. Rom. 1, 22. — ἐθελοδιδάσκαλοι] ἅπαξ λεγόμενον.

3. δαιμόνιον] Cf. c. 23, 5; Mand. II, 2.

4. Patet ex hoc versu, Gnosticos tempore auctoris nec validos nec ecclesiae nimis infestos fuisse.

23, 1. Cf. Sim. VIII, 7, 2. 3; Vis. III, 6, 3.

4. πάντων κυριεύων κτλ.] Cf. c. 12, 2; 28, 8; Sim. V, 6, 1. 4. — δυνάμενος κτλ.] Cf. Mand. XII, 6, 3.

ἱλαραί, καὶ ὅλον τὸ ὄρος εὐθηνοῦν καὶ πᾶν γένος κτηνῶν καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἐνέμοντο τὰς βοτ[άνας ἐν τούτῳ τῷ] ὄρει, καὶ αἱ [βοτ]άναι, ἃς ἐνέμοντο, μᾶλλον εὐθαλεῖς ἐγίνοντο, οἱ πιστεύσαντες τοιοῦτοί εἰσι· 2. πάντοτε ἁπλοῖ [καὶ ἄ]κακοι [καὶ μακάριοι ἐ]γίνοντο, μηδὲν κατ' ἀλλήλων ἔχοντες, ἀλλὰ πάντοτε ἀγαλλιώμενοι ἐπὶ τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ καὶ ἐνδεδυμένοι [τὸ] πνεῦμα [τὸ ἅγιον τούτων τῶν πα]ρθένων καὶ πάντοτε σπλάγχνον ἔχοντες ἐπὶ πάντα ἄνθρωπον, καὶ ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν παντὶ ἀνθρώπῳ ἐχορήγησαν ἀνονειδίστως καὶ ἀδιστάκτως. 3. [ὁ οὖν] κύριος ἰδὼν τὴν ἁπλότητα αὐτῶν καὶ πᾶσαν νηπιότητα ἐπλήθυνεν αὐτοὺς ἐν τοῖς κόποις τῶν χειρῶν αὐτῶν καὶ ἐχαρίτωσεν αὐτοὺς ἐν πάσῃ πράξει αὐτῶν. 4. λέγω δὲ ὑμῖν τοῖς τοιούτοις οὖσιν ἐγὼ ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας· διαμείνατε τοιοῦτοι, καὶ οὐκ ἐξαλειφθήσεται [τὸ σ]πέρμα ὑμῶν ἕως αἰῶνος· ἐδοκίμασε γὰρ ὑμᾶς ὁ κύριος καὶ ἐνέγραψεν ὑμᾶς εἰς τὸν ἀριθμὸν τὸν ἡμέτερον, καὶ ὅλον τὸ σπέρμα ὑμῶν κατοικήσει μετὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ· ἐκ γὰρ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ ἐλάβετε.

25. Ἐκ δὲ τοῦ ὄρους τοῦ ὀγδόου, οὗ ἦσαν αἱ πολλαὶ πηγαὶ καὶ πᾶσα ἡ κτίσις τοῦ κυρίου ἐποτίζετο ἐκ τῶν πηγῶν, οἱ πιστεύσαντες τοιοῦτοί εἰσιν· 2. ἀπόστολοι καὶ διδάσκαλοι οἱ κηρύξαντες εἰς ὅλον τὸν κόσμον καὶ οἱ διδάξαντες σεμνῶς καὶ ἁγνῶς τὸν λόγον τοῦ κυρίου καὶ μηδὲν ὅλως νοσφισάμενοι εἰς ἐπιθυμίαν πονηράν, ἀλλὰ πάντοτε ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ πορευθέντες, καθὼς καὶ παρέλαβον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τῶν τοιούτων οὖν ἡ πάροδος μετὰ τῶν ἀγγέλων ἐστίν.

26. Ἐκ δὲ τοῦ ὄρους τοῦ ἐνάτου τοῦ ἐρημώδους, τοῦ [τὰ] ἑρπετὰ καὶ θηρία ἐν αὐτῷ ἔχοντος τὰ διαφθείροντα τοὺς ἀνθρώπους, οἱ πιστεύσαντες τοιοῦτοί εἰσιν· 2. οἱ μὲν τοὺς σπίλους ἔχοντες διάκονοί εἰσι κακῶς διακονήσαντες καὶ διαρπάσαντες χηρῶν

4/5 *καὶ μακάριοι* A : . . . G, > L | 7 *τὸ ἅγιον* > L[1] | 10 *νηπιότητα* L(A) cf. 29, 1 : *ἠπιότητα* G | 16 *πνεύματος* LA : *σπέρματος* G | 17 *ἐλάβετε* GA : estis L | 24/25 *τῶν — ἐστὶν* > A | 27/28 *τὰ δ. τοὺς ἀνθρώπους* GL[2] : > L[1]A

24, 1. Cf. Sim. VIII, 3, 8; Vis. III, 5, 3. 4.
2. *ἐκ τῶν κόπων κτλ.*] Cf. Mand. II, 4—6; Doctr. apost. 4, 6. 7; Barn. 19, 10. — *ἀνονειδίστως*] Cf. Sirach 41, 22.
3. *ἐπλήθυνεν κτλ.*] Cf. Sap. 10, 10.
4. *οὐκ ἐξαλειφθήσεται κτλ.*] Cf. Ps. 36, 25. 28; 88, 5. 30. 37; Sirach 39, 9 (Vulg. 39, 12). — *εἰς τ. ἀριθμὸν τὸν ἡμέτερον*] Cf. c. 25, 2; 27, 3; Vis. II, 2, 7; Apoc. Baruch 51, 5. 10;

[redacted]

que sunt herbae, totusque mons fertilis est et omne genus pecudum et volatilia caeli carpebant herbas in hoc monte, et herbae, quas carpebant, tanto magis revirescebant, qui crediderunt, huiusmodi sunt: 2. simplices semper et innocentes et beati erant nullasque dissensiones inter se habentes, sed semper gaudentes de servis dei et induti spiritum harum virginum sanctum semperque ad misericordiam in omnem hominem prompti, et de laboribus suis omni homini tribuerunt sine improperio et sine haesitatione. 3. Dominus igitur cum vidisset simplicitatem eorum et omnem infantilem innocentiam, auxit eos in laboribus manuum ipsorum deditque iis gratiam in omni opere. 4. Dico autem vobis, qui tales estis, ego angelus paenitentiae: permanete tales, et semen vestrum in aeternum non delebitur; dominus enim vos probavit et inscripsit in numero nostro, et omne semen vestrum habitabit cum filio dei; etenim de spiritu eius accepistis.

25. De octavo autem monte, ubi erant fontes multi et omnis creatura domini adaquabatur de fontibus, qui crediderunt, huiusmodi sunt: 2. apostoli et doctores, qui praedicaverunt in toto mundo et sancte ac caste docuerunt verbum domini neque omnino quidquam fraudaverunt secundum concupiscentiam malam, sed semper in iustitia et veritate ambulaverunt, sicut et acceperunt spiritum sanctum. Tales igitur conversationem inter angelos habent.

26. De monte autem nono deserto, habente in se serpentes ac pecudes hominibus nocentes, qui crediderunt, huiusmodi sunt: 2. alii, maculas habentes, diaconi sunt, qui male ministraverunt et substantiam viduarum et orphanorum diripuerunt et sibimet

Anabat. Iesai. 7, 23; 8, 25; 9, 30; Mart. Polyc. 2, 3; Acta Pauli et Theclae 5: *μακάριοι οἱ φόβον ἔχοντες θεοῦ, ὅτι αὐτοὶ ἄγγελοι θεοῦ γενήσονται.* Contra audias Tertullianum De resurr. carn. c. 62: Denique non dixit (sc. Dominus, cf. Matth. 22, 30): Erunt angeli, ne homines negaret, sed: tamquam angeli, ut homines conservaret; non abstulit substantiam, cui similitudinem attribuit. — *μετὰ τ. υἱοῦ*] Cf. Ioann. 17, 24; 14, 3. — *ἐκ τοῦ πνεύματος κτλ.*] Cf. I Ioann. 3, 24; I Thess. 4, 8 etc.

25, 2. *ἀπ. κ. διδάσκαλοι*] Cf. c. 15, 4. — *μηδὲν κτλ.*] Cf. Act. 20, 33. 34; I Cor. 9, 7—15 etc. — *ἐν δικ. κ. ἀληθείᾳ*] Cf. Eph. 5, 9; II Cor. 6, 7; I Clem. 62, 2.

καὶ ὀρφανῶν τὴν ζωὴν καὶ ἑαυτοῖς περιποιησάμενοι ἐκ τῆς διακονίας ἧς ἔλαβον διακονῆσ[αι]· ἐὰν οὖν ἐπιμείνωσι τῇ αὐτῇ ἐπιθυμίᾳ, ἀπέθανον καὶ οὐδεμία αὐτοῖς ἐλπὶς ζωῆς· ἐὰν δὲ ἐπιστρέψωσι καὶ ἁγνῶς τελειώσωσι τὴν διακονίαν αὐτῶν, δυνήσονται ζῆσαι. 3. οἱ δὲ ἐψωριακότες, οὗτοι οἱ ἀρνησάμενοί εἰσι καὶ μὴ ἐπιστρέψαντες ἐπὶ τὸν κύριον ἑαυτῶν, ἀλλὰ χερσωθέντες καὶ γενόμενοι ἐρημώδεις, μὴ κολλώμενοι τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ μονάζοντες ἀπολλύουσι τὰς ἑαυτῶν ψυχάς. 4. ὡς γὰρ ἄμπελος ἐν φραγμῷ τινὶ καταλειφθεῖσα ἀμελείας τυγχάνουσα καταφθείρεται καὶ ὑπὸ τῶν βοτανῶν ἐρημοῦται καὶ τῷ χρόνῳ ἀγρία γίνεται καὶ οὐκέτι εὔχρηστός ἐστ[ι] τῷ δεσπότῃ ἑαυτῆς, οὕτω καὶ οἱ τοιοῦτοι ἄνθρωποι ἑαυτοὺς ἀπεγνώκασι καὶ γίνονται ἄχρηστοι τῷ κυρίῳ ἑαυτῶν ἀγριωθέντες. 5. τούτοις οὖν μετάνοια γίνεται, ἐὰν μὴ ἐκ καρδίας εὑρεθῶσιν ἠρνημένοι· ἐὰν δὲ ἐκ καρδίας εὑρεθῇ ἠρνημένος τις, οὐκ οἶδα, εἰ δύναται ζῆσαι. 6. καὶ τοῦτο οὐκ εἰς ταύτας τὰς ἡμέρας λέγω, ἵνα τις ἀρνησάμενος μετάνοιαν λάβῃ· ἀδύνατόν γάρ ἐστι σωθῆναι τὸν μέλλοντα νῦν ἀρνεῖσθαι τὸν κύριον ἑαυτοῦ· ἀλλ' ἐκείνοις τοῖς πάλαι ἠρνημένοις δοκεῖ κεῖσθαι μετάνοια. εἴ τις οὖν μέλλει μετανοεῖν, ταχινὸς γενέσθω πρὶν τὸν πύργον ἀποτελεσθῆναι· εἰ δὲ μή, ὑπὸ τῶν γυναικῶν καταφθαρήσεται εἰς θάνατον. 7. καὶ οἱ κολοβοί, οὗτοι δόλιοί εἰσι καὶ κατάλαλοι· καὶ τὰ θηρία, ἃ εἶδες εἰς τὸ ὄρος, οὗτοί εἰσιν. ὥσπερ γὰρ τὰ θηρία διαφθείρει τῷ ἑαυτῶν ἰῷ τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀπολλύει, οὕτω καὶ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τὰ ῥήματα δ[ια]φθείρει τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀπολλύει. 8. οὗτοι οὖν κολοβοί εἰσιν ἀπὸ τῆς πίστεως αὐτῶν διὰ τὴν πρᾶξιν, ἣν ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς· τινὲς δὲ μετενόησαν καὶ ἐσώθησαν. καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τοιοῦτοι ὄντες δύνανται σωθῆναι, ἐὰν μετανοήσωσιν· ἐὰν δὲ μὴ μετανοήσωσιν, ἀπὸ τῶν γυναικῶν ἐκείνων, ὧν τὴν δύναμιν ἔχουσιν, ἀποθανοῦνται.

27. Ἐκ δὲ τοῦ ὄρους τοῦ δεκάτου, οὗ ἦσαν δένδρα σκεπάζοντα πρόβατ[ά] τινα, οἱ πιστεύσαντες τοιοῦτοί εἰσιν· 2. ἐπίσκοποι καὶ φιλόξενοι, οἵτινες ἡδέως εἰς τοὺς οἴκους ἑαυτῶν πάντοτε

2 *τῇ αὐτῇ* GL[1] : in illa A(L[2]) | 11/29 *οὕτω — ἀποθανοῦνται* > A | 13 *οὖν* + ita (> L[1]) demum L | 15 *οὐκ* sec > L[1] | 22 *ὄρος* L : θ' (?) *ὄρος* G | 28 *ἀπὸ* G : cum L | 32 *καὶ* G : alii vero L[1], > L[2]A

26, 3. *μονάζοντες*] Cf. Barn. 4, 10; Hebr. 10, 25.

4. Cf. Mand. X, 1, 4. 5.
5. *μὴ ἐκ καρδίας*] Qui tormentis

ipsis lucrum fecerunt ex ministerio, quod acceperunt ministrare; si igitur permanserint in eadem cupiditate, mortui sunt nec ulla spes est iis vitae; sin vero conversi fuerint et caste perfecerint ministerium suum, poterunt vivere. 3. Scabrosi autem, hi sunt qui abnegaverunt nec conversi sunt ad dominum suum, sed agrestes evaserunt ac deserti, non adhaerentes servis dei, sed sibi soli viventes perdunt animas suas. 4. Sicut enim vitis, in saepe aliqua derelicta, culturae expers disperit et ab herbis suffocatur et tempore agrestis fit desinitque domino suo utilis esse, sic et homines huiusmodi de semet ipsis desperaverunt et agrestes effecti inutiles sunt domino suo. 5. His igitur paenitentia est, si non ex praecordiis inventi fuerint denegasse; si vero ex praecordiis inventus quis fuerit denegasse, nescio, an possit vivere. 6. Et hoc non dico in his diebus, ut aliquis, cum negaverit, paenitentiam accipiat; impossibile est enim eum salvari, qui nunc dominum suum negaturus est; sed illis, qui olim negaverunt, proposita esse videtur paenitentia. Si quis ergo paenitentiam acturus est, acceleret, priusquam turris consummatur; sin minus, a mulieribus perdetur ad mortem. 7. Et curti, hi sunt dolosi et detractores; et pecudes, quas vidisti in monte, hi sunt. Sicut enim pecudes veneno suo hominem perdunt ac perimunt, sic et verba hominum huiusmodi perdunt hominem ac perimunt. 8. Hi igitur curti sunt in fide sua propter factum, quod habent in semet ipsis; aliqui vero paenitentiam egerunt et salutem assecuti sunt. Et reliqui homines eiusmodi possunt salvari, si paenitentiam egerint; si vero non egerint, a mulieribus illis, quarum vim possident, interficientur.

27. De monte vero decimo, ubi erant arbores tegentes oves aliquas, qui crediderunt, huiusmodi sunt: 2. episcopi et hospitales, qui servos dei semper libenter in domos suas receperunt

8 Matth. 10, 39; Luc. 9, 24; 17, 33; Ioann. 12, 25.

tantum coactus, non ex corde fidem abnegavit, ad paenitentiam admittatur (Hefele).

6. *κ. τοῦτο οὐκ κτλ.*] Cf. Mand. IV, 1, 11; 3, 3. — *ταύτας τ. ἡμ.*] Cf. Vis. II, 2, 4. 5.

7. *κατάλαλοι*] Cf. Sim. VIII, 7, 2. 3; Mand. II.

8. *κολοβοὶ εἰσιν ἀπὸ τῆς πίστεως*] i. e. non habent fidem plenam seu perfectam. — *πρᾶξιν*] sc. dolum et detractionem.

27, 2. *φιλόξενοι*] Cf. Mand. VIII, 10; I Tim. 3, 2; Tit. 1, 8; I Petr.

ὑπεδέξαντο τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ ἄτερ ὑποκρίσεως· οἱ δὲ ἐπίσκοποι πάντοτε τοὺς ὑστερημένους καὶ τὰς χήρας τῇ διακονίᾳ ἑαυτῶν ἀδιαλείπτως ἐσκέπασαν καὶ ἁγνῶς ἀνεστράφησαν πάντοτε. 3. οὗτοι οὖν πάντες σκεπασθήσονται ὑπὸ τοῦ κυρίου διαπαντός. οἱ οὖν ταῦτα ἐργασάμενοι ἔνδοξοί εἰσι παρὰ τῷ θεῷ καὶ ἤδη ὁ τόπος αὐτῶν μετὰ τῶν ἀγγέλων ἐστίν, ἐὰν ἐπιμείνωσιν ἕως τέλους λειτουργοῦντες τῷ κυρίῳ.

28. Ἐκ δὲ τοῦ ὄρους τοῦ ἑνδεκάτου, οὗ ἦσαν δένδρα καρπῶν πλήρη, ἄλλοις καὶ ἄλλοις καρποῖς κεκοσμημένα, οἱ πιστεύσαντες τοιοῦτοί εἰσιν· 2. οἱ παθόντες ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, οἳ καὶ προθύμως ἔπαθον ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ *παρέδωκαν τὰς ψυχὰς αὐτῶν*. 3. Διατί οὖν, φημί, κύριε, πάντα μὲν τὰ δένδρα καρποὺς ἔχει, τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν καρποὶ εὐειδέστεροί εἰσιν; Ἄκουε, φησίν· ὅσοι ποτὲ ἔπαθον διὰ τὸ ὄνομα, ἔνδοξοί εἰσι παρὰ τῷ θεῷ, καὶ πάντων τούτων αἱ ἁμαρτίαι ἀφῃρέθησαν, ὅτι ἔπαθον διὰ τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. διατί δὲ οἱ καρποὶ αὐτῶν ποικίλοι εἰσίν, τινὲς δὲ ὑπερέχοντες, ἄκουε. 4. ὅσοι, φησίν, ἐπ' ἐξουσίαν ἀχθέντες ἐξητάσθησαν καὶ οὐκ ἠρνήσαντο, ἀλλ' ἔπαθον προθύμως, οὗτοι μᾶλλον ἐνδοξότεροί εἰσι παρὰ τῷ κυρίῳ· τούτων ὁ καρπός ἐστιν ὁ ὑπερέχων. ὅσοι δὲ δειλοὶ καὶ ἐν δισταγμῷ ἐγένοντο καὶ ἐλογίσαντο ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, πότερον ἀρνήσονται ἢ ὁμολογήσουσι, καὶ ἔπαθον, τούτων οἱ καρποὶ ἐλάττους εἰσίν, ὅτι ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν ἡ βουλὴ αὕτη· πονηρὰ γὰρ ἡ βουλὴ αὕτη, ἵνα δοῦλος κύριον ἴδιον ἀρνήσηται. 5. βλέπετε οὖν ὑμεῖς οἱ ταῦτα βουλευόμενοι, μήποτε ἡ βουλὴ αὕτη διαμείνῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν καὶ ἀποθάνητε τῷ θεῷ. ὑμεῖς δὲ

1/2 *οἱ δὲ ἐπίσκοποι* > L^2 | 10/11 *τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ* G : domini L eius A | 13/14 *εὐειδέστεροι* L(A) : *ἀηδέστεροι* G | 14 *ὄνομα* G : + domini L eius A | 15 *ἀφῃρέθησαν* : remissa sunt (*ἀφέθησαν*) L^2A | 26 *ἀποθάνητε* LA : *ἀποθάνησθε ἐν* G

4, 9; Rom. 12, 13; Hebr. 13, 2; I Clem. 1, 2; 10, 7 etc.

3. *τόπος*] Cf. I Clem. 5, 4. 7; Barn. 19, 1.

28. Iam Hilgenfeld (*Apost. Väter* p. 159. *Zeitschr. f. wiss. Theol.* 1869 p. 239) vidit, ex hoc potissimum capite tempus cognosci posse, quo Pastor exortus est, et argumentis, quae protulit, Behm (*Ueber den Verfasser d. H.* p. 41—49) nova addidit. Quae enim de Christianis interrogandis et condemnandis hic narrantur, tam prope ad ea accedunt, quae Plinius ad Traianum scripsit quaeque Traianus ut observarentur prae-

sine hypocrisi; episcopi autem semper inopes ac viduas ministerio suo assidue protexerunt casteque perpetuo conversati sunt. 3. Hi ergo omnes a domino perpetuo protegentur. Haec igitur qui egerint, gloriosi sunt apud deum et locus eorum iam cum angelis est, si perseveraverint usque ad finem servientes domino.

28. De monte autem undecimo, ubi erant arbores fructibus plenae, aliis atque aliis fructibus ornatae, qui crediderunt, huiusmodi sunt: 2. qui passi sunt pro nomine filii dei, qui etiam animo prompto passi sunt ex toto corde et *tradiderunt animas suas*. 3. Quare igitur, inquam, domine, omnes arbores fructus habent, quidam vero earum fructus pulcriores sunt? Audi, inquit: quicumque passi sunt propter nomen, gloriosi sunt apud deum, et omnium horum peccata ablata sunt, quia propter nomen filii dei passi sunt. Quare autem fructus eorum varii sint, quidam excellentes, audi. 4. Quicumque, inquit, ad potestatem perducti et interrogati non negaverunt, sed prompto animo passi sunt, hi sunt multo gloriosiores apud dominum; horum est fructus excellens. Quicumque vero timidi et vacillantes fuerunt ac deliberaverunt in cordibus suis, utrum negarent an confiterentur, et passi sunt, horum fructus minores sunt, quoniam haec cogitatio ascendit in cor eorum; mala enim est eiusmodi cogitatio, qua servus dominum suum neget. 5. Videte ergo vos, qui haec cogitatis, ne forte haec mens permaneat in cordibus vestris et deo moriamini. Vos autem, qui patimini propter

11 Act. 15, 26.

scripsit, ut librum non ante hunc imperatorem confectum esse conicere liceat. Vix iam Domitiano imperatore quaestio eiusmodi habebatur.

2. παθόντες κτλ.] Cf. Vis. III, 1, 9; 2, 1; 5, 2; Sim. VIII, 3, 6; Vis. II, 2, 7. 8. Ἀρνησαμένους habes Vis. II, 3, 4; Sim. VIII, 8, 4; IX, 26, 3. 5. 6.

3. αἱ ἁμαρτίαι ἀφῃρέθησαν] Per martyrium peccata deleri inde a saeculo secundo medio omnes fere patres docuerunt. Cf. Melit. Fragm. XII (Corp. Apolog. ed. Otto IX, 418. 452 sq.): δύο γὰρ συνέστη τὰ ἄφεσιν ἁμαρτημάτων παρεχόμενα, πάθος διὰ Χριστὸν καὶ βάπτισμα. Tert. De baptismo c. 16; De pudicitia c. 22; Cyprian. Ep. 73 c. 21. 22; Origenes apud Eus. H. E. VI, 4, 3.

4. ἐπ' ἐξουσίαν] i. e. ad magistratus. — ἐξητάσθησαν] sc. num essent Christiani. Quodsi confessi sunt, iam condemnati erant. Propter nomen enim magistratus Christianos persecuti sunt. — ἐνδοξότεροι κτλ.] Cf. Vis. III, 2, 1 not. — πονηρὰ κτλ.] Cf. II Clem. 3—5.

οἱ πάσχοντες ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος δοξ[άζειν] ὀφείλετε τὸν θεόν, ὅτι ἀξίους ὑμᾶς ἡγήσατο ὁ θεός, ἵνα τοῦτο τὸ ὄνομα βαστάζητε καὶ πᾶσαι ὑμῶν αἱ ἁμαρτίαι ἰαθῶσιν. 6. [οὐκοῦν μακα]ρίζετε ἑαυτούς· ἀλλὰ δοκεῖτε ἔργον μέγα πεποιηκέναι, ἐάν τις ὑμῶν διὰ τὸν θεὸν πάθῃ. ζωὴν ὑμῖν ὁ κύριος χαρίζεται, καὶ οὐ νοεῖ[τε]· αἱ γὰρ ἁμαρτίαι ὑμῶν κατεβάρησαν, καὶ εἰ μὴ πεπόνθατε ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος κυρίου, διὰ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν τεθνήκειτε [ἂν] τῷ θεῷ. 7. ταῦτα ὑμῖν λέγω τοῖς διστάζουσι περὶ ἀρνήσεως ἢ ὁμολογήσεως· ὁμολογεῖτε, ὅτι κύριον ἔχετε, μήποτε ἀρνούμενοι [πα]ραδοθ[ήσησθε] εἰς δεσμωτήριον. 8. εἰ τὰ ἔθνη τοὺς δούλους αὐτῶν κολάζουσιν, ἐάν τις ἀρνήσηται τὸν κύριον ἑαυτοῦ, τί δοκεῖτε ποιήσει ὁ κύριος ὑμῖν, ὃς [ἔχει] πάντων τὴν ἐξουσίαν; ἄρατε τὰς βουλὰς ταύτας ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν, ἵνα διαπαντὸς ζήσητε τῷ θεῷ.

29. Ἐκ δὲ τοῦ ὄρους τοῦ δωδεκάτου τοῦ λευκοῦ οἱ πιστεύσαντες τοιοῦτοί εἰσιν· ὡς νήπια βρέφη εἰσίν, οἷς οὐδεμία κακία ἀναβαίνει ἐπὶ τὴν καρδίαν οὐδὲ [ἔγνω]σαν, τί ἐστι πονηρία, ἀλλὰ πάντοτε ἐν νηπιότητι διέμειναν. 2. οἱ τοιοῦτοι οὖν ἀδιστάκτως κατοικήσουσιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θε[οῦ, ὅτι] ἐν οὐδενὶ πράγματι ἐμίαναν τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ μετὰ νηπιότητος διέμειναν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν ἐν τῇ αὐτῇ φρονήσει. 3. ὅσοι οὖν διαμενεῖτε, φησί, καὶ ἔσεσθε ὡς τὰ βρέφη, κακίαν μὴ ἔχοντες, πάντων τῶν προειρημένων ἐνδοξότεροι ἔ[σε]σθε· πάντα γὰρ τὰ βρέφη ἔνδοξά ἐστι παρὰ τῷ θεῷ καὶ πρῶτα παρ᾽ αὐτῷ. μακάριοι οὖν ὑμεῖς, ὅσοι ἂν ἄρητε ἀφ᾽ ἑαυτῶν τὴν πονηρίαν, ἐνδύσησθε δὲ τὴν ἀκακίαν· πρῶτοι πάντων ζήσεσθε τῷ θεῷ. 4. μετὰ τὸ συντελέσαι αὐτὸν τὰς παραβολὰς τῶν ὀρέων λέγω αὐτῷ· Κύριε, νῦν μοι δήλωσον περὶ τῶν λίθων τῶν ἠρμένων ἐκ τοῦ πεδίου καὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν τεθειμένων ἀντὶ τῶν λίθων τῶν ἠρμένων [ἐκ] τοῦ πύργου, καὶ τῶν στρογγύλων τῶν τεθέντων εἰς τὴν οἰκοδομήν, καὶ τῶν ἔτι στρογγύλων ὄντων.

30. Ἄκουε, φησί, καὶ περὶ τούτων πάντων. οἱ λίθοι οἱ ἐκ

2 *τοῦτο* L^2 : *τούτου* G, eius L^1A | 4/5 *διὰ τὸν θεὸν* > L | 6 *κατεβάρησαν* G(A) : vos gravabant (gravaverunt L^2) L | 12 *ὑμῖν* LA : *ἡμῶν* G | 19 *κατοικήσουσιν* L^1 : *-κοῦσιν* GL^2, > A | 23 *πάντων* LA : *καὶ π.* G

5. *πάσχοντες . . δοξάζειν*] Cf. Polyc. c. 23, 5; Vis. I, 1, 9; 3, 1. Phil. 8, 2. — *αἱ ἁμ. ἰαθῶσιν*] Cf. 6. *κατεβάρησαν*] Hermas verbum

nomen, deum glorificare debetis, quod vos dignos existimavit deus, ut hoc nomen feratis et omnia peccata vestra sanentur. 6. Beatos igitur vos praedicate; sed magnum opus vos fecisse putate, si quis vestrum propter deum passus fuerit. Vitam dominus vobis donat, et non intellegitis; delicta enim vestra gravia facta sunt, et nisi passi essetis propter nomen domini, propter peccata vestra mortui essetis deo. 7. Haec vobis dico, qui dubitatis de negatione aut confessione: confitemini vos habere dominum, ne negantes tradamini in vincula. 8. Si gentes servos suos puniunt, si quis dominum suum negaverit, quid putatis vobis facturum esse dominum, qui universorum habet potestatem? Removete ergo de praecordiis vestris has cogitationes, ut in perpetuum vivatis deo.

29. De duodecimo autem monte candido qui crediderunt, huiusmodi sunt: sicut parvuli infantes sunt, quibus nulla malitia ascendit in corde quique non cognoverunt, quid sit malitia, sed semper in sinceritate permanserunt. 2. Tales igitur sine haesitatione habitabunt in regno dei, quia in nulla re mandata dei maculaverunt, sed cum sinceritate omnes dies vitae suae in eadem mente permanserunt. 3. Quicumque ergo permanseritis, inquit, et fueritis sicut infantes, nequitiam non habentes, omnibus ante memoratis gloriosiores eritis; omnes enim infantes gloriosi sunt apud deum et primi apud eum. Beati igitur vos, quicumque malitiam a vobis removeritis, innocentiam vero indueritis; primi omnium vivetis deo. 4. Postquam similitudinum explanationem finivit, dico ei: Domine, nunc mihi demonstra de lapidibus, qui de campo sublati et in structura positi sunt loco lapidum e turri sublatorum, et de rotundis, qui in structura positi sunt, et de illis, qui adhuc rotundi sunt.

30. Audi, inquit, et de his omnibus. Lapides, qui de

1 I Petr. 4, 13. 15. 16; Act. 5, 21. — 3 Matth. 5, 11. 12; Luc. 6, 22; I Petr. 4, 14. — 22 Matth. 18, 3.

modo intransitivo usurpasse videtur. Alia huius usus exempla desunt.

29, 1. *νήπια βρέφη*] Cf. c. 24, 3; Mand. II, 1; I Petr. 2, 2. — *οὐδ. κακία*] Cf. Vis. III, 5, 4.

3. *ἔσ. ὡς τ. βρέφη*] Cf. Mand. II, 1. — *πρῶτα*] In Sim. VIII Hermas martyribus primas partes tribuit.

4. Cf. c. 6, 5—8; 9, 1—4.

τοῦ [πεδί]ου ἠρμένοι καὶ τεθειμένοι εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου ἀντὶ τῶν ἀποβεβλημένων, αἱ ῥίζαι εἰσὶ τοῦ ὄρους τοῦ λευκοῦ τούτου. 2. ἐπεὶ οὖν οἱ πιστεύσαντες ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ λευκοῦ πάντες ἄκακοι εὑρέθησαν, ἐκέλευσεν ὁ κύριος τοῦ πύργου τούτους ἐκ [τῶν ῥιζῶν] τοῦ ὄρους τούτου βληθῆναι εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου· ἔγνω γάρ, ὅτι, ἐὰν ἀπέλθωσιν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου οἱ λίθοι οὗτοι, διαμενοῦσι λαμπροὶ καὶ οὐδεὶς αὐτῶν μελανήσει. 3. Quodsi de ceteris montibus adiecisset, necesse habuisset rursus visitare eam turrem atque purgare. Hi autem omnes candidi inventi sunt, qui crediderunt et qui credituri sunt; ex eodem enim genere sunt. Felix hoc genus, quia innocuum est. 4. Audi nunc et de illis rotundis lapidibus et splendidis. Hi omnes de hoc candido monte sunt. Audi autem, quare rotundi sunt reperti. Divitiae suae eos pusillum obscuraverunt a veritate atque obfuscaverunt, a deo vero nunquam recesserunt, nec ullum verbum malum processit de ore eorum, sed omnis aequitas et virtus veritatis. 5. Horum ergo mentem cum vidisset dominus, posse eos veritati favere, bonos quoque permanere, iussit opes eorum circumcidi, non enim in totum eorum tolli, ut possint aliquid boni facere de eo, quod eis relictum est, et vivent deo, quoniam ex bono genere sunt. Ideo ergo pusillum circumcisi sunt et positi sunt in structuram turris huius.

31. Ceteri vero, qui adhuc rotundi remanserunt neque aptati sunt in eam structuram, quia nondum acceperunt sigillum, repositi sunt suo loco; valde enim rotundi reperti sunt. 2. Oportet autem circumcidi hoc saeculum ab illis et vanitates opum suarum, et tunc convenient in dei regnum. Necesse est

4/5 *τῶν ῥιζῶν* L(A) : > G | 7 *μελανήσει* : *μελανίσει* G adhuc exhibens *ε* .. *δὲ* et in his litteris desinens. Versio latina, quae inde ab hoc loco usque ad finem loco textus graeci exhibetur, est vulgata quae dicitur (L¹), a Gebhardt adhibitis sex codicibus emendata. Ubi mutavi, in notis rationem reddidi. Altera versio est aethiopica, ab Antonio d'Abbadie latine reddita. Lectiones versionis Palatinae (L²) a versione vulgata divergentes, si quae fuerunt maioris momenti, in notis exscripsi | 8 adiecisset : + in structuram turris L² | 10/11 ex — sunt : ex corde enim credunt L² | 14/15 a ver. atque obfuscaverunt > L²

30, 1. *τ. λευκοῦ τ.*] sc. montis duodecimi, cuius ad radices lapides

campo sublati et in structura turris positi sunt eorum loco, qui reprobati erant, radices sunt montis huius candidi. 2. Postquam igitur qui de monte candido crediderunt, omnes innocentes sunt inventi, iussit dominus turris hos, qui de radice montis istius erant, in structura turris collocari; scivit enim, si in structuram turris iverint lapides isti, eos candidos permansuros nec quemquam eorum nigrum evasurum esse. 3. Illi autem, qui ex ceteris montibus impositi fuissent in structuram, necessario desideravissent, ut iterum exstrueret turrim et visitaret eam. Et hi omnes, qui albi sunt, in novo lumine sunt et lumen. Qui crediderunt et qui credituri sunt, idem genus sunt. Et beatum illud genus, quia simplices sunt. 4. Audi nunc et de illis lapidibus rotundis et albis, et ii omnes e monte sunt. Et dixi ei: Quapropter rotundi inventi sunt? Et dixit mihi: Audi; etenim valde absconditerunt se ex structura, sed dominum non deserebant et verbum malum non exibat ex oribus eorum, sed omne bonum et iustum et verum. 5. Et cum dominus corda eorum vidit, quod possent iusti fieri, quia beati erant e natura ipsorum, iussit eos removeri ab opibus suis, nec tamen prorsus removeri, ut ex reliquiis suis, quae relictae essent, benefacerent et viverent domino, quia e beato genere essent. Et idcirco pusillum circumciderunt eos et imposuerunt eos in structuram turris.

31. Illi autem lapides rotundi, qui nunquam apti fuerunt in structuram, quia sigillum eius non receperant, idcirco restituti sunt in (pristinum) locum eorum, quia valde rotundi erant. 2. Sed oportet illos derelinquere hoc saeculum et divitias suas; et tunc apti erunt in regnum domini, quia benedixit dominus

de campo allati siti erant. Significant lapides isti homines natura bonos; cf. c. 31, 1. 2. Zahn l. c. p. 239—241 conicit, in persecutione ultima multos a fide lapsos, sed eodem fere tempore, libro nondum scripto, multos quoque ad Christum conversos esse, ita ut illorum locum obtinuisse viderentur; hos autem esse lapides de campo allatos.

3. ex eodem genere] i. e. ex genere innocentiae; cf. c. 29.

4. Cf. Vis. III, 6, 5—7; Sim. VIII, 10, 3.

31, 1. aptati] Cf. c. 9, 4.

2. circumcidi] i. e. ipsos a mundo seu mundum ab ipsis disiungi oportet. — convenient etc.] i. e. apti erunt (ἁρμόσουσιν cf. Vis. III, 7, 5. 6 etc.). Cf. Luc. 9, 62. — necesse etc.] Cf. c. 9, 2. 3.

enim eos *intrare in dei regnum;* hoc enim genus innocuum benedixit dominus. Ex hoc ergo genere non intercidet quisquam. Etenim licet quis eorum temptatus a nequissimo diabolo aliquid deliquerit, cito recurret ad dominum suum. 3. Felices vos iudico omnes, ego nuntius paenitentiae, quicumque estis innocentes sicut infantes, quoniam pars vestra bona est et honorata apud deum. 4. Dico autem omnibus vobis, quicumque sigillum hoc accepistis, simplicitatem habere neque offensarum memores esse neque in malitia vestra permanere aut in memoria offensarum amaritudinis, in unum quemque spiritum fieri et has malas scissuras permediare ac tollere a vobis, ut dominus pecorum gaudeat de his. 5. Gaudebit autem, si omnia invenerit sana. Sin autem aliqua ex his dissipata invenerit, vae erit pastoribus. 6. Quodsi ipsi pastores dissipati reperti fuerint, quid respondebunt [pro] pecoribus his? Numquid dicunt a pecore se vexatos? Non credetur illis. Incredibilis enim res est, pastorem pati posse a pecore; et magis punietur propter mendacium suum. Et ego sum pastor, et validissime oportet me de vobis reddere rationem.

32. Remediate ergo vos, dum adhuc turris aedificatur. 2. Dominus habitat in viris amantibus pacem; ei enimvero pax cara est; a litigiosis vero et perditis malitiae longe abest. Reddite igitur ei spiritum integrum, sicut accepistis. 3. Si

1/2 innocuum benedixit : probavit L[2] | 8 sigillum : + filii dei L[2] 11/12 ut — his : ut si dominus pecorum veniat, gaudeat L[2] | 13/14 vae erit pastoribus > L[2] | 15 resp. — his : ei respondebitur L[2] | pro Ps.-Cypr. : > L[1] | 22/23 abest. Reddite : recedite, et habebitis L[2]

3. Cf. c. 29, 1. 3.

4. simplicitatem — tollere a vobis] Exscripsit hunc locum Antiochus Mon. Hom. 94 PG 89, 1719: *καλόν ἐστιν κρατεῖν τὴν ἁπλότητα καὶ τὴν ἀκακίαν καὶ εἶναι ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα τὴν πονηρίαν τὴν ἀπολλύουσαν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων, καὶ μὴ εἶναι μνησικάκους μήτε παρανόμους* (l. *μηδὲ παραμόνους* Hilgf.) *τῇ κακίᾳ, ἀλλ' ἀποθέσθαι τὰς κακίας καὶ τὰς πονηρίας καὶ τὰς πικρίας τὰς παρανόμους* (*παραμόνους* Hg) *καὶ γενέσθαι ἓν πνεῦμα καὶ τὰ σχήματα* (*σχίσματα* Hg) *τὰ πονηρὰ ἀνατρέψαι.* — ut dominus — rationem reddere v. 6] Cf. Antioch. Hom. 122 PG 89, 1815: *ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κύριος τῶν προβάτων, χαρῇ ἐπ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ τοῖς προβάτοις εὐφρανθῇ. χαρήσεται δέ, ἐὰν πάντα ὑγιῆ εὑρεθῇ καὶ μὴ διαπεπτωκότα τινὰ ἐξ αὐτῶν. ἐὰν δὲ εὑρεθῇ τινὰ ἐξ αὐτῶν διαπεπτωκότα, οὐαὶ τοῖς ποιμέσιν ἔσται. ἐὰν δὲ καὶ*

huic generi simplici, nec est, qui intercidat ex iis. Licet eos seduxerit malitia satanae et peccaverint, cito convertentur ad dominum. 3. Sed beatos praedico vos, ego angelus paenitentiae, vos omnes, qui simplices estis sicut infantes, quoniam bona est pars vestra et honorata apud dominum. 4. Praecipio vobis, qui sigillum filii domini habetis, ut conservetis simplicitatem nec portetis cupidinem ultionis nec sitis protervi in nequitia vestra. Relinquite ergo vindictae studium et amarum peccatum et estote in uno spiritu et sanate scissuras vestras (eas removentes) a vobis. Quando venerit dominus ovium, gaudebit de vobis, 5. et exsultabit, sed tantum, si omnia sana invenerit nec ullus e vobis interciderit. Vae vobis, pastores. 6. Si autem ipsi pastores dicunt possessori gregis, ab ovibus se prostratos esse, non creditur, quia incredibile est, ovem interficere pastorem. Si autem non, eos, qui mentiti sunt, punient. Ego quoque pastor sum, et diligenter oportet me rationem reddere de vobis.

32. Sanate igitur vosmet ipsos, quamdiu adhuc structura turris fit. 2. Nam etiam dominus in virtute et pace habitationem facit, quia pacem diligit eamque procul a scelestis removet. Nam a domino accipietis spiritum sanctum. 3. Cum

1 Ioann. 3, 5.

αὐτοὶ οἱ ποιμένες εὑρεθῶσιν διαπεπτωκότες, τί ἐροῦσιν τῷ δεσπότῃ τοῦ ποιμνίου; ὅτι ἀπὸ τῶν προβάτων διέπεσαν; οὐ πιστευθήσονται· ἄπιστον γὰρ πρᾶγμά ἐστιν, ποιμένα ὑπὲρ (l. *ὑπὸ*) *προβάτων παθεῖν τι. μᾶλλον δὲ κολασθήσονται διὰ τὸ ψεῦδος αὐτῶν. εἰδότες οὖν, ὅτι λίαν δι' αὐτοὺς ἀποδοῦναι λόγον δεῖ, κτλ.* — pecorum] Cf. Sim. VI; Ioann. 10.

5. vae — mendacium suum v. 6] Exstant haec apud Ps.-Cyprianum De aleatoribus c. 2 ed. Hartel III, 93 sq.: *Dicit enim scriptura divina: Vae erit* etc. Auctor scripturae versionem vulgatam paene ad verbum transscripsit.

6. dissipati] Cf. Matth. 26, 31; Marc. 14, 27.

32, 2. reddite etc.] Cf. v. 4; Mand. III, 1. 2; V, 1. 2. Antiochus Hom. 94 hunc versum et sequentes usque ad verba: *corruptus a te* v. 4, cum c. 31, 4 coniunxit. Pergit enim: *ὅπως ὁ κύριος τῆς εἰρήνης κατοικήσῃ ἐν πᾶσιν, ἵνα καὶ τὸ πνεῦμα ὑγιὲς γένηται, ὥσπερ αὐτὸ ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος. ἐὰν γάρ τις κναφεῖ δώσῃ ἱμάτιον καινὸν καὶ ὑγιὲς καὶ τοῦτο θέλει κομίσασθαι, ὁ δὲ κναφεὺς σχίσας τὸ ἱμάτιον ἀποδώσει· ἆρα λήψεται αὐτό; οὐχὶ μαχήσεται καὶ ὑβρίσει λέγων αὐτῷ· Ἱμάτιόν σοι ὑγιὲς ἔδωκα· διὰ τί αὐτὸ ἔσχισας καὶ πεποίηκας ἄχρηστον; εἰ οὖν οὕτως περὶ ἱματίου λυπεῖταί τις καὶ μάχεται, ὅτι οὐκ ἀπείληφεν*

enim dederis fulloni vestimentum novum integrum idque integrum iterum vis recipere, fullo autem scissum tibi illud reddet, recipies illud? Nonne statim scandescis et eum convicio persequeris, dicens: Vestimentum integrum tibi dedi; quare scidisti illud et inutile redegisti? Et propter scissuram, quam in eo fecisti, in usu esse non potest. Nonne haec omnia verba dices fulloni ergo et de scissura, quam in vestimento tuo fecerit? 4. Si sic igitur tu doles de vestimento tuo et quereris, quod non illud integrum recipias, quid putas dominum tibi facturum, qui spiritum integrum tibi dedit, et tu eum totum inutilem redegisti, ita ut in nullo usu esse possit domino suo? Inutilis enim esse coepit usus eius, cum sit corruptus a te. Nonne igitur dominus spiritus eius propter hoc factum tuum [morte te] adficiet? 5. Plane, inquam, omnes eos, quoscumque invenerit in memoria offensarum permanere, adficiet. Clementiam, inquit, eius calcare nolite, sed potius honorificate eum, quod tam patiens est ad delicta vestra et non est sicut vos. Agite enim paenitentiam utilem vobis.

33. Haec omnia, quae supra scripta sunt, ego pastor nuntius paenitentiae ostendi et locutus sum dei servis. Si credideritis ergo et audieritis verba mea et ambulaveritis in his et correxeritis itinera vestra, vivere poteritis. Sin autem permanseritis in malitia et memoria offensarum, nullus ex huiusmodi vivet deo. Haec omnia a me dicenda dicta sunt vobis. 2. Ait mihi ipse pastor: Omnia a me interrogasti? Et dixi: Ita, domine. Quare ergo non interrogasti me de forma lapidum in structura repositorum, quod explevimus formas? Et dixi: Oblitus sum, domine. 3. Audi nunc, inquit, de illis. Hi sunt qui nunc mandata mea audierunt et ex totis praecordiis egerunt paenitentiam. Cumque vidisset dominus bonam atque puram esse paenitentiam eorum et posse eos in ea permanere,

14 morte te : tradet te morti L^2(A), > L^1 | 19 scripta sunt : + servanda mandat, ut iam agatis paenitentiam L^2 | 27 quod expl. formas: quos replevimus L^2

ὑγιὲς τὸ ἱμάτιον, τί δοκοῦμεν ἡμεῖς | παθεῖν ὑπὸ τοῦ κυρίου, τὸ πνεῦμα

fulloni dederint vestem incolumem et salvam et solidam, et deinde velis ab eo repetere vestem, fullo autem scissam vestem tibi reddiderit, accipies illam vestem a fullone? Nonne litem habebis cum eo et conviciaberis ei et dices: Vestem salvam dedi tibi; quare scidisti eam et inutilem fecisti? Nec proderit iam quicquam, quia eam scidisti. Nonne talia [dices] fulloni, quia scidit tibi vestem tuam? 4. Et cum tu sic maeres et litem habes, quia salvam non reddidit tibi vestem tuam, quid igitur putas facturum tibi dominum, qui salvum dedit tibi spiritum, tu autem eum fecisti prorsus inutilem domino eius, et inutilis est apud te, quia eum non conservasti? Quomodo dominus spiritus subito propter hoc factum, quod fecisti, te interficere debebat? 5. Et dixi ei: Utique, interficiet omnes, quos invenerit portantes cupidinem ultionis, cum venerit. Cavete igitur, ne abnegetis multam misericordiam eius; sed potius ei gratias agite, quia ita patiens fuit erga vos ob peccata vestra nec fuit sicut vos. Agite igitur paenitentiam, quia bona est vobis.

33. Haec igitur omnia prius scripta sunt. Et ego pastor, angelus paenitentiae, ea ostendi et locutus sum servo domini. Et si credideritis et audiveritis verbum meum et ambulaveritis in illo et correxeritis vias vestras, poteritis vivere. Sin autem permanseritis in dolo, vindictae studium gerentes, nemo e vobis vivet domino. Haec omnia locutus sum vobis propter vos. 2. Deinde dixit mihi pastor: De omnibus me interrogabas? Et dixi ei: Ita, domine. Et dixit mihi: Cur (non) interrogas me, quapropter forma illorum lapidum similitudo eorum, quos imposuerunt in structuram, qui habent perfectionem? Et dixi ei: Oblitus sum, domine. 3. Et dixit mihi: Audi nunc de iis. Hi sunt qui nunc audierunt mandata mea et paenitentiam egerunt toto corde suo. Et cum vidisset dominus bene eos et pure paenitentiam egisse, ita ut possint permanere in paenitentia sua, iussit aboleri priora peccata eorum, et iussit peccata vestra:

λαβόντες ὑγιὲς καὶ τοῦτο λυπήσαντες καὶ ἀρχειώσαντες, μὴ ἐν σεμνότητι πολιτευσάμενοι; καὶ εἰς οὐδεμίαν χρῆσιν δύναται εἶναι τῷ κυρίῳ ἑαυτοῦ· ἡ γὰρ χρῆσις τοῦ πνεύματος ὑφ' ἡμῶν κατεφθάρη.

5. calcare] Cf. Hebr. 10, 29.

33, 1. haec omnia] sc. Mandata et Similitudines.

2. forma lap.] Cf. c. 10, 1. 2.

iussit priora peccata eorum deleri. Hae enim formae peccata erant eorum, et exaequata sunt, ne apparerent.

Similitudo X.

1. Postquam perscripseram librum hunc, venit nuntius ille, qui me tradiderat huic pastori, in domum, in qua eram, et consedit supra lectum, et adstitit ad dexteram hic pastor. Deinde vocavit me et haec mihi dixit: 2. Tradidi te, inquit, et domum tuam huic pastori, ut ab eo protegi possis. Ita, inquam, domine. Si vis ergo protegi, inquit, ab omni vexatione et ab omni saevitia, successum autem habere in omni opere bono atque verbo et omnem virtutem aequitatis, in mandatis huius ingredere, quae dedi tibi, et poteris dominari omni nequitiae. 3. Custodienti enim tibi mandata huius subiecta erit omnis cupiditas et dulcedo saeculi huius, successus vero in omni bono negotio te sequetur. Maturitatem huius et modestiam suscipe in te et dic omnibus, in magno honore esse eum et dignitate apud dominum et magnae potestatis eum praesidem esse et potentem in officio suo. Huic soli per totum orbem paenitentiae potestas tributa est. Potensne tibi videtur esse? Sed vos maturitatem huius et verecundiam, quam in vos habet, despicitis.

2. Dico ei: Interroga ipsum, domine, ex quo in domo mea est, an aliquid extra ordinem fecerim, ex quo eum offenderim. 2. Et ego, inquit, scio nihil extra ordinem fecisse te neque esse facturum. Et ideo haec loquor tecum, ut perseveres. Bene enim de te hic apud me existimavit. Tu autem ceteris haec verba dices, ut et illi, qui egerunt aut acturi sunt paenitentiam, eadem quae tu sentiant et hic apud me de his bene interpretetur et ego apud dominum. 3. Et ego, inquam, domine, omni homini indico magnalia domini; spero autem, quia omnes, qui antea peccaverunt, si haec audiant, libenter acturi sunt paenitentiam, vitam recuperantes. 4. Permane ergo, inquit, in hoc ministerio et consumma illud. Quicumque autem mandata huius

1/2 hae — apparerent : et ita deleta sunt et aequata, ne apparerent postea. ἀμήν L^2 | 3 sim. X > L^2 | 12 et — nequitiae > L^2 | 29 quia L^2: eos L^1

ille ipse vidit eos [locus corruptus] et correxit eos, ne apparerent.

Similitudo X.

1. Et postquam haec scripsi in libro, ille qui pastori me tradiderat angelus venit domum, ubi eram sedens in lecto, et adstitit a dextra eius ille pastor. Et vocavit me et dixit mihi hoc verbum: 2. Dedi te pastori, ut custodiat et te et domum tuam. Et dixi ei: Ita, domine. Et dixit mihi: Si vis eum te custodire ab afflictione et ab omni malo, recte dirige animum tuum in omni opere bono et in omni verbo iustitiae bono et ambula in mandatis eius, quae mandavi, et poteris invenire omnem iustitiam. 3. Et si observaveris mandata eius, subicies omnem concupiscentiam et omne delictum huius mundi et eris perfectus in omni opere bono. Et glorifica mansuetudinem eius et iustitiam et dic omnibus, gloriam et magnificentiam esse apud dominum, et eum magnam vim et potestatem habere nec quicquam ei impossibile esse in omni opere eius in toto mundo. Et huic soli data est potestas paenitentiae. Et scito, nihil ei esse impossibile. Vos autem ludibrio habetis mansuetudinem eius, quia reveretur vos.

2. Et dixi ei: Ex quo intravit in domum meam, anne aliquid mali feci illi, quo ei aegritudinem afferrem? 2. Et dixit mihi: Scito, si quid mali feceris, ne facias id amplius! Propterea dixi tibi hoc verbum, ut patiens sis. Et ille mihi de te locutus est. Tu autem verba reliqua nuntia, ut etiam ceteri, qui paenitentiam egerunt et qui acturi sunt, idem cogitent sicut tu, eodem modo, quo tu mihi locutus es, et ego quoque loquar domino. 3. Et dixi ei: Assentior, domine. Sicut edocuisti me, edocebo magnalia domini omnes homines. Confido autem, omnes, qui audiverunt, qui antea crediderunt, paenitentiam acturos esse gaudentes et vivos futuros esse. 4. Et dixit mihi: Permane igitur in hac cogitatione et perfice eam. Et

X, **1**, 1. perscripseram] Cf. Vis. V, 5. 6. — nuntius ille etc.] Filius Dei ipse nunc Hermae apparet; cf. Vis. V, 2.

3. maturitatem] = τὴν σεμνότητα. — huius] sc. pastoris tui.

2, 2. dominum] i. e. Deum patrem; filius Dei enim loquitur.

efficiunt, habebunt vitam, et hic apud dominum magnum honorem. Quicumque vero huius mandata non servant, fugiunt a sua vita et aversantur illum; [hic autem apud deum habet honorem suum. Quicunque ergo contemnent eum] nec mandata eius sequuntur, morti se tradunt et unusquisque eorum reus fit sanguinis sui. Tibi autem dico, ut servias mandatis his, et remedium peccatorum habebis.

3. Misi autem tibi has virgines, ut habitent tecum; vidi enim eas affabiles tibi esse. Habes ergo eas adiutrices, quo magis possis huius mandata servare; non potest enim fieri, ut sine his virginibus haec mandata serventur. Video autem eas libenter esse tecum. Sed ego praecipiam eis, ut omnino a domo tua non discedant. 2. Tu tantum communda domum tuam: in munda enim domo libenter habitabunt; mundae enim sunt atque castae et industriae et omnes habentes gratiam apud dominum. Igitur si habuerint domum tuam puram, tecum permanebunt; sin autem pusillum aliquid inquinationis acciderit, protinus a domo tua recedent. Hae enim virgines nullam omnino diligunt inquinationem. 3. Dico ei: Spero me, domine, placiturum eis, ita ut in domo mea libenter habitent semper. Et sicut hic, cui me tradidisti, nihil de me queritur, ita neque illae querentur. 4. Ait ad pastorem illum: Video, inquit, servum dei velle vivere et custoditurum haec mandata et virgines has habitatione munda collocaturum. 5. Haec cum dixisset, iterum pastori illi me tradidit et vocavit eas virgines et dixit ad eas: Quoniam video vos libenter in domo huius habitare, commendo eum vobis et domum eius, ut a domo eius non recedatis omnino. Illae vero haec verba libenter audierunt.

4. Ait deinde mihi: Viriliter in ministerio hoc conversare, omni homini indica magnalia domini, et habebis gratiam in hoc ministerio. Quicumque ergo in his mandatis ambulaverit, vivet et felix erit in vita sua; quicumque vero neglexerit, non vivet et erit infelix in vita sua. 2. Dic omnibus, ut non cessent, quicumque recte facere possunt; bona opera exercere utile est

3 aversantur : adversus codd | 3/4 hic — eum L^2 (A) : > L^1 ob homoeot. ut videtur | 5 morti L^2A : sed m. L^1 | 7 peccatorum L^2 (A) : priorum p. L^1 | 22/23 servum — vivere et : hunc L^2 | 29 ait : + ille pastor L^1

omnes, qui observabunt mandata huius, assequentur vitam. Talis autem magnus et honoratus est apud dominum. Ii autem, qui mandata eius non observaverint, non habebunt vitam; et spernunt hunc. Ille quidem honoratus est apud dominum; qui autem eum spernunt nec mandata eius observant, tradunt semet ipsos morti; et suppliciis dabit animas eorum. Tibi autem dico: subditus esto his mandatis, et ignoscet tibi priora peccata tua.

3. Et misi tibi ut habitent tecum virgines, quia vidi te ab iis custoditum et adiutum, ut posses observare mandata huius. Non enim est possibile observare mandata nisi mandato huius [?]. Video enim illas libenter tecum habitare. Et ego quoque praecipiam, ne unquam a domo tua recedant. 2. Tu autem communda domum tuam; nam in domo pura libenter habitant. Purae enim sunt et bonae et iustae et habent gratiam apud dominum. Et simul atque invenerint puram domum tuam, permanebunt apud te; si autem paululum immunda fuerit aliqua re, protinus derelinquent domum tuam. Nam omnino non desiderant impuritatem illae virgines. 3. Et dixi ei: Confido, domine, me placiturum iis, ut laetantes habitent in domo mea semper; sicut ille, cui me tradidisti, nihil habet, quo increpet me, sic illae nihil habebunt, quo increpent me. 4. Et dixit pastori: Scio, vitam velle servum domini et servaturum esse haec mandata et virginibus placiturum in puritate. 5. Et postquam rursus tradidit me, virgines vocavit et dixit iis: Quoniam gratum esse vobis habitare in domo huius vidi, ecce committo vobis et eum et domum eius, ne unquam secedatis a domo eius. Et cum audiverunt hoc verbum illae virgines, laetatae sunt.

4. Et dixit mihi ille angelus: Firma temet in hoc opere et dic omnibus hominibus magnalia domini; habes enim gratiam in hoc opere. Et quicunque ambulabit in his mandatis, vivet et beatus erit in vita sua; qui autem neglexerit ea, non vivet et erit miserabilis in vita sua. 2. Et dic omnibus, ut possint bonum facere; semper faciant bonum, quia eos decet.

3, 1. has virgines] Cf. Sim. IX, 10. 11. 15.

2. domum tuam] Cf. Vis. I, 3, 1; II, 2, 2.

4, 1. ait] sc. nuntius ille (c. 1, 1) vel filius Dei.

illis. Dico autem, omnem hominem de incommodis eripi oportere. Et is enim, qui eget et in cotidiana vita patitur incommoda, in magno tormento est ac necessitate. 3. Qui igitur huiusmodi animam eripit de necessitate, magnum gaudium sibi adquirit. Is enim, qui huiusmodi vexatur incommodo, pari tormento cruciatur atque torquet se qui in vincula est. Multi enim propter huiusmodi calamitates, cum eas sufferre non possunt, mortem sibi adducunt. Qui novit igitur calamitatem huiusmodi hominis et non eripit eum, magnum peccatum admittit et reus fit sanguinis eius. 4. Facite igitur opera bona, quicumque accepistis a domino, ne, dum tardatis facere, consummetur structura turris. Propter vos enim intermissum est opus aedificationis eius. Nisi festinetis igitur facere recte, consummabitur turris et excludemini. 5. Postquam vero locutus est mecum, surrexit de lecto et apprehenso pastore et virginibus abiit, dicens autem mihi, remissurum se pastorem illum et virgines in domum meam.

2 et > L^2 | 2/3 patitur incommoda > L^2 | 11/12 structura turris : + et vos de structura reprobemini; iam alia turris non aedificatur L^2 cf. A | 14 et excludemini > L^2 | 16 domum meam : + ἀμήν L^2 cf. A.

2. Commendat Hermas eleemosynam; cf. v. 3; Mand. VIII, 10; Sim. I, 8; II, 5; V, 3, 7; VIII, 10, 3; IX, 30, 5.

Ego autem dico omnibus hominibus, ut a vexatione salventur. Etiam is, qui inops est angustia pressus in rebus ad vitam necessariis, magno in supplicio et cruciatu est. 3. Quae anima cum salva facta fuerit, magnum gaudium ei parabis eo, quod eam salvavit. Nam par est afflictio eorum, qui ita se habent, cum iis, qui in vinculis sunt. Multi enim cum non possint perferre, supplicia afferunt sibimet ipsis. Qui autem novit afflictionem eius, qui ita se habet, nec salvat eum, magnum peccatum admittit et fit occisor eius. 4. Facite igitur bonum, ut mercedem accipiatis a domino; sin morati fueritis facere bonum, consummabitur structura turris, et vos exclusi eritis e structura et alia turris non aedificata est; propter vos enim intermisit structuram turris. Sin non festinaveritis facere bonum, consummabitur structura turris et excludemini cum bonis (operibus) vestris. 5. Quae cum dixisset mihi, surrexit e lecto et dixit mihi [locus corruptus] illi pastori et illis virginibus et abiit. Deinde dixit mihi, se pastorem et virgines in domum meam missurum esse in saecula saeculorum. Amen.

3. in vincula est] Cf. Rönsch, Itala 1869 (ed. II 1875) p. 410 sq. — multi etc.] Hagemann censet in *Theolog. Quartalschrift* 1860 p. 31, famem magnam Antonino Pio imperante exortam, de qua Iulius Capitolinus Vit. Ant. c. 8 refert, Hermae occasionem haec scribendi dedisse.

4. consummetur] Cf. Vis. III, 4, 2; 5, 5; Sim. IX, 5, 1.

Index
locorum Sacrae Scripturae et librorum apocryphorum

Doctrina apostolorum.

1) Ubi signum * prostat, aut locus S. Scripturae disertis verbis a
gatur aut locus patrum apostolicorum ad locum biblicum tam prope
cedit, ut mihi aeque atque ille litteris mutatis exprimendus esse visus

Barnabae epistula.

Clementis epistula I.

Clementis epistula II.

S. Ignatii epistulae.

S. Polycarpi epistula.

Martyrium Polycarpi.

[redacted]

Epistula ad Diognetum.

Gen. 1, 26. 27 : 10, 2.
* — 2, 9 : 12, 2. 3.
* — 2, 15; 3, 24 : 12, 1.

* Exod. 20, 11 : 3, 4.

Ps. 2, 7 : 11, 5.
* — 145, 6 : 3, 4.

Ioel 2, 3 : 12, 1.

Zach. 9, 9 : 7, 4.

Malach. 3, 2 : 7, 6.

Matth. 3, 17 : 11, 5.
— 5, 44 : 6, 6.
— 6, 25—31 : 9, 6.

Luc. 6, 27 : 6, 6.

Ioann. 1, 9 : 11, 3.
— 3, 5 : 9, 1.
— 3, 16 : 10, 1.
— 3, 17 : 7, 4.
— 14, 23 : 10, 4.
— 15, 18. 19 : 6, 5.
— 17, 11. 14. 16 : 6, 3.

Act. 14, 15 : 3, 4.

Rom. 3, 21—26 : 9, 1.
— 8, 12. 13 : 5, 8.
* Rom. 8, 32 : 9, 2.

* I Cor. 4, 12 : 5, 15.
* — 8, 1 : 12, 5.
— 9, 10 : 12, 6.
— 9, 17 : 7, 1.

II Cor. 6, 9 : 5, 12.
* — 6, 10 : 5, 13.
— 6, 10 : 5, 16.
* — 10, 3 : 5, 8.

Gal. 5, 17 : 6, 5.
— 6, 2 : 10, 6.

Eph. 1, 7 : 9, 2.
— 6, 9 : 10, 7.

Phil. 3, 18—20 : 5, 9.

Col. 4, 1 : 10, 7.

I Tim. 2, 6 : 9, 2.
— 3, 16 : 11, 3.

* Tit. 3, 3 : 9, 1.
— 3, 4. 5 : 9, 2.

Jac. 5, 20 : 9, 3.

* I Petr. 3, 18 : 9, 2.

I Ioann. 1, 1; 2, 13. 14 : 11, 4.
— 4, 9 : 10, 1.
* — 4, 9 : 10, 2.
— 4, 19 : 10, 3.

Pastor Hermae.

* Gen. 1, 28; 8, 17 : V. I, 1, 6.
— 48, 16 : S. VIII, 6, 4.

Deut. 14, 23; 28, 10 : S. VIII, 6, 4.
* — 30, 30 : V. I, 1, 9,

* Iudic. 2, 11 etc. : M. IV, 2, 2.

I Reg. 15, 19 : M. IV, 2, 2.

III Reg. 3, 11 : S. V, 4, 3.
— 14, 22 : M. IV, 2, 2.

Index vocabulorum memorabilium.

Doctrina apostolorum.

Barnabae epistula.

Clementis epistula I.

Clementis epistula II.

S. Ignatii epistulae[1]).

1) E = Eph. M = Magn. T = Trall. R = Rom. Ph = Philad. S = Smyrn. P = Polyc. in = inscriptio.

[redacted]

S. Polycarpi epistula et Martyrium[1]).

1) Numeri puri ad epistulam referendi sunt. Littera M significat Martyrium.

Epistula ad Diognetum.

Pastor Hermae.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

In p. 3 loc. bibl. l. 2 pro „6 Matth.“ lege: 7 Matth.

In p. 40 l. 10 pro εἰς lege εἶς.

In p. 208, not. ad II Clem. 19, 1: Zahn in *Zeitschrift für Prot(es)tismus und Kirche* LXXII, 205 sq. probare conatus est, sectionem (...)cam ante homiliam praelectam esse Act. 10.

[redacted]